PRACTICA QUOTIDIANA DOCT. PETRI SANZ MORQUECHI AUDITORIS...

Pedro Sanz de Morquecho, Giovanni Battista Coccini








BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 B
59

PRACTICA QVOTIDIANA


DOCT. PETRI SANZ MORQVECHI,

AVDITORIS AVDIENTIÆ REGALIS INSVLÆ HISPANÆ Sancti Dominici,

De Diuisione Bonorum,

TVM SOCIETATIS CONVENTIONALIS & coniugalis, tum meliorationum, & hereditatum, aliarumque rerum eo spectantium.


CVM INDICE LOCVPLETISSIMO.





FRANCOFVRTI
E Collegio Musarum Paltheniano.

M DC. VII.




PAVLO DE LAGVNA IVRISCONSVLTO CLARISSIMO, SVPREmique Indiarum ſenatus Præſidi integerrimo & meritiſſimo, Doctor Petrus Sanz a Morquecho perpetuam exoptat felicitatem.

NON caret ratione (præſes ampliſſime) mos ille antiquiſsimus ab omnibus ſcriptoribus obſeruatus, qui opus ſuum atque labores literarum ſub auxilio, & protectione alicuius viri inſignis conſtituunt, vt a linguis mordacibus liberari poſsint. Nam licet bonum opus laude & recommendatione alterius non indigeat, quia ipſum ſe tuebitur, nulloq; defenſore egebit, tamen non deſunt detractores, qui quod bonum eſt, diuerſimode iudicant, & timore protectoris lin-

guas suas coercebunt, cum illum summa eloquentia & auctoritate præditum nouerint. Cum enim labores, quos pro reddendo cuilibet ius suum passus es considero, menteque reuoluo: diuinam ipsam munificentiam laudare summopere non desino, quod te honorificentissima amplissimaque ista dignitate Præsidis consilii supremi Indiarum exornari voluerit. Quod cum omnibus manifestum sit, hoc opus de bonorum diuisione tuæ amplitudini dedico, & eo lubentiori animo facio, vt intelligant omnes studia mea a te viro sapientissimo approbari. Scio equidem magni referre ad meam commendationem, si tu vir amplissimus, & omni laude circumfluens meis de studiis bene iudicabis, & lucubrationes ipsas meas tuo testimonio illustrabis, quod sicut spero pro tua singulari humanitate efficies & præstabis, ad maiora animum nostrum accendes, atque inflammabis. Vale.

AD



AD LECTOREM.



CVm iuxta Platonis ſententiam lector optime non mihi ſolum, ſed etiam patriæ, amicis, & reliquis hominibus me natum intelligerem; ſæpe & multum mecum cogitaui, qua potiſſimum via & ratione poſſem, tum de iuris vtriuſque candidatis benemereri, aliquid in commune afferendo: tum certo aliquo argumento, nomen meum ab obliuione vindicando, aliquando vixiſſe teſtatum relinquere.

Cumque in tanta librorum multitudine pauciſſimos viderem, qui de rebus ſocietatis conuentionalis & coniugalis diuidendis, & de hereditatate partienda inter heredes inſtitutos, & ſubſtitutos & venientes, ab inteſtato: & meliorationibus, aliiſque huiuſmodi, quæ in quotidiana praxi verſantur: ea luce,

ſplendore & claritate tractarent, quæ addiſcentibus eſt neceſſaria: non ab re alienum viſum fuit hæc omnia breui volumine comprehendere. Idque libentius ſum aggreſſus, quod videam recentiores eo potiſſimum nomine velle ſe commendare, ſi Doctorum antiquorum opiniones refellerint, exploſerint & eneruauerint: qua propter ſummis conatibus contendi hoc libro eorum aſſerta, vtpote veneratione digna pro viribus defendere & propugnare. Non enim æquum ſum arbitratus, illos, quibus vniuerſam iuris interpretationem acceptam referre par erat, indefenſos per ſummam ingratitudinem relinquere & deſtituere, cum ex eorum propugnatione & tutela laus certior & maior, & cumulatior comparetur & obtineatur. Precor te candide lector, vt hæc parua boni conſulas, vt ad maiora aggredienda animum mihi facias. Vale.

Doctor Petrus Sanz Morquecho.

EPIGRAMMA PRIMVM,
Inuocatio Auctoris.


Virgo Dei genitrix Annæ sanctissima proles,
Sit mihi præsidium, natus opemque ferat.
Omnipotensque pater, præstet quoque Spiritus almus:
Vt celeri ingenio dicere vera queam.
Quis varios sensus, & nodos soluere iuris
Ingenio poterit, rectaque verba loqui?
Mente Deo gratus, sapiens dominabitur omni
Ingenio: charta testificante sacra.
Aeterni mansura Dei conquarite regna
Protinus, & vobis subdita cuncta iacent.

EPIGRAMMA SECVNDVM
Auctoris ad Lectorem.

PErlege lector opus, quamuis doctissimus adsis,
Est etenim sapiens discere concupiens.
Ingenium paruum valuit quandoque referre
Occultum doctis luce iuuante Dei.
Reddita tu inuenies antiquis dogmata doctis,
Quæ immerito a nostris nunc reprobata manent.
Auctoris sensus non rectos corrige quæso,
Sat tibi sit dictis velle fauere suis.
Proderet & caussam præstans meliora docendi,
Nam posito aduerso lucida cuncta patent.

EPIGRAMMA TERTIVM in laudem Doct. Petri Sanz Morquechi Iurisconsulti, Vincentius Spinellus.

INgenium solers, animi prudentia, virtus,
Austerusque labor te peperere liber:
Materiam dedit ingenium, prudentia normam,
Iustitiam virtus, cetera cuncta labor.
Quid tu miraris? quid tu breuitate moraris?
Sic loquitur Petrus, sic docet ipse Petrus.
Quod caperent magna copiosa volumina carta
Hac breuitate docet, qua breuitate cupis.
Nec tamen obscurus, sinuosa in dogmata iuris
Labitur, aut vigilans fit breuitate minus.
Distribuit cunctis iuris decreta Seueri
Vnius, alterius iura sequenda docet.



TRACTATVS COPIOSISSIMVS PETRI SANZ MORQVECHI REGII AVDITORIS DIGNISSIMI,

De Bonorum Diuisione, in quatuor libros partitus.

LIBER I.

SVMMARIA.

1 *Inuentarium fit, ne heredes vltra vires hereditarias legatariis & creditoribus teneantur.*

2 *Inuentarii conuentionem non potest testator in præiudicium creditorum suorum remittere.*

3 *Inuentarium est incoandum intra triginta dies post aditam hereditatem.*

4 *Inuentarium inceptum intra mensem post aditam hereditatem, intra alios duos menses perfici debet.*

5 *Inuentarium inceptum & perfectum intra duos menses post primum elapsum, prodest heredibus.*

6 *Inuentarium potest fieri intra annum, quando bona describenda in inuentario non sunt in domicilio heredum.*

7 *Inuentarium fieri debet citatis creditoribus & legatariis, si certi sint, alias proclamate citari possunt.*

8 *Inuentarium potest fieri secundum loci consuetudinem.*

9 *Inuentarium iudicis mandato confectum habet præsumtionem pro se, quod non sint plura bona in hereditate.*

10 *Heres non conficiens inuentarium, tenetur integra legata soluere, etiam vltra vires hereditarias.*

11 *Heres non faciens inuentarium, non perdit Trebellianicam secundum magis communem opinionem, licet contraria sit communis opinio, & quod etiam filius Trebellianicam perdat.*

12 *Filius heres non conficiens inuentarium, legitimam non amittit.*

13 *Filius heres non faciens inuentarium, debita integra de suis bonis soluere debet.*

14 *Confessio creditorum & legatariorum prodest ad hoc, quod omissio inuentarii non praiudicet heredibus.*

15 *Confessio partis admittitur contra præsumtionem iuris & de iure.*

16 *Heres non faciens inuentarium de aliqua re, quam postea in inuentario posuit, non perdit beneficium inuentarii.*

17 *Heres non ponens dolo aliquam rem in inuentario, Falcidiam amittit, & vltra vires hereditarias non tenetur.*

18 *Protestatio de faciendo inuentario cum bona apparuerint, loco inuentarii habetur.*

19 *Inuentarium a matre factum, non prodest filiis contra Ayoram; num. 19. cum seqq. vsque ad num. 32.*

20 *Lex tollit dubitationem.*

21 *Forma a lege data, est seruanda, quia dat esse rei, & eius omissio vitiat actum.*

22 *Rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ.*

23 *Lex, quamuis dura, est seruanda.*

24 *Pœna metus coercet a malo.*

25 *Qui per alium facit, videtur per seipsum facere, cum mandatum præcessit.*

26 *Ratum quis habere non potest, quod eius nomine non est gestum.*

27 *Actus agentium non operatur vltra eorum intentionem.*

28 *Inuentarium ad vnum finem factum, non potest alium operari.*

29 *Confessio non extenditur de vno casu & tempore ad aliud.*

30 Con-

30 Confessio procuratoris facta in vno iudicio ad vnum finem, non nocet domino in alio.

31 Confessio facta in instrumento, non probat nisi inter partes in instrumento nominatas.

32 Inuentarium a legatario factum, non prodest heredibus, & legatario nocet.

33 Inuentarium faciens heres, non videtur hereditatem adire.

34 Heres inuentarium faciens, videtur hereditatem adire, si in inuentario posuit hoc, vel nomen heres, vel consensit ponere.

35 Heres inuentarium conficiens, compellit creditores accipere in solutum res hereditarias, si non sint alia bona.

36 Heres non tenetur de euictione, si facit quod creditores vendant res hereditarias eius consensu.

37 Tutores & curatores tenentur inuentarium facere de bonis minorum, & per illud rationem reddere.

38 Decretum iudicis non requiritur in inuentario, quod faciunt tutores vel curatores de rebus minorum.

39 Inuentarium factum a tutoribus & curatoribus probat contra illos.

40 Bona posita in inuentario facto a tutoribus & curatoribus, præsumuntur esse minorum, contra quam præsumtionem non admittitur probatio.

41 Bona in inuentario facto a tutoribus & curatoribus posita præsumuntur esse minorum, etiamsi præcedat protestatio tutorum & curatorum, quod non ponenda, posita, pro non positis habeantur.

42 Lex final. C. Arbitr. tutel. declaratur.

43 Tutor res pupilli administrans, nõ potest illi quæst. status mouere.

44 Tutor & curator possunt allegare iustum errorem contra inuentarium.

45 Tutor vel curator potest dicere, quod bona in inuentario descripta sunt restituta.

46 Inuẽtarii confectionẽ potest testator remittere tutori & curatori.

47 *Inuentarium fit contra dispositionem testatoris ex iusta caussa.*

48 *Testator respectu reliquorum seu doli & latæ culpæ, non liberat tutorem & curatorem a ratione reddenda, etiamsi vellet.*

49 *Dolus de futuro non potest remitti.*

50 *Testator remittens rationis redditionem, solum scrupulosam rationis redditionem remittere videtur.*

51 *Iuratur in litem contra tutorem & curatorem inuentarium non facientes.*

52 *Iuramentum in litem nunquam defertur, nisi semiplena probatio interesse præcesserit.*

53 *Tutor vel curator inuentarium non faciens potest vt suspectus a tutela & administratione remoueri.*

54 *Tutor vel curator faciens inuentarium, sed non de omnibus bonis, vel obscure, perinde punitur ac si inuentarium non fecerit.*

55 *Iuramentum in litem non defertur contra heredes tutoris, propter dolum verum vel præsumtum tutoris vel curatoris.*

56 *Heredes tutoris vel curatoris non tenentur, nisi de lata culpa tutoris & curatoris.*

57 *Curator datus ad auctorizandum diuisioni facienda, non tenetur inuentarium conficere.*

58 *Curator liti datus, victoria obtenta, tenetur inuētarium facere.*

59 *Curator bonorum tenetur rationem reddere.*

60 *Pater, habens vsumfructum in bonis aduentitiis filii, non tenetur inuentarium facere.*

61 *Pater succedens vt heres filio, tenetur inuentarium conscribere.*

62 *Pater retinens apud se bona vxoris defunctæ, non videtur eius hereditatem nomine filiorum heredum adiisse.*

63 *Pater quando descriptionem bonorum filii & inuentarium conficere teneatur? num. 63. remissiue.*

64 *Administratores bonorum Ecclesiæ & hospitalis, & alterius loci pii, & omnes qui rationem reddere debent, tenentur inuentarium facere.*

65 *Heredes post nouem dies a morte defuncti, an possint intra tem-*

pora:

pora conficiendi inuentarium a creditoribus & legatariis & fideicommissariis conueniri? num. 75.

CAP. I. DE INVENTARII CONfectione.

HEREDES tenentur inuentarium de omnibus bonis hereditariis facere, vt diuisio hereditatis melius fieri possit, & ne vltra vires hereditarias legatariis & creditoribus hereditariis teneantur, *vt in l. fin. §. licentia danda, C. de iur. delib. l. 5. tit. 6. part. 6.* 1

Inuentarii † confectionem non potest testator in præiudicium suorum creditorum heredi suo remittere: in præiudicium tamen legatariorum & fideicommissariorum remittere potest, secundum communem opinio. Doct. de qua testatur Iul. Clar. *in § Testamentum, quæst. 66. Ioseph. Lud. decis. Perus. 2. part. decis. 61. n. 16. Boer. decis. 63. num. 12. Roland. a Vall. cons. 92. num. 17. libr. 1.* Et de ista materia vide Aioram *de partition. part. 1. c. 2. Parlad. 2 p. rerum quotidiana. c. fin. 4. p. §. 1. Couar. 2. to. c. 1. de testam. a n. 14. vsque ad 17.* 2

Et † inuentarium incoari debet intra triginta dies a die aditæ hereditatis, *glos. in d. l. fin. in verb. delatam, & ibi Bart* quæ glos. magis communiter approbatur secundum Alexand. *in d. l. fin. col. 3. Greg. in d. l. 5. verb. Supieron.* Qui inquit, probari in *l. 10. d. tit. 6 p. 6.* & communem dicit Roland. in *tractat. de inuentar. 3. p. q 4.* Qui † *ibidem q. 6.* tenet, quod inuētarium incc ptum intra mensem post aditam hereditatem, intra alios duos menses perfici debet, idem probatur *in d. l. 5. tit. 6. par. 6.* 3 4

Et † Roland. *vbi supra, q. 7.* tenet, quod si inuentarium non fuit inceptum intra primum mēsem, fuit tamen factū & perfectum intra alios sexaginta dies ad perficiendū datos, quod heredes beneficio *d. cl. a legis fin.* gaudebunt. Quæ dicta sunt, procedunt, quando bona sunt in domicilio heredum, alias datur annus ad inuentarium conficiendum. *Roland. vbi su-* 5

pra, q. 9. & d. l. fi. & d. l. 5. tit. 6. part. 6. vbi forma faciendi inuentarium ponitur.

7 Quando † inuentarium conficiendum est, legatarii & creditores, si certi sint & citari possunt, citandi sunt: alias proclamate citari possunt, *text. in d. l. fin. in princ. & ibi glos. in verbo, ceterorum*, quæ magis communiter approbatur secundum Alex. *ibi & in d. l. 5. in ver. La manera, & ibi Greg. in verb. El testador*, vbi tenet secundũ Bald. *in Auth. sed cum testator, C. ad l. Falc.*

8 Quod † in confectione inuentarii consuetudo loci, vbi est conficiendum inuentarium, seruari debet: atque ita dictæ legis particularem solemnitatem nunquam seruari vidi, sed ad petitionem heredum omnia bona hereditaria, a notario conscribuntur, iudice mandante, testibus adhibitis, atque etiam sine iudicis mandato, & nonnunquam consului vt de iudicis mandato fieret.

9 Nam † inuentarium iudicis decreto cõfectum, habet pro se præsumtionem, quod non sint plura bona hereditaria: & si creditores & legatarii aliud dixerint, probare tenentur, *text. in d. l. fin. § licentia danda, & ibi Bart. & scribentes, l. fin. C. arbitr. tutel. Mascard. de prob. vol. 2. concl. 939.* vbi ad id multos refert.

10 Si † heres omiserit inuentarium conficere, nõ perdit Trebellianicam, secundum æquiorem & receptiorem opinionem, de qua attestatur Alex. *in cons. 29. libr. 5. & Ias. in l. Marcell. in princ. q. fin. ff. ad Trebell. Bartol. in authent. sed cum testator, C. ad leg. Falcid.* Contraria opinio, quod perdat Trebellianicam etiam filius heres, inquit Dec *in consil. 235. num. 10. 11. 12. Gratus cons. 12. & 21. & 77. libr. 2.* quæ est communis, & idem Dec. *in cons. 480. num. 15. & 16.* vide Greg. *in d. l. 10. in glos. fin. tit. 6. part. 6.*

11 Et † communior sententia Doctorum est, quod heres non conficiens inuentarium ad integra legata soluenda etiam vltra vires hereditarias teneatur, per text. *in auth. sed cum testator, C. ad l. Falcid. Paul. in cons. 447. in princip. lib. 2.* Et magis

com-

communem vocat Corn. *in consil. 303. in 5. dubio libr. 1. & consil. 22. libr. 2. & consil. 168. dubit. 3. libr. 3. Deci. in consil. 495. & consil. 480. versic. Postremò, Curt. Iun. in cons. 54. addit. Mandos. ad Rom. cons. 276. num. 8. lit. G.* Quæ opinio approbatur per *l. 10. titul. 6. par. 6. ibi: Para pagar cumplidamente las deudas y las mandas*, quæ vult heredem non conficientem inuentarium in solidum creditoribus & legatariis teneri.

Filius † tamen heres non conficiens inuentarium, legitimam non amittit, *glos. in §. si vero non fecerit, in auth. de hered. & Falcid. Cal. cons. 36. Ioan. Dur. in art. Testand. titul. 11. caussa 8. Guid. decis. 54.* vbi communem dicit & Alex. *in d. l. fin. §. pen.* dicit eam magis communem, quæ approbatur *l. 7. tit. 11. part. 6.* 12
Sed † tenebitur filius debita integra de suis bonis soluere, *Bart. in d. §. si vero non fecerit, glos. in d. l. fin. in §. penul. in glos. fin. in fin.* vbi Alex. magis communem dicit, & ita solum interesse affectionis circa bona paterna filius consequitur, *Vasq. part. 1. de success. §. 8. num. 15. lib. 1. Bursat.* dum eum refert, *in consil. 44. num. 19. vers. attamen, prope medium, libr. 1.* vbi late de legitima, an ob non confectum inuentarium perdatur, quem vide & Mich. Cras. *de succes. ab intesta. §. Legitima, q. 4. Greg. Lop. in d. l. 10. glos. fin. in fin. tit. 6. part. 6.* 13

Quæ † omnia limita, nisi legatarii & creditores confiteantur non reliquisse testatorem, nisi tantum ea bona, quę heredes asserunt: quia tunc vltra dicta bona non tenerentur secundum Bald. *in l. filium, quem habentem, col. pen. C. famil. hercisc. Alex. in d. l. fin. §. etsi præfatam, col. 1. C. de iure delib. & in l. in ratione, §. quod vulgo, col. 8. num. 13. ff. ad l. Falcid. Socin. in l. 1. §. si quis ante ff. ad Trebell.* Quia † contra præsumtionem iuris & de iure, quæ ex non confectione inuentarii resultat, confessio creditorum & legatariorum admittitur, *Cyn. & Bart. in auth. sed iam necesse, C. de donat. ante nupt. Greg. in d. l. 10. in verb. Las mandas, tit. 6. part. 6.* 14 15

Et † nota, quod si heres fecerit inuentarium, & culpa o- 16

miserit aliquam rem in inuentario ponere beneficium inuentarii non amittit, si, cum illius rei notitiam habuerit, in inuentario descripserit, & si non scripserit, solum quoad illam rem inuentarii beneficium perdit: *ita Bald. in Auth. sed cum testator, col. penult. C. ad leg. Falcid.*

17 Sed † si dolo omiserit rem in inuẽtario ponere, Falcidiam amittit, & vltra vires hereditarias non tenebitur, *secundum Ang. Paul. de Cast. Ioan. Imol. Alex. in l. Paulus, ff. Ad leg. Falcid. vide Greg. in d. l. 10. glos. 1. & in l. 5. super verb. Todos los bienes, tit. 6. part. 6.* Communem dicit Ial. *in d. l. fin. §. licentia, num. 4. C. de iure deliber.* vbi inquit, quod inuentarium valet ac si bona fide factum fuisset.

18 Quando † bona testatoris non apparent protestatio faciendi inuentarium, cum apparuerint, loco inuentarii habetur, *Bald. in l. fin. col. 2. C qui bonis cedere possunt, Greg. in d. l. 5. in verb. Todos, in fine glos. tit. 6. part 6.*

19 Dubium † tamẽ emergit, an filiis heredibus inuentarium non facientibus, bonorum inuentarium a matre confectum prosit illis, ita vt beneficium inuentarii non amittant? & Ayora *in tractat. partit. 1. part. cap. 2. num. 22.* tenet prodesse & sufficere, ac si filii illud fecissent: quia inquit, quod inuentarium a matre factum est plenius, quia, tam bona matris quam patris continet: & quod inuentarium nihil aliud est quam descriptio bonorum, & in inuentario a matre facto sunt descripta bona: & quod differentia consistit in nomine tantum, de quo non est curandum: & quod sicut tutor excusatur a confectione inuentarii ex caussa, ita filii excusandi sunt propter inuentarium a matre confectum.

20 Cuius † opinio mihi falsa videtur: Nam vbi legem habemus, nulla dubitatio neque disputatio oriri potest, *vt in l. ancillarum, C. de furt.* & forma a lege data est seruanda, quæ dat esse rei, *l. Iulianus §. 1 ff. ad exhibend.* cuius omissio vitiat actum, *l. cum hi, §. si prætor, de transaction. b.* & formæ nihil addi vel detrahi

strahi potest, *l. 1. §. opus nouum, ff. de noui oper. nunt. Bald. in l. 1. C. de suis & legitim. hered.* Et † ideo nõ potest per æquipollens adimpleri, *qui per salutem, ff. de iureiurand.* & rigor scriptus præfertur æquitati non scriptæ, *vt in l. 1. ibi gloss. & Paul. C. de legibus.* 22

Et † lex, quamuis dura, seruanda est, *l. prospexit, ff. qui & a quibus*, & militat diuersa ratio in filiis inuentarium facientibus, quæ in matre. Nam † filii metu pœnæ, maxima cum diligentia curabunt, vt omnia bona in inuentario ponantur: Hac enim de caussa pœna a lege statuta fuit, & ne bona celarentur, arg. *legis 1. ff. de iust. & iur. l. si quis id, quod, ff. de iurisd omnium iud.* & mater, quæ nulli pœnæ adstricta est, poterit bona occultare, & saltem non ita diligenter in inuentario ponere. 23 24

Et † regula; Qui per alium facit, perinde est ac si faciat per seipsum, vt in regula *qui per alium, de reg. iur. in 6.* procedit præcedente mandato, *vt in l. ita tamen, § gessisse, ff. de administr. tut. & curat. Dynus in d. capite, qui per alium*; Et multi sunt casus, in quibus quis non potest per alium facere, de quibus Dyn. *in cap. potest quis, de reg. iuris, in 6.* 25

Et † filii non poterunt confectionem inuentarii a matre factam, ratam habere, quandoquidem ipsorum nomine illam mater non fecit: *vt in l. semper, qui non prohibet, ff. de reg. iuris, & in c. ratum, de reg. iuris in 6.* Et † quia actus agentium non operantur vltra eorum intentionem, *l. non omnis, ff. si certum petat.* Et † quia inuentarium a matre factum ad vnum finem, non potest alium operari; facit in argum. text. *in l. legata inutiliter, ff. de legat. 1.* Nam † confessio, quæ est probatio probata, non extenditur de tempore ad tempus, neque de casu ad casum, *gloss. & Bart. in l. certum, §. 1. ff. de confess. Menoch. de præsumt. 2. part. præsumt. 44. num. 4. libr. 6.* 26 27 28 29

Et † sic videmus, quod confessio procuratoris in vno iudicio & ad vnum finem facta, non præiudicat domino in alio iudicio, *ita Ioan. Andreas & Compost. in cap. per inquisitionem, de* 30

electione, *Specul. in titul. de confess.* §. *nunc videndum*, *versic. sed nunquid confessio? Alex. in l. 2. C. de edendo. Felin. cap. caussa quæ, de testibus*, *Anton. de Butr. in cap. 1. & ibi Imola*, *vt lite non cont. test. Felin. in cap. 6. denique, numer. 6. de exception. Anton. in dict. cap. per inquisitionem, Franc. Aretin. in cons. 13. circa finem.* Atque
31 similiter † confessio in instrumento facta etiam iurata, non probat, nisi inter partes in instrumẽto nominatas: nam iuramentum præstitum inter alios, non prodest aliis, etiam quorum interest, etiamsi essent personæ multum coniunctæ; *l. 3.* §. *pen. ff. de iureiur. l. nam & postea*, §. *fi. cum l. seq. l. sed etsi possessor*, §. *fin. ff. eod. titul. de iureiurand. capit. nam etiam, eodem titul.* Facit text. *in l. ad probationem, & ibi Baldus, C. de probat. Ias. in consil. 36. col 2. circa finem, volum. 3. Mascard. de probat. volum. 1. conclus. 360. num. 3.*

32 Item † facit optime quod tenet Bald. *in consil. 221. numer. 3. volum. 4.* vbi tenet; quod inuentarium a legataria factum non prodest heredibus, nocet tamen legatariæ, ne contra factum suum audiatur.

33 Nota, quod † heres scriptus inuentarium conficiens, non videtur hereditatem adire: nam poterit esse, eo consilio inuentarium heredem fecisse, vt de viribus hereditariis certior fieret, & non animo adeundi: & ideo ex confectione inuentarii necessario animus adeundi non colligitur: quia nõ probat hoc esse, quod ab hoc facile contingit abesse, *l. neque natales, C. de probat.* ita tenent Salycet. Alexan. & Ias. *in d. l. fin.* §. *sin autem, per illum text. C. de iur. deliberand. Mantica in tractat. de coniect. vltim. voluntat. libr. 12. titul. 9. numer. 15. Neuiz. in consil. 9. numer. 14. & Franc. Marc. in decis. 29.* vbi asserit hoc esse communiter approbatum; quos refert & sequitur Roland. a Valle *in suo tractat. de confect. inuentarii, part. 3.* § *sed an per confectionem:* quæ opinio tenenda est, tanquam communis & magis vera contra Bartol. contrarium tenentem in *l. gerit, columm. vlt. vers. ad tertium, ff. de acquir. hered.* Sed † Bart. opinio
34

pro-

procedet, quando heres scriptus vt heres, inuentarium fecerit: vt puta, quia in inuentario heres nominatus sit: & ita videtur sentire Salyc. *in d. l. fin. §. sin autem,* vbi inquit, quod quamuis heres inuentarium simpliciter conficiendo adire non videatur, secus tamen erit, si illud vt heres conficiat. Idem tenet Roland. a Valle *in cons. 73. in princip. vol. 2. Ruin. in cons. 113. numer. 7. vol. 3.* Quod procedit etiamsi a Notario solum heres nominatus & conscriptus fuerit: nam idem est *l. optimam, C. de contrah. & commit. stip. Bart. in l. ex hac scriptura, circa fin. vers. quaero quid si in contractibus, ff. de donat. Ruin. in d. cons. 113. num. 7. in fine.*

Heres, qui † inuentarium confecit, si in hereditate pecunia non sit, potest creditores hereditarios & legatarios ad accipiendas res hereditarias in solutum compellere, secundum communem opinionem Doctorum *in dict. l. fin. §. & si praefatam, per illum text. C. de iur. deliber.* vbi Bald. *col. 2. vers.* Quaerō, instruit heredē, quod † creditoribus dicat: *Vendite vos, & ego consentiam, protestans, quod nolo de euictione teneri;* Quod procedit, etiamsi debitum ex caussa dotis sit, *vt tenet Rolandus a Valle in tractat. de inuentar. 4. part. quaest. 24.* quod nota ad limitationem legis 2. & quae ibi notant Doct. *ff. si certum petat:* Vide Roland. *vbi supra, & Bursat. in cons. 9. num. 33. lib. 1.* 35 36

Cum † minores a maioribus ad diuisionem prouocantur, vel ipsi minores, caussa cognita, bona communia diuidere volunt, tutores rationem per librum, inuentario congruo tempore confecto, prius reddere tenentur. 37

Nam tutor vel curator statim postquam illi tutela vel cura decernitur, inuentarium conficere debet, *vt in l. tutor, qui repertorium, ff. de administrat. tutor. vel curat. l. fin. C. arbitr. tutel.* & sufficit, quod inuentarium tantum coram tabellione conficiatur, *vt tenet glos. in d. l. tutor, qui repertorium, & ibi Bartol numer. 8.* Neque † decretum iudicis requiritur, cum de inuentarii substantia non sit, *ita Cyn. in l. tutores, num. 4. C. de ad-* 38

ministr. tut. vel curat. vbi inquit, quod communiter seruatur tantum coram tabellione fieri, & ita tenet Ayora alios referens in *tract. partitionum, 1. part. c 2. num. 2. cum sequentibus.*

Contrarium, quod † decretum iudicis requiratur, tenet Ang. Aretin. *in §. extraneis, Inst. de hered. qual. & dif. & Bart. in §. hanc nobis, & ibi glos. in auth. de hered. & Falcid.* & ita communiter seruari, inquit Ang. Perusin. in *tractatu de inuentar. nu. 10.*

Quæ opiniones ita a Doctoribus conciliantur, quod aut quæritur, an tutor vel curator possit administrare, inuentario solum coram tabellione confecto? Et dicendum est, quod sic, & tale inuentarium contra tutorem vel curatorem probationem facit. Quæritur, *an sit adhibendum decretum, vt inuentarium contra creditores probetur?* Et dicendum est, quod ad hoc tantum decretum requiritur, & non quia de substantia decretum sit; Ita Bart. *in d. l. tutor, qui repertorium, nu. 9. & Cyn. in d. l. tutores,* & ibi Salycet. *num. 9. C. de administrat. tut. vel curat. & Duennas in reg. 187. num. 15.* attestatur hanc distinctionem communem esse. Et quod inuentarium solum coram tabellione fieri possit, videtur probari *in l. 5. tit. 6. part. 6.* vbi in inuentario heredis ita disponitur. Et idem de inuentario tutoris & curatoris probari videtur in *l. 120. tit. 18. part. 3. in princ. ibi: E fiziesse fazer escritura publica de quantos eran.* Dum solum scripturam publicam requirit.

39 Ex † quibus infertur, quod inuentarium facit plenam probationem de rebus in eo contentis contra tutorem vel curatorem, qui illud confecit, *vt in d. l. fin. C. arbitr. tutel. l. chirographis, ff. de administr. tutor. l. 120. tit. 18. part. 3. Bart. & Doct. in l. fin. §. licentiam, C. de iur. deliberand. Paris. cons. 45. num. 20. vol. 2. Afflict. decis. 13. Boer. plures referens decis. 161. ibi, num. 8.* Vide quæ notat Speculat. *in tit. de instrument. edit. §. fin. col. 1. & 2.*

40 Est † enim præsumtio iuris & de iure, quod bona in inuentario descripta pupilli censentur, adeo vt probatio in contrarium non admittatur. *Ita Afflict. in d. decis. 13. num. 1. Socin. in cons.*

conf. 159. num. 1. vol. 2. & probatur in d. l. fin. C. arbitr. tutel. & in d. l. 120. tit. 18. part. 3. Quod † procedit, etiamsi tutor vel curator 41
protestationem faciat, quod si qua bona non ponenda, posuerit, pro non positis habeantur, *secundum Bart. in l. 1. §. item solent, ff. de off. praefecti vrb.* Idem tenet Bald. *in d. l. fin. quos refert Greg. Lop. in d. l. 120. in glos. 1. in fin.*

Et † *d. l. fin. intelligunt ibi Iacob. de Aret. & Cyn. & Alberic. &* 42
Bald. in rebus mobilib. & quod non procedebat in immobilibus, quod Salyc. declarat, si bona immobilia sint aliena, secus si tutoris vel curatoris sint; Nam † tunc videtur ea pupillo do- 43
nare: quem sequitur Greg. *in d. l. 120. in gloss. 2. per text. in l. cui necessitas, §. tutores, ff. de liberal. caus.* vbi probatur, quod tutor, qui personam & res pupilli administrauit, non potest ei quaestionem status mouere. Et † vide Greg. *in d. l. 120. in glos. fi.* vbi 44
tenet, quod tutor vel curator potest allegare iustum errorem contra inuentarium; quae fuit opin. Petr. Cyn. & Alberic. *in d. l. fin. & Ioan. Andr. in addit. ad Spec. in d. §. fin. in tit. de instrum. edit.* Idem tenet *Bald. in auth. sed cum testator, col. fin. C. ad leg. Falcid.* Item † potest allegare, quod bona in inuentario descri- 45
pta, sunt restituta, *ita Afflict. in decis. 13. num. 6. Mascard. de probat. vol. 2. concl. 938. num. 8.*

Inuentarii † cõfectionem potest testator curatori & tuto- 46
ri remittere, *vt in dict. l. fin. C. arbitr. tutel.* probatur, *Paul. de Castr. cons. 354. vol. 2. Alex. cons. 26. vol. 2. Felin. in c. si diligenti, col. 7. de foro comp. Ias. in l. pactum inter heredem, col. 2. ff. de pact. Card. in consil. 51. in dub. 1. Ias. in l. nemo potest, column. 10. ff. de leg. 1. & ibi Crot. col. 18.* Quod intellige quando testator expresse vetuit inuentarium fieri, *vt in d. l. fin. ibi: Nisi testatoris inuentarium specialiter conscribi vetuerint, & ibi Salyc. ad hoc notat Ias. in dicta leg. nemo potest, col. 10.*

Sed † si pupillo ex iusta caussa expediat inuentarium fieri, 47
iudex, non obstante prohibitione testatoris, potest tutorem vel curatorem compellere vt inuentarium conficiat, *ita Ang.*

in consf.144.in fin. Alex.consf.62.vol.4.Barbat.consf.4.volum.4.column.6 Crot.in d.l.nemo potest, col.18.Paul.consf.354. volum.2 Iasf.in l.pactum inter heredem, col. 2.ff. de pact.per text.in l.in confirmando, & in l. vtilitatem, ff de confirmand.tutor. Communem asseuerat Didac. Couar.*in c.14. num. 4. lib. 2.var.resolut.* & Iulius Clar. de hoc late agens in §.*testamentum, quaest. 67.vers. Quoad tertium, cum sequent. Viuius lib.1. opin.338.*

48 Testator † respectu reliquorum seu doli vel latae culpae, non potest tutorem vel curatorem a ratione reddenda liberaro, *Ang. consf.185. incipient. Bruuellus, Paul consil.369.incip.ad primum quod mihi est, Felin. in d. c. si diligenti, column.6* quia dolus de futuro remitti non potest, *l. si vnus, §. illud, ff. de pact.* & lata culpa dolo aequiparatur, *l. quod Nerua, ff. deposit.* Alias

49 † per indirectum materia spoliandi pupillos daretur contra *l. conueniri, ff. de pact. ita Alex. in consf. 45. volum.1. Angel. in §. si quis debitori, Inst. de legat. Card. consil.51. dub.6. Ioan. de Anania consf. 80. Iasf. plura alleg. in l. actione, C. de transact. Alex. consf.164. vol.5.*

50 Et † per liberationem a testatore factam, de ratione reddenda, solum scrupulosa rationis redditio remissa videtur: *ita Barbat. in consf.62.column.1.volum.2.& consf.4.col.4.volum.4. Ang.consil.144. & consil.174.Dec.consf.192.Curt.Iun.consil.66.column.7.art.2. Salycet. in l.cum necessitatem, C. de fideicommiss. per textum, in l. quidam descendens, ff. de administr.tutor. vel curat. Iasf. in l. actione, C. de transaction. & in d.l.cum necessitatem, quem vide in dict. l. actione,* vbi ponit cautelam & clausulam vt liberatio a testatore in fauorem tutoris facta, aliquid operetur.

51 Si † tutor vel curator inuentarium (vt tenetur) non confecerit, iuramentum in litem contra illum referri debet, quamuis dolus praesumtus tantum contra eum sit: ita se habet communis opinio, de qua attestatur Bapt. Plot. *in repetit. l. si quando, §. 4. incipient. itaque, numer.85. versic. Et haec est vera & com-*

communis opinio, C. unde vi. l. tutor qui repertorium, in princip. ff. de administrat. tut. l. fin. & ibi communiter Doctores, C. arbitr. tutel. l. videamus, ff. de in litem iurand. l. alio, C. eodem tit. Vide Mascard. in 2. volum. probat. conclus. 934. numer. 13. cum quatuor sequentibus.

Quod † intellige, si ex parte minoris interesse semiplene probetur, & iuramentum in supplementum probationis a iudice deferatur: ita videtur tenere Bartol. *in l. si quando, post num. 2. vers. item oppone, C. unde vi, Bald. consil. 345. numer. 1. volum. 2. Ias. in l. admonendi, notabil. 5. num. 15. & 75. vers. istud iuramentum, & in repet. eiusdem l. numer. 24. vers. item nota, ff. de iureiurand.* Plene tradunt scribentes *in l. in bonæ fidei, C. de reb. credit. & in d. l. admonendi, & l. manifeste, ff. de iureiurand. Bursat. in consil. 68. post numer. 38. versic. tertio respondetur, in fin. volum. 1. ibi multos Doct. idem tenentes refert.* Et vna mente omnes scribentes id sensisse attestatur Plot. *in d. l. si quando, num. 427. Mascard. in tract. probat. vol. 2. conclus. 934. num. 10.* qui volunt, quod in casibus, in quibus iuramentum in litem est deferendum ob dolum verum vel præsumtum alicuius, debet saltem semiplena probatio interesse præcedere. Potest † etiam tutor vel curator, ob nō confectionē inuentarii, tanquam suspectus a tutela vel administratione bonorum remoueri, *Bart. in d. l. tutor qui repertorium, num. 7. ff. de administr. tutor. vel curator.* 52 53

Speculat. † *in tit. de instrum. edit. §. fin. circa princip. Ayor. in tract. part. 1. part. c. 2. num. 16.* Et quæ dicta sunt, procedunt, etiamsi tutor vel curator inuentarium confecerit; sed non de omnibus bonis, quia aliqua bona ponere omisit, vel omnia bona in inuentario posuit, obscure tamen; ita vt valor bonorum dignosci non possit, *ita Bart. in d. l. tutor qui repertorium, in princip. num. 21.* Sed excusabitur tutor vel curator, si ob aliquam iustam caussam vel ignorantiam ita fecit, *Bart. vbi supra num. 15.* 54

55 Propter † dolum verum vel præsumtum, tutoris vel curatoris nō defertur iuramentum in litem contra eius heredes, *vt in l. alio, & l. fin, C. de in litem iur. Bar. in d. l. tut. qui repert. n. 21.*
56 *& ibi DD.* Et † heredes tutoris vel curatoris non tenentur nisi de lata culpa tutoris vel curatoris, *l. 1. C. de hered. tutor. vel curat. Ayor. vbi supra, num. 20. & 21.*

57 Nota, † quod curator datus ad auctorizandum diuisionem faciendam non tenetur inuentarium facere, *Bald. consil. 146. num. 2. vol. 2.* Curator etiam ad litem datus, inuentarium conficere non tenetur, glos. communiter recepta *in l.*
58 *de creationib. C. de Episc. & Cler.* Re † tamen, victoria obtenta, (quasi materia interuenienti) ad inuentarii confectionem obligatur, vt resoluit Ang. *in l. Vacantia, C. de bon. vacantibus, libro 10. verb. monumentorum carta, 3. & in specie eum notat Bartol. in l. 1. §. ante, de cura. bon. dand* Et probare videtur *l. 1. §. eligitur, de ventr. in poss. mittend. ibi. curatore autem constituto*, hæc omnia cessare reputo, conscribere tamen curatori debet vendenti, & inuentarium rerum facienti prodest, *l. 1. §. de officio, ff. de tutel. & rat. distrahend.* vbi Iacob. Aret. firmat hoc procedere in quolibet curatore bonorum, *Corras. in tract. de inuen-*
59 *tario, numer. 47.* Et † quod curator bonorum teneatur rationem reddere, probatur *in l. non solum, §. & si quis, ibi & hic debet rationem reddere, ff. de ritu nupt.*

60 Pater habens vsumfructum in bonis aduentitiis filii, non tenetur inuentarium conficere, cum legitimus administrator sit, & liberam administrationem bonorum habeat; *vt in l. cum non solum, §. sed patri, & ibi Doct. & l. cum oportet, §. non autem hypothecam, C. de bon. quæ liber.* Communem dicit Roland. *in tractat. de confectione inuent. quæst. 26. in fin. Speculat. in tit. de*
61 *instrument. edit. §. fin. vers. Quod* † *de patre, Mynsing. cent. 2. obseruat. 93. & in vol. 1. com. opin. p. 564. col. 2. in med.* vbi refertur Rol. *in d. tract. q. 28. circa fin.* dicens comm. Doct. opinionem esse, quod pater succedens, vt heres filio, tenetur inuentarium con-

conficere, & quod alias in solidum obligatur. Et † nota, quod 62
pater retinens apud se dotem vxoris, non videtur nomine filiorum hereditatem adiuisse, quia actus retentionis est solum silentium: sicque non dictum & non factum, *Bald. in l. non hoc, C. vnde legit. quem sequitur, alios referens Menoch. in cons. 121. n. 83. lib. 2. & in præsumt. 23. num. 4. lib. 1. præsumt.*

Et † quando pater descriptionem bonorum filii & inuen- 63
tarium conficere teneatur, vide late Arri. Pinel. *in l. 1. 2. part. num. 21. & in auth. nisi tricennali, num. 6. C. de bon. mater.* vbi in *d. 2. part. num. 23. & 24.* late discutit, qualiter quiuis inuentarium bonorum conficere cogetur a quo bona poscuntur, vel conuentione vel accusatione.

Inuentarium † conficere tenentur omnes administrato- 64
res bon. Ecclesiæ, hospitalis, vel alterius loci pii, & Fisci, & curator furiosi, & omnes qui administrationem bon. habent, qui rationem reddere debent, vide Spec. *in tit. de instrum. edit. §. fin. in fin. & l. orphanotrophos, & ibi Doct. C. de Episcop. & cleric.*

Quibus † accedit controuersa illa quæstio, videlicet: *An* 65
post nouem dies a morte defuncti, & intra tempora conficiendi inuentarii possint heredes conueniri a testatoris creditoribus, tam legatariis quam particularibus? In qua quæst. contraria iura reperiuntur, hoc est text. in *auth. vt cum de appellatione cognoscitur, §. sancimus, l. fin. tit. 13. par. 1. l. 13. tit. 9. part. 7.* vbi probat, quod post nouem dies a morte defuncti licitum sit heredes conuenire super debitis & aliis actionibus. Reperiturque etiam text. in *l. fin. §. donec, C. de iure deliber. & l. 7. titul. 6. part. 6.* vbi probatur, quod non solum intra nouem dies, sed post eos elapsos, & intra tempora conficiendi inuentarium, creditores, legatarii, & fideicommissarii, prohibeantur heredes inquietare, vel ad iudicium vocare. In qua quæstione post varias sententias, de quibus per Roderic. Suarez, in *l. post rem iudicatam, extensione 1. & 5. ad l. regni, & limitatione 9. & Gregor. Lopez in dictis legibus Partitæ, & Antonius Gomezius 2. tomo variarum, cap. 11. num. 65.*

& in l. 64 Tauri, numer. 5. ad fin. & Duennas in regu. 277. resoluit, quod post nouem dies a morte defuncti, possunt heredes inquietari & conueniri ab omnibus creditoribus, non legatariis & fideicommissariis. Et in hoc casu procedit textus in *d. §. sancimus, & l. fin. titul. 13. partit. 7. & l. 13. titulo 9. dict. partit. 7.* A legatariis autem & fideicommissariis non possint dicti heredes inquietari nec ad iudicium vocari intra tempora conficiendi inuentarium. Et in hoc casu procedit textus *in d. §. illo nec, & l. 7. tit. 6 part. 6.* Quam resolutionem & interpretationem ad dicta iura ponunt & sequuntur Did. Perez in *l. 4. tit. 8. l. 193. Ord. col. 1076. cum seqq. & Ioann. Gutierr. de iurament. confirmat. 2 par. & 4. a num. 18. cum seqq. & Paz in sua pract. li. 4. part. 1. tom. c. 1. a num. 40. cum seqq.* qui late de hoc agunt, *Rebuf. art. 16. glos. 1 num. 26. 3. tom. tit. de appellat. Azeu. l. fin. tit. 21. libr. 4. Recop. num. 90.*

SVMMARIA.

1 *Societate finita, quilibet socius diuisionem rerum communium petere potest.*

2 *Diuisio fit caussa euitandi scandala & discordias, quæ communione caussantur, & vt quisque propria cognoscat & custodiat, & de illis libere disponat.*

3 *Segnius expediunt commissa negotia plures.*

4 *Naturale vitium est negligi quod commune est.*

5 *Quilibet maior potest diuisionem rerum communium petere.*

6 *Minor non potest prouocare ad diuisionem, & prouocari potest.*

7 *Furiosus gaudet minorum priuilegiis, & ideo non potest ad diuisionem prouocare, prouocari vero potest.*

8 *Diuisio bonorum est quædam alienatio.*

9 *Minor non potest alienare nisi cum illi expediat, & caussa cognita, vel ex necessitate propter iudiciũ, quo n inuitũ redditur.*

10 *Ecclesia propter vtilitatem potest diuisionem petere, quæ vtilitas versatur si socius rixosus sit.*

11 Et-

11 *Ecclesia est in impedimento perpetuo, & ideo semper potest ad diuisionem indistincte prouocare, quia perpetua communio prohibetur.*

12 *Maritus non potest ad diuisionem fundi dotalis inæstimati prouocare. prouocari vero potest.*

13 *Prodigus, cui bona sunt interdicta non potest prouocare, nec prouocari ad diuisionem.*

14 *Diuisio, inter minores facta sine caussa cognitione, est ipso iure nulla.*

15 *Alienatio seu diuisio rerum immobilium minorum non valet, nisi iusta caussa subsit, & auctoritas curatoris, & decretum iudicis interuenerint.*

16 *Minor sicut Ecclesia, potest propter solam vtilitatem bona immobilia vendere & diuidere.*

17 *Minores, qui sine solemnitate bona diuiserunt, poterunt solemnitate interueniente, dictam diuisionem approbare, si illis expediat, vt Ecclesia potest facere.*

18 *Minores non poterunt diuisionem nulliter factam approbare, postquam maiores de eius nullitate dixerunt.*

19 *Testator non potest prohibere, ne diuisio in perpetuum fiat.*

20 *Nemo potest facere quin leges in suo testamento locum habeant.*

21 *Ayora reprobatur.*

22 *Testator potest ad tempus diuisionem prohibere.*

23 *Maiores, non obstante testatoris prohibitione, possunt concorditer diuisionem facere.*

24 *Maiores, qui iurauerunt patri intra certum tempus non diuidere, poterunt de consensu diuidere sine metu periurii: quia in eorum fauorem fuit iuratum.*

25 *Iuramentum filii non ligat nepotem.*

26 *Diuisio, a minoribus facta in tempore prohibito non valet, quia concurrunt prohibitio hominis, & prohibitio legis.*

27 *Prohibitio alienationis temporalis sine caussa, valet.*

28 *Prohibitio alienationis perpetua facta cum caussa valet.*

29 *Prohibitio diuisionis minoribus facta, præsumitur cum caussa in eorum fauorem facta.*

30 *Minores, si illis expediat, possunt caussa cognita diuisionem facere, non obstante prohibitione testatoris ad tempus facta.*

31 *Grauamen temporalis diuisionis prohibitæ sustinetur in legitima, si filiis expediat, ne ante diuisio fiat.*

32 *Ayora taxatur.*

33 *Prohibitio alienationis in legitima filiorum, facta ad tempus, tenet si vtile filiis sit.*

34 *Mater timens mariti prodigalitatem, potest filios instituere sub conditione: Si pater eos emancipauerit.*

35 *Mater potest in fauorem filiorum prohibere, ne maritus fructibus bonorum fruatur.*

36 *Minor, qui diuisionem fecit, si postea vsque ad quadragesimum ætatis suæ annum tacuerit, non poterit contra diuisionem venire.*

37 *Vniuersitas non potest diuisionem facere, sicut minor, nisi seruata solemnitate, de qua ibi.*

38 *Populi & vniuersitates, & etiam priuati possunt prata diuidere, non obstante pacto facto de non diuidendo in perpetuum, quia communio perpetua reprobatur a iure.*

39 *Prohibitio testatoris de non diuidendo, non impedit fructus bonorum diuidere.*

40 *Minores possunt diuidere quoad culturam, curam & fructus, non obstante prohibitione, quæ tantum in proprietate intelligitur.*

41 *Curator bonis dandus est in locum absentis, vt diuisio valeat cum absente.*

42 *Informatio de absentia habet vim proclamatis.*

43 *Diuisio facta inter præsentes, non præiudicat absenti, nec valet respectu diuidentium, si absens veniens non consenserit, vel illi commodam partem singuli, qui diuiserunt, dare non possint.*

44 *Denique respectu præsentium valet, si de rebus diuisis partem suam absenti dederint.*

45 *Diuisio non tenet respectu præsentium, quando absenti non possunt partes diuisæ dari pro rata.*

46 *Frater absens potest petere in iudicio familiæ erciscundæ, vt pretium rerum venditarum a coheredibus communicetur.*

47 *Pretium rerum venditarum communi nomine communicatur actione negotiorum gestorum cum absenti.*

48 *Pretium rerum, quas coheredes ignorantes alii heredi vendiderunt, communicatur cum absenti in iudicio familiæ erciscundæ, & emtores erunt securi, nisi emtores non habeant regressum contra venditores.*

49 *Coheredes venditores non tenentur absenti, nisi quatenus ad eos peruenit, nisi scientes alium heredem esse, vendiderunt.*

50 *Heres absens potest ab emtoribus partes suas rerum hereditatis, quas coheredes vendiderunt, petere, si de illo coheredes notitiam habuerunt.*

51 *Fructus, quos possessores hereditatis teneantur restituere, vide nu....r emissiue.*

52 *Hereditatis petitio regulariter non datur contra titulo singulari possidentem.*

53 *In pari caussa melior est conditio possidentis.*

54 *Hereditatis petitio datur contra titulo singulari possidentem in certis casibus, vide ibi.*

55 *Diuisio cum fit, non debet maior diuidere, & partes facere, & minor eligere.*

56 *Diuisio est sorti committenda, vt pars sorte obueniens cuique tradatur.*

57 *Si fratres in diuisione dissentiant, & nolint eam sorti committere, iudicis arbitrio committitur diuisio, circa quam officium suum impartiri debet.*



CAPVT II.

Qui possunt ad diuisionem rerum communium prouocare.

SOcietate finita potest quilibet ex sociis diuisionem rerum
1 communium petere, quia † nemo inuitus potest compelli in communione rerum cum alio esse, *vt in l. fin. C. comm. diuid l. 12. tit. 10 part. 5.*

2 Nam † diuisio fit, vt discordiæ & scandala tollantur, quæ ex communione sæpe oriri solent, vt *in c. ex tenore, de sententia excommunicat. l. in re communi, ff. de seruit. vrban. prædiorum, l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. l si non sortem, § si centum, ff. de cond. indebiti:* & vt quisque propria cognoscat & diligentius custodiat, atque vt libere de rebus suis disponat; *Ia Sa yc. in d. l. fin C commun d uid & in l 1. §. ad hæc, col. 1. C. de annal. except. Marian. Socin. Iun. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 279. ff. de verb. obligat.*

3 Quia † segnius expediunt commissa negotia plures, *l. si plures, §. quamuis, ff. de administ. tut & curat. gloss. in § sed & si, in*
4 *princ. I st. de satisdat. tutor. vel curator.* Et † naturale vitium est negligi quod commune est, vt se nihil habere quod non totum habeat arbitretur; denique suam quoque partem corrumpi patiatur, qui inuidet alienæ, *l. 2. C. quando & quib quarta pars, lib. 10. l. 1. & ibi Greg. Lop. in tit. 15. part. 8.* Et ideo laudatur diuisio quæ concorditer fit, *vt in l. fin. ff. famil. ercisc.*

5 Et † potest petere diuisionem rerum communium quilibet maior, qui partem in rebus habet, *vt in tit. rubro & nigro, ff. com. diuid & ff. famil. ercifcund. & C. commun. vtriusque iud. & famil. ercisc & tit. 15. part. 6.*

6 Minor † autem nō potest prouocare ad diuisionem, prouocari vero potest, *vt in l. inter omnes, C. de præ. minor. l. inter pupillos, ff. de cust. tutor. Bartol. in d. l. 2. C. quando & quibus quart. pars, & ibi Luc. de Pen. col. 3. & 4 Bal. l. 2. C. si aduersus trans. Bart.*
7 *& Doct. in l si conuener ff. pro soc.* Et † idem est in furioso, *vt tenet Bald.*

Bald. in l. iubemus nulli, in princ. C. de sacrosanct. Eccl. quia gaudet priuilegiis minoris, *gloss. comm. ibi approbata in l. 2. C. de curat. furios. l. 60. tit. 18. part. 3. l. 4. in fin. tit. 13. p. 5.* Ratio † est, quia per 8
diuisionem fit quædam alienatio rei immobilis, *vt in l. 1. §. 1. & l. si pupill. ff. de reb. eorum, l. 2. C. com. vtriusque iud. & l. inter omnes, C. de præd. minor.* Quæ † alienatio fieri non potest, nisi 9
quando minori expediat, & caussa cognita: *vt in l. magis puto, §. ne passim. ff. de reb. eorum, l. oues, C. de præd. minor. l. 4. tit. 5. part. 5. & ibi Greg. in verb. pro dichos.* Et quando minor prouocatur ad diuisionem, fit diuisio ex necessitate: & est necessaria alienatio rei immobilis, quia iudicium in inuitum redditur, *l. inter stipulantem, § Sacr. ff. de verb. oblig.*

Ecclesia, si † ei expediat, potest ad diuisionem prouocare, 10
secundum gloss. in l. iubemus, in verb. diuidere, C. de sacrosanct. Eccl. quam sequitur ibi Bald. num. 13. per text. in l. fin. C. de iur. dot. & l. is cui bonis, ff. de donat. & ibi Paul. de Cast. num. 4. Quam gloss. dicit ibi menti tenendam Bart. *num. 7.* & quod illam Doct. sequuntur. Et Bar. & Paul. dicunt tunc expedire Ecclesiæ, vt diuisio fiat, quando socius est rixosus; Idem tenet ibi Salycet. & inquit, idem esse si socius fructus communes dilapidaret.

Et † asserit cōmunem opinionem Doctorum esse, quod 11
semper & in omni casu Ecclesia potest ad diuisionem prouocare & eam petere, quia Ecclesia est in impedimento perpetuo, & communio perpetua est de iure prohibita, *vt in l. in hoc iudicio. §. si conueniat, ff. commun. diuid. l. nulli, ff. pro soc.* & quia per dictam l. *iubemus*, indistincte permittitur diuisio rerum communium Ecclesiæ fieri, in minore autem cessat dicta ratio, quia prohibitio diuisionis in minore est temporalis. Idem tenet Gutierr. in *tractat. de iurament. confirmat. 1. part. cap. 18. num. 10.*

Maritus † non potest prouocare ad diuisionem fundi do- 12
talis inæstimati, prouocari autem potest, vt probatur in *l. 2. & ibi glos. C. de fund. dotal.*

13 Prodigus, cui † bona sunt interdicta, non potest prouocare, nec prouocari ad diuisionem faciendam, *vt in l. ex castrensi, in princip. ff. de castrensi peculio*: quam legem dicit singularem Bald. *in l. iubemus nulli, C. de sacrosanct. Eccles. Gregor. Lop. in l. 2. in verb. Herederos, in princ. tit. 15. p. 6.*

14 Si † diuisio inter minores facta fuerit sine iusta caussa, & decreto iudicis non interueniente, non valet; quia diuisio est quædam alienatio & permutatio, vt *in l. 1. C. communia vtriusque iudic. Dec. in l. cum proponas, numer. 2. C. de pact. Paul. in d. l. 1. num. 3. Lassarte in tractatu de decima vendit. & permutat. cap. 20. num. 45.* Et ideo minor non potest ad diuisionem alterum minorem prouocare, vt *in l. si pupillorum, in princ. ff. de rebus eorum, l. pen. cum ibi notat. C. de præd. minor.*

15 Et † quemadmodum quælibet alienatio rerum immobilium inter minores facta sine decreto iudicis, & sine auctoritate tutoris vel curatoris non valet, vt *in l. non solum, C. de præd. minor. & dicto §. ne passim, l. magis puto*: ita diuisio inter eos facta, non potest valere; nec cum decreto iudicis & auctoritate tutoris vel curatoris valebit, nisi iusta caussa subesset, vt quia sociũ haberet minor rixosum, *secundum Iacob. Aret. & Bal. in d. l. si pupillorũ, ff. de reb. eorũ, & Bar. in l. inter pupillos, ff. de auct. tut.*
16 *& cur. & in l. iubemus nullã, & ibi alii Dd. C. de SS. Eccl.* vel † quia res, quas in cõmuni habebat, nõ erant vtiles nec fructiferę, & minori expediebat partem pro diuiso habere, & illam vendere, vt alias res vtiliores & commodiores emeret, *vt in l. 4. titul. 5. part. 5.* Vbi non vrgenti debito, sed tantum propter vtilitatem minoris permittitur res immobiles minores alienare, si ut in rebus Ecclesiæ etiam fit, *vt in cap. sine exceptione, 12. quæst. 2. notat gloss. in eadem caussa & quæst. in summa, Greg. Lop. in d. l. 4. in verbo, pro dichos, tit. 5. part. 5.*

17 Sed † si dicta diuisio sine dicta solemnitate facta, vtilis minoribus fuerit, poterunt minores, interueniente dicta solemnitate eam approbare, sicut fit in re Ecclesiastica sine solemni-

lemnitate alienata, *Decius in c. quæ in Ecclesiarum, num. 3. de const. Corset. in sing. in verbo, pupillus, Iaf. in l. cui hi, §. eam trāsactionem, num. 2. vers. limita tamen, ff de transact. Matesilan. sing. 155. Nota quod si minor, Fulgos. in d. §. eam transactionem*; Et tenet Ioannes de Grad. *in apostillis ad Stephanum Aufrer. in addit. ad Capellam Tolos. decis. 89.* vbi inquit fuisse dictum singularem Innocentii & Doct. *in c. 1. de iis quæ fiunt a Prælat. sine cons. capit. tenet gloss. in c. 1. ne sede vacante.*

Et † si aliquis maior in dicta diuisione interuenerit, & antequam minores in dicta solemnitate illam approbauerint, 18
tunc non poterunt si de nullitate diuisionis dixerit, minores eligere, diuisionem approbare: *Ita Bald. in c. 1. col. 3. vers. capio primam, glos. de præsumpt. sequitur Palat. Rub. in repet. rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 68. col. 1. vers. ex istis infertur, Iaf. in l. non eo minus, num. 1. vers. limita, C. de procur. Felin. in c. caussam, num. 9. de iud. Arrias Pin. in l. 1. C. de bon. mater. 3. p. num. 33. vers. Et tamen intellige.*

Testator † prohibere non potest, ne diuisio bonorum 19
suorum inter heredes & eius successores in perpetuum fiat; quia perpetua communio lege prohibetur, *Crauetta cons. 414. num. 4. l. in hoc iudicio, § si conueniat, ff. communia diuid. & l. nulla, ff. pro soc.* Et † nemo potest facere quin leges in suo testamen- 20
to locum habeant, *l. nemo. ff. de legat. 1.* Quod † videtur facere, 21
si simpliciter diuisionem fieri prohibuerit; *Ita Curt. Iun. in consil. 112. num. 1.* vbi communem dicit: Et Suarez *in 1. vol. comm. opin. libr. 4. col. mihi 194. post princ. num. 20.* Ex quo † reproba- 22
tur Ayora *in tract. partitionum 1. part. c. 5. numer. 14.* qui contrarium tenet; nisi eum intelligas de prohibitione ad tempus facta. Hanc testator potest prohibere ne diuisio vsque ad certum tempus fiat, *vt in l. 4. in princ. ff. de condit. instit. & ibi notant Bald. & Ang.* qui dicit, quod sæpe fuit interrogatus, vtrum testator possit prohibere heredibus, ne hereditatem vsque ad certum tempus diuidant? & respondisse quod sic; per illum

text. *in d. l. 4.* Et idem vult Bart. *in l. quintus, §. argento, ff. de auro & argent. legato, & Paul. de Castro & Alexand. in l. si non sortem, §. si certum, ff. de condict. indebit.* Et probatur in *l. in hoc iudicio, §. si conueniat, ff. commun. diuid.* quæ loquitur de prohibitione diuisionis temporali, facta pacto & conuentione, de quo pacto argui potest ad testatorem prohibentem, *l. seruum filii, §. cum qui chirographum, ff. de leg. 1. l. fin. C. de legat.*

Et quod ad tempus possit testator diuisionem prohibere, affirmat commun. opin. esse Grat. *cons 66. n. 24. lib. 2. Iul. Clar. in §. testamentum, quæst. 67. Curt. Iun. cons. 115. num. 1. & 2. Mencha. de success. creat. §. 7. num. 7.*

23 Possent † tamen maiores 25. annis, non obstante dicta prohibitione de non diuidendo ad tempus facta, diuisionem facere: quia quod in eorum fauorem introductum fuit, non debet in eorum odium retorqueri, *l. quod fauorem, C. de*
24 *legib.* Et † quia iuri suo renũtiare possunt, *l. si quis in conscribendo, C. de pact.* Quod locum habet, etiamsi pater fecerit filios iurare, quod non diuident hereditatem vsq; ad certum tempus: nam, non obstante dicto iuramento, sine periurii metu poterunt filii dictam diuisionem facere, quia iuramentum præstitum ad commodum iurantium, potuit per iurantes remitti, *vt in cap. præterea, de sponsalibus. Ita Oldradus in consil. 241. Idem Ioan. Andr. in tit. de iud. in 4. p. §. sequitur, vers. item heredes, in addit. mag. incipient: ibi, in §. ad hæc, in fin. ad Spec. Pala. Rub. in repet. rubr. de donat. inter virum & vxor. §. 54. num. 6.* Vbi in-
25 quit quod † nepos sine metu periurii potest contra patruum diuisionem petere, quia iuramentum filii non ligat nepotem heredem, *vt in cap. veritatis, de iureiurand. & cap. fin. de sepult.* Vtrumque tenet Ias. *in l. sortem, §. si centum, num. 8. ff. de condict. indebit. Menchac. de success. creat. §. 7. nu. 6. Vbi communem dicit Dec. in l. cum proponas, num. 4. C. de pact. Alex. cons. 18. libr. 2.*

26 Quod † si minores fecerint diuisionem cõtra voluntatem testatoris ante tempus ab eo præfixum; nulla diuisio erit: quia

con-

concurrunt prohibitio legis, *vt in d. l. si pupillorum, ff. de reb. eor. & l. inter pupillos, ff. de auctorit. tutor. & curator. & l. penul. C. de præd. minor. & prohibitio hominis.* Et in hoc casu prohibitio testatoris de non alienando, etiam sine caussa tenet & valet, *vt in l. 2. C. de vsucap. pro emt. Bart. in l. filiusfamilias, §. Diui, ff. de legat. 2. quem sequuntur ibi Alex. & alii Doct.* Item, quia † quando est prohibitio alienationis temporalis caussæ, expressio non requiritur. 27
Quod sentit Alex. *in d. l. si non sortem, § si centum, ff. de condict. indebit.* dum vult, quod licet prohibitio perpetua de non diuidendo per cõtractum simpliciter fieri non possit, *vt in d. in l. in hoc iudicio, §. si conueniat,* in vltima volũtate 28
poterit valere, si † sit facta cum caussa, sicut valet prohibitio alienationis, *vt in d §. Diui.* Et sic dum requirit expressionem caussæ ad validitatẽ prohibitionis perpetuæ diuisionis factæ in testamẽto, innuit, quod valeat prohibitio temporalis sine caussa in vltima voluntate. Quod bene probatur in *d. l. 4. ff. de condit. inst. Ruin. cons. 212. n. 15. Bal. in cons. 72. vol. 2. Iul. Clar. in §. testamentũ, q. 67. vers. quaero an testator?* vbi cõmunem testatur.

Item, quia † præsumitur quod dicta prohibitio diuisionis fuit cum caussa facta, ne minores sua facilitate labantur, *vt in* 29
d. l. C. de vsucap. pro emto. Bald. in cons. 72. num. 1. Vbi sentit, quod si † expediat minoribus dictam diuisionem fieri, quod duo- 30
rum consensu facta valebit. Quod intellige, si cum caussæ cognitione facta fuerit. Et quod non obstante prohibitione testatoris, si minori expediat, possit diuisio fieri tenet Bar. *in d. l. 1. §. inter pup. ff. de auctor. tutor & curat. & in l. iubemus, 2. C. de sacrosanctis Eccles. Grammat. decis. 7. num. 3.*

Et si filiis † expediat, ne diuisio fiat ante tempus a testato- 31
re constitutum, tale grauamen, etiam respectu legitimæ filiorum vires habebit, nam grauamen in legitima positum in fauorem filiorum, validum est de iure, *vt in l. filius matrem, & l. si quis in suo, C. de inofficio. testam. & ibi Bart. Bald. Salyc. & Paul. Bar. in l. cũ ex filio, ff. de vulg. & pup. substi. & ibi Ang. & Imol. glos. in l.*

quoniam in prioribus, in verb. tollatur, quam ibi sequuntur Bald. & scribentes: Hanc dicit communem Dec. *in consil. 442. num. 28.* magis communem testatur Alex. *in l. mulier, ff. ad Trebell. & in dict. l. cum ex filio, ff. vulgar.* Ant. Gomez. dicit magis communem *in 1. tomo variarum resolut. c. 11. num. 27. Anton. Gabriel. in*
32 *tit. de legitima, quaest. 39. num. 20. Emanuel Suarez* † *in suo Thesauro, verbo, legitima filiorum, num. 86. Arri. Pinel. in lib. 1. 3. part. C. de bonis maternis, num. 30. ad fin.* Ex quo reprobatur Ayora *in tract. part. 1. artic. cap. 15. num. 14. in fin.* vbi tenet prohibitionem diuisionis non tenere, quatenus attinet ad legitimam filiorum, nisi eum intelligas in prohibitione perpetua.

33 Nam etiam † prohibitio alienationis in fauorem filiorum facta, etiam respectu legitimae valet: vt puta, quando praecepit ne filius legitimam antequam 25. annum compleret, alienaret: quia cognouit filium minus industriosum esse, & male res suas administraturum. *Ita Bartol. in d. l. cum ex filio, ff. de vulgar.* Communem dicit Dec. *in d. cons. 442.* Et magis communem dicit Micha. Crass. *in lib. sentent. §. legitima, q. 39. num. 16. secundum Alc. in tract. de praesumt. reg. 1. praesumt. 2. in addit.*

34 Ex quo † potest mater instituere filium heredem, sub conditione: *Si eum pater emancipauerit*, quia timet mariti prodigalitatem. Et ita habet se communis Doctor. opinio, *secundum Rod. Suar. in dict. l. quoniam in prioribus, limit. 1. num. 5. per dict. l. si filius matrem, & ibi glos. C. de inoffic. testat.*

35 Et † similiter propter dictam caussam potest mater prohibere, ne vsusfructus bonorum ad maritum pertineant, sed quod filiis reseruentur: quam dicit communem opinionem Vasquius, *de success. creat. §. 10. num. 234. Vide Micha. Crass. in d. §. legitima, q. 39. a num. 14. vsque ad num. 20. & Anton. Gabriel. in commun. opin. in tit. de legitima, libr. 6.*

36 Dubium † est, si minor cum fratribus maioribus sine aliqua solemnitate bonorum diuisionem fecerit, & factus maior vsque ad annum 40. aetatis suae taceat, & postea dictam di-

uisio-

uisionem iniustam & nullam esse dicat, iterumque fieri petat: an audiri debeat? Et Bald. *in cons. 282. vol. 2.* tenet, quod audiri non debet, quia cursus decem annorum post 25 annum transactus, habet vim tacitæ & solemnis diuisionis, & sic illi stare tenetur, per gloss. communiter approbatam in *l. placet, C. commun. diuid.*

Quæ † dicta sunt de diuisione facta inter minores, vel quādo minor in diuisione interuenerit, seruanda sunt, quando diuisio prædiorū vniuersitatis petita fuerit. Nam ex eo quod diuisio est alienatio, *vt in d. l. 1. C. commun. vtriusque iud. l. 1. §. 1. & l. si pupillorum, ff. de reb. eorum,* solemnitas *l. fin. C. de vend. reb. ciuitat. lib. 11.* interuenire debet, id est, auctoritas superioris siue eius decretum, & cōsensus totius vniuersitatis, & diuidentes curare debēt, propter vtilitatem vniuersitatis diuisionem fieri, *vt notat Ioan. de Platea, in d. l. fin. Alex. consil. 1. col. 2. libr. 4. Anton. Capi. decis. 93. num. 4. Ruin. cons. 41 num. 7. lib. 1. & consil. 67. numer. 12. eod. lib. 1.* Et in diuisionibus seruandum esse solemnitatem, *d. l. sic,* respondit Calca. *cons. 49. in fin.* quem refert & sequitur Menoch. in *cons. 80. num. 25. vol. 1.* Nam vniuersitas æquiparatur pupillo & minoribus, text. *in l. rempublicam, C. de sentent. & re iudicat. l. vnde iure reipublic. lib. 10. Bart. in l. 1. §. vlt. num. 1. ff. quod cuius. vniuers. nomin.* 37

Nota, quod † licet facta sit perpetua communio terminorum inter aliquos populos & vniuersitates, potest diuisio fieri, quia perpetua communio prohibetur, *vt in dict. l. in hoc iudicio, §. si conueniat, ff. commun. diuid. dicta l. nulla, ff. pro soc.* Ita tenet Auend. *in cap. 4. prætorum, numer. 20. & 21. col. 2. lib. 1. Ioan. Gutierr. de iurament. confirmat. 1. part. cap. 58. num. 5.* vbi *numer. 6.* tenet, idem esse seruandum in priuatis hominibus defensas communes seu prata habentibus, cum pacto perpetuæ communionis: quod intelligit, si commode & sine magno præiudicio contradicentium diuisio fieri queat. Facit quod tenet Anton. Capici. *decis. Neapol. 63.* 38

39 Licet diuisio † bonorum sit inter aliquos prohibita, ex præcepto testatoris, non tamen videntur prohibiti diuidere inter se fructus bonorum: quia illa prohibitio diuisionis quoad dominium tantum intelligitur, & ideo fructus inter se diuidere possunt: Et hanc veram & communem Doctorum opinionem esse affirmat Roland. a Valle *in cons. 80. num. 83. vol. 1. Socin. Iun. cons 69. num. 6. vol. 1.*

40 Et similiter † minores, auctoritate curatorum possunt inter se diuidere prædia communia, quoad culturam & redditus & fructus, licet quoad proprietatem diuidere non possint. Ita probatur in *l. Lucius, ff. fam. erciscund.* secundum intellectum glos. *ibi in verb. patrimonium,* quam sequitur ibi Bald. & Paul. de Cast. *in l. iubemus null. num. 4. C. de sacros. Eccles.* dicens: quod ita fuit determinatum Rotæ. Idem tenet Rod. Suar. *in d. l. quoniam in prioribus, limitat. 11. ad leg. Regn. in 2. dubit. princip. num. 9. Felin. 188 col. 2. de inoffic. testa. Ioan. Gutier. in d. c. 58. num. 12. part. 1. de iurament. confirmat.*

41 Cum de † diuisione facienda agitur, vt diuisio vires obtineat, si aliquis ex coheredibus absens fuerit, & citari non possit: quia domum certam non habet, nec scitur vbi sit, curator bonis est a iudice creandus, cum quo diuisio fiat. Quod faciendum est præcedente informatione de supradictis: nam dicta informatio vim proclamatis habet. De quo inquit Bal. *in rubr. de successo. edict. & Salycet. in l. coheredibus, C. faml. ercisc. text. in l. 1. & per totum, ff. & C. de curat. bon. dand. l. 12. titul. 2. part. 3.* Et ita in practica seruatur.

42 Dubium † est, *an si dicta solemnitas non seruetur, & absq; curatore bonis dato, fratres præsentes diuisionem bonorum fecerint, & suam partem fratri absenti adiudicauerint, & vnus fratrum præsentium promisit absentem ratam dictam diuisionem habiturum: an dicta diuisio sic facta valeat, si frater absens veniens contradicat?* Et Bald. *in cons. 223. volum. 3.* tenet non valere, etiam quoad fratres, qui diuisionem fecerunt, *per text. in l. si cum fratres, C.*

res

res inter alios facta, & l. dico fratres, ff. de acquir. hered. l. dudum, C. de contrahend. emt. l. coheredibus, C. famil. erciscund. l. 2. ff. eodem titul.

Contrarium † videtur tenere Ayor. *in tract. de part. 1. part. cap. 5. num. 17. & 18. vers. Peropongamos*, vbi tenet respectu coheredum, qui diuisionem fecerunt, diuisionem tenere: Nam inquit, quod si aliqui heredes cum alium coheredem esse ignorarent, vel quia mortuum esse putarunt, inter se hereditatem diuiserunt, quod si postea alius heres appareat, diuisio facta quoad eos qui diuiserunt, valebit, & quod dando de bonis diuisis debitas partes aliis satisfaciunt, & quod ita probatur *in d. l. coheredibus, C. famil. ercisc.* & tenet expresse glos. *in d. l. 2. in fin. in verbo, pauciores, ff. famil. ercisc.* cum qua transeunt ibi Bart. Alber. & omnes scribentes. 43

Sed responderi potest, quod casus Bald. differt a casu Ayoræ & glos. & Doctor. Nam in casu Bald. non fuit data de qualibet re pars absenti, & ita debet intelligi: In casu autem Ayoræ & glos. sic, & per diuisionem si de nouo fieret, aliud consequi, qui fuit absens, non potest, & circuitus est vitandus, *Dd. in l. ante nuptias, ff. solut. matrim. Alt. in. l. 1. num. 22. ff. & C. tit. sol. matr. Rol. cons. 69. num. 24. & seq. vol. 3.*

Quod procedit etiam in diuisione per iudicem facta, Bal. per text. *ibi in l. 2. §. dubitandum, ff. famil. erciscund. gloss. in l. bona, C. eodem tit. Aymon Crauet. in cons. 160. num. 4. lib. 1.* Quod intellige, si † dãdo de singulis rebus partem commoda diuisio fiat, alias iterum facienda erit, vt commoda adiudicatio singulis heredibus fieri possit vel in ipsis rebus hereditariis, vel prout Iudici melius videretur, *vt in d. l. 1. & l. ad officium, C. commun. vtriusque iud. & ibi. Doctor. l. fin. tit. 15. part. 6* 44

Et nota, quod in † primo casu quando fratres præsentes hereditatem diuiserunt, si partes suas sic diuisas vendiderunt, poterit alius frater, qui absens fuit, & diuisioni non consentit in iudicio famil. erciscund. partem pretii rerum vendi- 45

tarum a fratribus petere, *vt in l. inter coheredes, §. si coheredes, in fin. ff. famil. hercisc. l. in famil. in fin. C. fam. hercisc.* Et idem seruandum erit, si ante factam diuisionem aliquas res hereditarias, quæ aliter commode expediri non poterant, alienauerunt: nam in iudicio famil. hercisc. pretium communicādum venit, *vt in l. heredes, §. idem est & si vnus, ff. famil. hercisc. l. si quis putans, §. siue, ff. commun. diuid.*

46 Si † vero commode expediri poterant, & communi nomine vendiderunt actione negotiorum gestorum pretium communicatur, & diuidendum erit, *vt in d. l. si quis putans, §. siue, ff. commun. diuid. d. l. in familiæ, C. famil. herciscund.*

47 Et † in secundo casu, quando heredes, ignorantes alium coheredem habere, res hereditarias vendiderunt, venditio valet, & emtores semper securi erunt, & pretium in iudicio familiæ erciscundæ communicandum venit, *vt in l. vtrum autem, ff. de petit. heredit. l. sed & si lege, §. item si rem distraxerit, ff. eodem, l. fin. §. fin. ff. de leg. 2. glos. notab. in d. l. in familiæ, in fin. glos. C.*
48 *fam. erciscund. Paul. & Doctor. in d. l. in familiæ.* Quod † intellige, nisi emtores contra venditores regressum non habuerint; nam tunc absens, alienationi nō consentiens, poterit ab emtoribus partem rerum alienatarum exigere, *vt in d. §. item si*
49 *rem distraxit.* Item † intellige, quod coheredes venditores non tenentur plus pretium communicari fratri, qui absens fuit, nisi quatenus ad eos peruenit, & locupletiores facti sunt, *vt in d. l. vtrum autem, & Doct. in d. §. si rem distraxit, l. sed & si lege, in fi.* scientes habere coheredem alienauerunt: nam tunc, tanquam possessores, poterunt conueniri, *vt in dictis iuribus.*

50 Et † quando heredes, scientes alium coheredem esse, res hereditarias alienauerunt, absens, si velit, poterit partes suas ab emtoribus & possessoribus vendicare, *vt in l. si rem & pretium, & l. sed & si lege, §. 1. & §. Proinde, & § consuluit & §. item si rem distraxit, 2. & l. item veniunt, §. præter hæc, versic. item eos, & versic. eos autē, & §. ceterū, & l. si possessor, §. restituere, ff. de pet. hered.*

Et

Et † quos fructus possessores hereditatis restituere teneantur; siue bonæ fidei, siue malæ fidei possessores fuerint, vide per text. *in l. item veniunt, §. fructus, & l. illud, § prædo, ff. de petit. heredit. l. 4. & ibi Greg. Lop. tit. 14. part. 6. Ayora in tract. part. 1 part. c. 5. num. 20. cum seqq.* tradit aliqua circa fructus, qui in petitione hereditatis veniunt: & in casibus ibi ab illo propositis sentire videtur, quod petitio hereditatis datur contra titulo singulari *possidentem*, etiamsi iusto pretio hereditatem acquisierit. 51

Ideoque † dicendum est, quod regulariter petitio hereditatis non datur contra titulo singulari possidentẽ, *vt in l regulariter, ff. de pet. hered.* Et ratio, secundum Bart. *in l. hereditas, C. eodem tit.* est, quia in petitione hereditatis, agens fundat se in tit. suo & possessione defuncti: licet enim defunctus non fuerit dominus, nihilominus venit in petitione hereditatis, *vt in l. & non tantum, ff. eodem titulo.* Sed † ille, qui possidet habet titulum & possessionem, & sic æquale ius cum veteri & in pari caussa melior est conditio possidentis, *vt in reg. in pari caussa, de reg. iuris in 6. l. siue autem, in princip. §. 1. ff. de Public in rem act.* 52 53

Et † contra titulo singulari possidentem, petitio hereditatis datur, quando hereditas est modico pretio distracta, vel quando venditor non apparet, vel quando emtor est sciens, vel emta est a Fisco hereditas, *vt in l. etiam, §. quod si quis, cum sequentibus. Et ibi glos. ff. de petit. hereditatis, glos. in dict. l. hereditatem, C. eodem tit.* Et similiter datur petitio hereditatis contra titulo putatiuo possidẽtem, siue sit titulus vniuersalis, siue singularis, quia titulus putatiuus non habet vim tituli veri: & sic non potest dici quod possessor est in pari caussa, *ita Greg. Lop. in l. fin. in glos. mag. per dictam l. fin. titul. 14. partit. 6.* Quem vide. 54

Quando † fit diuisio hereditatis inter fratres, non debet maior partes facere, & minor eligere: quæ fuit opinio Canonistarum *in c. 1. de paroch per text. ibi.* Quam opinionem sequitur Ias. *in §. omnes, nu. 62. cum seqq. Inst. de act.* intelligens maio- 55

rem non temporis & ætatis, sed administrationis, scilicet, qui diutius administrauit. Quod asserit probare text. *in d. c. 1. de parrochi.* & quod hoc idem notant Host. Ioannes Andreas, Ant. de Butr. & Abb. ibid. & Æmil. Ferre. *in primo respons. suorum cons. Mynsi. in suis obseru Cameræ, obseru. 37. in 4. cent.*

56 Sed vel † sorti diuisio committenda est, secundum communem opinionem legistarum, de qua testatur Iason. *in l. 1. num. 39. ff. si certum petat. & in l. si duobus, num. 7. C. commun. de legat. idem Ias. in §. quædam, Instit. de acti.*

57 Vel † si fratres dissentiant, & sorti committere nolint, iudex tenetur officium suum impartiri & diuisionem facere, *vt in l. ad officium, C. & §. si familiæ, & § fi. Instit. de officio iud. l. fi. tit. 5. part. 6. Ias. in d. l. si duobus, num. 7. C. commun. de legat.* Et communem dicit Villalob. *in suis communibus opin. verb. diuisio.* Et quod iudicis arbitrio diuisio committatur, est receptior sententia Doctorum, secundum Tiraquel. *in tract. de iur. primogen. quæst. 60. num. 10. Menoch. de arbitr. iud. casu 123. lib. 2. cent. 2.*

SVMMARIA.

1 *Diuisio bonorum hereditatis est petenda coram iudice heredum, vel vbi bona hereditaria sunt.*

2 *Actio familiæ erciscundæ est mixta, realis & personalis.*

3 *Missio actualis in possessionem ex edicto Diui Adriani est facienda per iudicem loci, vbi bona sita sunt.*

4 *Missionis in possessionem pronuntiatio fit per iudicem domicilii petentis se mitti in possessionem: & si locus pius sit heres, potest iudex Ecclesiasticus illam facere.*

5 *Diuisio bonorum hereditatis est petenda coram iudice Ecclesiastico, quando heredes sunt clerici vel religiosi, qui possunt bona in communi habere.*

6 *Diuisio bonorum hereditatis, debet peti coram iudice vbi maior pars hereditatis sita est.*

7 *Diuisio si petatur a clerico contra laicum coheredem, est coram iudice*

iudice laico petenda, & e contra coram iudice Ecclesiastico, si coheres laicus illam contra clericum petat.

8 *Hereditaria bona efficiuntur heredis per hereditatis aditionem, & heredis qualitatem assumunt & nouum nomen acquirunt.*

9 *Hereditas quæ aufertur ab herede indigno, si heres sit laicus, applicatur fisco Regio, si autẽ sit heres clericus, applicatur Ecclesiæ.*

CAPVT III.

Vbi de diuisione bonorum agi oporteat.

DIuisio † bonorũ, si coram iudice petatur, aut petitur de hereditate, & debet peti coram iudice heredum, *vt in leg. vnica, C. vbi de hered. agi oportet, l. iuris ordinem, C. de iurisd. omnium iudic. c. cum sit generale, de foro competenti,* vel vbi sunt bona hereditaria, *vt in l. fin. C. vbi in rem actio. c. sane, c. fin. de foro compet. l. 32. tit. 4. part. 3. l. fin. tit. 9 part. 6. dicta l. vnica, C. vbi de hered. agi oportet.* 1

Nam † actio familiæ erciscundæ, est mixta, realis & personalis, *vt in §. quædam, Instit. de action. vbi late Ias.* 2

Si † autem missio in possessionem ex edicto D. Adriani petatur, *glos. in l. fi. C. de edicto D. Adriani, in verbo, competit,* duos casus considerat atque distinguit. Primus est, cum agitur de ipsa actuali missione in possessionem, tunc is dicitur iudex, sub cuius territorio bona posita sunt, *l. cum vnus, §. penult. ff. de bonis auctoritat. iud. poss. l. a Diuo Pio, §. 1. ff. de re iud.* Quam glos. *in dicto verbo, competit,* dicit veram *ibidem num. 13.* Secundus casus est, quando † solũ agitur de pronuntiatione missionis in possessionem, tunc iudex competens est ille, qui præest iurisdictioni, ratione domicilii petentis se mitti in possessionem. Quam sentẽtiam probat *l. vnica, C. vbi de hered. agi oportet, l. 2. C. de interdictis,* Quod late tradit Menoch. *de adip. possess. remed. 4. nu. 402.* qui *in num. 405.* cum Angelo *in cons. 137.* ait, quod iudex Ecclesiasticus poterit hanc missionem facere, cum locus pius scriptus heres fuerit. Ex † quo fit, q; si clerici & religio- 5 3 4

si, qui possunt habere bona in communi fuerunt heredes defuncti laici; coram iudice Ecclesiastico petenda est diuisio. Et
6 si † bona sita fuerint in diuersis territoriis, diuisio petenda erit coram iudice illius territorii, vbi maior pars bonorum sita
7 fuerit, *per l. 1. ad med. tit. 6. part. 6.* Si † autē fuerint heredes tam Clerici, quam laici simul, tunc maius vertitur dubium; in quo ita distingue, Si Clericus prouocat ad diuisionem coram iudice laico tenetur eam petere, cum forum rei sequi teneatur, per regulam generalem, de qua in *legibus supra citatis, & in l. actor, C. vbi in rem actio. cum concordantibus.* Si tamen laici prouocauerint Clericum ad diuisionem, petenda diuisio est coram iudice Ecclesiastico, per regulam supra positam: & ratio est, quod Clericus heredes laici defuncti, nondum aduersus eū cœpta lite, conueniendus erit apud iudicē Ecclesiasticum pro actione personali vel mixta; quæ est actio famil. ercisc. *per*
8 *a. §. quædam, Inst. de act.* Quod † tradit Couarr. *in pract. q. c. 8. num. 4. & in vers. Quarta conclusio, per multa iura. Et Azeuedo in l. 15. tit. 4. lib. 5. recop. n. 6.* Et si defunctus fuerit clericus, & eius heredes laici, per aditionem hereditatis bona efficiuntur heredum; quia iam non est hereditas; *vt in l. hereditas, ff. de regul. iuris, l. cum heredes, ff. de acquirenda poss.* Hereditas enim adita, primum nomen amittit, & nouum ex persona adeuntis assumit, *l. 1 §. veteris, vbi Ias. ff. de acquirend. poss.* Tenet Menoch. *cons. 81. num. 24. & cons. 115. n. 49. vbi alios refert.* Et sic, tanquam de bonis laicorum iudicandum est, & diuisio debet peti (vt dictum est) coram iudice seculari; nam bona accipiunt qualitatem domini secundum Calcaneum *cons. 45. nu. 4. Menoch. cons. 80. num. 30. l. Paulus, in fin. ff. de acquirend. hered.*

9 Ex quo † fit, quod si testator presbyter rogauerit de restituendo hereditatem suam incapaci, & heres qui tacitam fidem dederit erat laicus, hereditas est restituenda fisco Regio: sin autem heres sit presbyter, applicetur Ecclesiæ; quia per sententiam iudicis non possent bona clerici fisco Regio applicari.

plicati, *ita Bald. in l. ſi quis presbyter, C. de Epiſcopis & Clericis, Paul. de Caſtr. & Ioan. de Platea in l. 1. & 2. C. de bonis vacant. l. 10. Gregor. Lop. in l. 13. titul. 7. partit. 6. verbo: Perderia, verſ. Quid autem.*

SVMMARIA.

1 *Aeſtimatio rerum debet præcedere earum diuiſionem, & eſt facienda æſtimatio per æſtimatores a partibus electos.*

2 *Aeſtimatores debent eſſe periti & probi & omni exceptione maiores, ſi non fuerint a partibus concorditer nominati, quia vim iudicis habent.*

3 *Exceptio repellens teſtem repellit æſtimatores rerum.*

4 *Aeſtimatores debent eſſe periti circa valorem rei æſtimandi.*

5 *Aeſtimatores ædificiorum qui Hiſpaniæ dicuntur (* Alarifes*) nominantur a concilio ciuitatum.*

6 *Aeſtimatores tenentur iurare ſe facturos æſtimationem ex bono & æquo.*

7 *Aeſtimationi vnius æſtimatoris eſt ſtandum, ſi fuit a partibus concorditer electus.*

8 *Aeſtimationi æſtimatoris publice conſtituti, eſt ſtandum, niſi ab eius æſtimatione fuerit appellatum & reclamatum.*

9 *Aeſtimatoribus diſcordantibus, partes eligunt tertium, & partibus diſcrepantibus iudex eligere debet.*

10 *Aeſtimatores, ſi fuerint a partibus nominati, in eorum relatione citatio partium non requiritur.*

11 *Aeſtimatio ſi fuerit a partibus reclamata, æſtimatores tenentur probare ſe bene æſtimaſſe. Sed contrarium ſeruatur.*

12 *Partes poſſunt reclamare contra æſtimationem ab æſtimatoribus factam.*

13 *Aeſtimatio & valor rerum, poteſt teſtibus probari.*

14 *Allegantí contra æſtimationem, incumbit probatio, quia pro æſtimatoribus & peritis præſumitur, quæ præſumtio transfert onus probandi.*

15 *Aestimatio est reclamanda coram iudice, coram quo aestimatores fuerunt nominati, etiamsi vt arbitri vel arbitratores aestimationem fecerint.*

16 *Pretium ab aestimatoribus taxatum, potest quilibet ex partibus augere & petere, vt pro tanto ei adiudicetur.*

17 *Aestimatio rerum facta, habita compensatione malarum cum bonis, an augeri a coheredibus in aliquibus rebus possit? nu. 17. & 18. & 19. & 20.*

18 *Res multae, si vno pretio vendantur, non potest quis vnam earum retrahere, sed omnes, aut nullam.*

19 *Arbitri, electi ad diuisionem faciendam, tenentur certam diuisionem facere.*

20 *Diuisio rerum cessit, si commodam diuisionem non recipiant, vel patrimonium propter diuisionem corrumpatur, vel sit iusta caussa, quare diuidi non debeat.*

21 *Aestimatoribus tribus, vel tribus testibus discordantibus, standum est aestimationi in qua duo conueniunt, vt puta, vnus deposuit de decem, alter de quindecim, & alius de viginti, quorum duo in quindecim concordant, numer. 31. & 32.* l. diem proferre, §. Si plures, *non procedit in aestimationibus a partibus electis.*

23 *Aestimatoribus duobus & tertio electo discordantibus, omnium aestimationum tertia pars erit iustum pretium.*

24 *Aestimationi rerum a testatore factae standum est.*

25 *Aestimationi a testatore factae, non est standum, si de eius errore in taxa facienda constiterit.*

26 *Aestimatores a partibus electi, non possunt vices suas aliis committere, quia eorum industria videtur electa.*

CAPVT IV.

Qualiter res diuidendae aestimari debent.

1 RES diuidendae † prius aestimandae sunt, vt commode diuidi possint, *text. in l. Meuius, §. fin. & in l. seruorum, ff. fa-milt erciscund.* Aestimatio autem facienda est per aestimatores

ar-

a partibus nominatos, *Panthaleon Cremensis in l. 2. nu. 294. cum sequentibus, C. de rescind. vend. Cagn. in dicta l. 2. num. 258. & 259. l. hac edictali, §. 1. C. de secund. nupt.*

Item † est aduertēdum, quod si æstimatores non sunt nominati insimul de consensu partium, debent esse periti & probi, & omni exceptione maiores: Nam licet huiusmodi æstimatores non dicantur testes, nec ferre testimonium, sed potius habeant vim iudicis quam testimonii, *vt inquit Franc. Curt. in addit. ad Alex. in l. pretia rerum, vers. petitorum, num. 6. ff. ad leg. Falcid. Hieron. Cagnol. in d. l. 2. num. 258. C. de rescind. vend.* 2
Nihilominus † omnis exceptio, quæ potest repellere testem: potest etiam huiusmodi æstimatores repellere: *vt inquit Aret. in cap. caussam, de probat. notabili 3.* 3

Item † est necesse, tales æstimatores ita in arte esse peritos, vt si agatur de æstimatione agrorum, sint agricolæ, si ædificiorū, sint architecti: ita vt sint periti tam in ædificiis, quam in architecturis. Quilibet enim faber non dicitur legitimus æstimator. Ita consuluit Franc. Aret. *in cons. 84. num. 3.* Et sic respondet Curt. Iun. *in cons. 161. num. 20.* vbi testatur de communi Doct. *in c. proposuisti, de probat.* 4

De † consuetudine autem in Hispania a consilio ciuitatum nominantur æstimatores ædificiorum, qui vulgo dicuntur, *Alarifes.* Cum vero debet æstimatori aliquis fundus vel terra, nominantur & eliguntur a partibus agricultores & periti illius rei, quæ æstimanda est. 5

Qui † æstimatores iurare debēt, se facturos æstimationem ex bono & æquo, *vt in l. hac edictali, §. his illud, C. de secund. nup. Alex. in l. pretia rerum, n. 6. vers. præbenda ff. ad l. Falcid. Ang. in §. si quis agens, num. 1. vers. 2. poterit, Instit. de action. Bart. in l. Theopomp. n. 8 ff. de dot. prælegata, Aret. cons. 83. num. 11. Curt. Iun. cons. 165. col. pen. num. 20.* Et hanc esse communem opinionem attestatur Cagn. *in d. l. 2. num. 258. C. de rescind. vendit.* 6

Si † vnus tantum æstimator fuit a partibus cōcorditer ele- 7

ctus, eius æstimationi standum est; *vt in l. Theopompus, & ibi*
8 *Bart. & Doct. ff. de dot. praleg.* Et † idem seruabitur si talis æstimator est publice constitutus, nisi sit ab eius æstimatione appellatum vel reclamatum, *vt voluere Bart. Ang. Ioan. de Plat. & alii, in l. 1. per illum text. C. de ponderat. & aur. libr. 10.* Atque idem Bart. *in l. librarius, col. pen. ff. de reg. iur.*

9 Quod † si dicti æstimatores a partibus electi dissentiant, ipsæ partes tertium eligere debent, vt dicitur de arbitratore, *vt per Bald. in d. l. hac edictali, §. his illud, C. de secund. nupt.* sed si partes discreparent in electione huius tertii, iudex posset hunc eligere, *ita Pantal. Crem. in d. l. 2. num. 298. & 295. C. de rescind. vendit.*

10 Quando † dicti æstimatores eligũtur a partibus (vt dictum est) in eorum relatione citatio partium non requiritur, *vt tenet Bart. in d. l. Theopomp. ff. de dot. praleg. Pantal. Crem. in d. l. 2. num. 297. C. de rescind. vend.*

11 Si † aliquis ex partibus dixerit & allegauerit, æstimatores male æstimasse, videtur quod incumbit ipsis æstimatoribus onus probandi se bene æstimasse, ita videtur sentire Franc. Aret. *in d. c. caussam, de probat. col. 6 per text. in l. susceptor, C. de suscep. & arc. lib. 10. Et docuit Bart. in l. quoties, num. 1. C. de discussor. lib. 10. facit text. in l. cum de leg. Falcidia, ff. ad l. Falcid. & l. scimus, § licentia, C. de iure deliberand.*

Sed contrarium semper seruari vidi, nam quando partes allegant æstimationem iniquam esse, iudex præcipit, vt partes intra certum terminum testibus & aliis legitimis probationibus valorem rerũ probent: & ita, cum essem iudex sæpe
12 sæpius feci; quod videtur secundum ius fieri. Nam † certum est, quod possunt partes reclamare contra talem æstimationem, *vt tenent Bart. Ang. & Ioan. de Plat. & alii in d. l. 1 per illum text. C. de ponderat. & aur. lib. 10. Adque idem Bart. in d. l. fin. libra-*
13 *rius, col. pen. ff. de regul. iuris.* Et † contra æstimationem ita factam, possunt testes produci, quia æstimatio rerum testibus

pro-

probari potest, vt tenet glos. *in §. fin. verb. probare, Institut. de verb. obligat.* Quam sequitur Bart. *num. 17. cum seqq. & Alex. num. 10. in d. l. pretia rerum, ff. ad l. Falc. Et ibidem communiter DD. Dec. in l. quatenus, ff. de reg. iur.* Et † quia alleganti incumbit probatio, *vt in l. ei qui. ff. de probat. l. actor, C. eodem tit.* & pro peritis electis præsumitur, *vt in c. proposuisti, & ibidem Abb. & Doct. de probat. Dyn in cons. 31. Bald. in l. fin. C. de contract. emt. & in c. nisi essent, de probat. DD. in c. in præsentia, de probat.* quæ præsumtio transfert onus probandi, *vt in l. ab ea parte, cum vulgaribus, ff. de probat.* & eis regulariter creditur, *vt in l. 1. ff. de ventr. inspi. l. septimo mense, ff. de stat. hom.* Et nemini debet esse officiũ suum damnosum, *vt in l. sed si quis, & ibi Bart. post glos. ff. quemad. testament. aperian. l. 3. vers. E despues, tit. 2. part. 6.* 14

Quod de iure † faciendum est, & ita seruatur coram iudice, coram quo æstimatores a partibus nominati sunt. Et idem seruandum erit, si vt arbitri vel arbitratores dictam æstimationem fecerint; nam dictus iudex ordinarius, qui de caussa alias cognoscere potest est iudex competens, & qui cognoscere debet de dicta æstimatione, contra quam a partibus reclamatum est, secundum Bar. quem communiter Doctores sequuntur in *l. societatem, §. arbitrorum, ff. pro soc. Couar. in cap. 21. num. 1. libr. 2. var. resolut. & approbatur in l. 23. in vers. E si maliciosamente. tit. 4. part. 3.* 15

Pretium, ab † æstimatoribus in rebus diuidendis taxatum, potest quilibet ex coheredibus, pretium offerendo, augere, vel augendo taxationem petere, quod talis res ab æstimatoribus taxata, ipsi pro tanto iuris adiudicetur, *l. ad officium, & ibi Bartol. & DD. C. communi diuidun. Ayora in tract. 1. 1. part. c. 3. num. 26.* 16

Dubium est, an † quando singulæ mensuræ terræ ab æstimatoribus certo pretio taxatæ fuerint, habita mutua compensatione malarum cum bonis, an coheres in aliquibus ex dictis mensuris terræ, pretium taxatum augere possit? Et Ayo- 17

ra, *vbi supra, num. 34.* tenet, quod non, quia in connexis & inseparabilibus tenetur quis totum approbare vel reprobare.

18 Vt quando † pro vno pretio multæ res venduntur, non

19 potest, nisi omnes aut nullam pro tanto retrahere. Facit † *l. Meuius, §. fin. ff. famil. erciscund. l. 7. Taur. quæ habetur l. 10. tit. 11. lib. 5. Recopil.* In casu ab Ayora proposito, mihi videtur, quod quilibet coheredum potest contra dictam taxationem reclamare, & petere quod de nouo ab æstimatorib. fiat, æstimando singulas mensuras terræ, secundum earum qualitatem & bonitatem, nam aliter æqua diuisio fieri non potest, cum certum, ante diuisionem factam, non sit, vtrum vni ex coheredibus totæ dictæ mensuræ terræ adiudicandæ sint; & quilibet potest partem petere, cum diuisibilis sit. Et quia aliter æstimatio facta incerta & obscura est, respectu singularum mensurarum, licet respectu totius certa sit, & arbitri ad diuidendum electi, certam diuisionem facere tenentur, *arg. §. curare, Institut. de action.* nisi † dictæ terræ diuisionem commodam

20 nō reciperent, vel propter earum diuisionem patrimonium corrumperetur, & iusta caussa sit, quare diuidi non debeant, *Greg. Lop. in l. fin. tit. 15 part. 6. in glos. 1. vbi allegat glos. in l. 2. C. quando & quibus quarta pars, l. b. 10.* Et in hoc casu posset opinio Ayoræ procedere.

Ego semper practicari vidi, quod æstimatores singula iugera terræ pretio taxata, alia maiori alia minori pretio secundum terræ bonitatem & qualitatem.

21 Sed † si æstimatores in bonorum taxa discordes fuerint, puta; quia vnus rem æstimat in decem, alius in quindecim, alius tertius in discordia nominatus, in viginti; videtur quod sit eligenda æstimatio in quindecim facta; nam in ea concurrunt duo, qui in quindecim æstimauit, & qui in viginti, cum quibus non concurrit qui in decem æstimauit: nam in testib. ita de valore rei deponentibus, inquit seruandum fore Salyc. in *l. 2. C. de resc. vend. vers. Item iuxta hoc quære quid si de trib.*

quia

quia, licet, qui de minori summa deponit, illis repugnare videatur, per hoc non debilitatur, nec dictum eorum diminuitur, qui sunt plures: & sic per alios duos reprobatur, ex eo, quod, qui de decem deposuit, innuere videtur vltra decem plus non valere: alii autem duo sunt cõcordes in quindecim; & licet in aliis quinque additis a tertio dissentiant, tamen illa discordia non attenditur, postquam tertius in eo est vnicus, & re vera in quindecim duo conueniunt; nam tertius, qui de viginti deponit, quindecim etiam includit, & Salycet. sequitur Alex. *in cons. 64. num. 9. lib. 2. Panthal. de Crem. in l. 2. numer. 341. vers. tertio loco, C. de rescind. vend. Franc. Aret. in l. ex facto, §. item quaero, col. 3. ff. de vulgar. & pupillar.*

Nam licet dicti aestimatores non sint proprii testes, multum illis assimilantur; & ideo omnis exceptio, quae testem a testimonio repellit, potest dictis aestimatoribus opponi, vt dictum est supra, *secundum Aret. in c. caussam, quae, notab. 3. de prob.*

Et † dispositio text. *in l. diem proferre, §. si plures, ff. de arbitr.* 22
non procedit in istis aestimatoribus, a partibus electis, *secundum Bald. in l. decem, ff. locat. & Salycet. in l. hac edictali, §. his illud, C. de secund. nupt. Ias. in §. consequens, Instit. de act. Bald. in l. 1. in 6. q. c. si seru. exter. se emi mandau.*

Et † eadem ratio militat in aestimatoribus circa valorem 23
rei discordantibus, quae in testibus similiter circa idem discordantibus: Ergo idem ius statuendum est, *l. illud, ff. ad legem Aquil.* Quod videtur velle Salycet. *in d. l. hac edictali, §. his illud, C. de de secund. nupt.* Quem sequitur Ayora *in tract. part. 1. part. c. 5. num. 5.* dum vult quod si iudex non poterit aestimatores & tertiũ cõcordare; facto cumulo omniũ aestimationum, earum tertia pars erit iustũ pretium. Et in casu a me posito supra, idẽ est, nam dictis summis decem, & decem & quinque, & viginti, iunctis, tertium earũ erit quindecim, in quo duo de dictis aestimatorib. concurrunt. Sed dicta doctrina a me supra tradita certior & magis iuri cõsona videtur: & doctrina Saly-

ceti non semper certa erit; verbi gratia: Vnus æstimauit in tres, alius, in quinque, & tertius electus in sex; quæ æstimationes iunctæ faciunt summam quatuordecim, cuius tertia pars, non facit quinque in quo duo concordant, parum tamen differentiæ est.

24 Nota, quod † si testator bona in suo testamento taxauit, pro taxa a testatore facta præsumitur, & seruanda erit, *secundum Paul. de Castr. in cons. 364. incipient. Dubium in antiquis, quem refert & sequitur Cagn. in d. l. 2. nu. 268. C. de rescind. vend.* Facit, secundum Mascard. *de probat. 2. part. conclus. 662. num. 2. Paul.*
25 *in cons. 177. part. 1. in nouis.* Quod † procedit, nisi testator, errore ductus, cum pretium ab eo taxatum iustum putaret, dictam taxam fecerit; nam constito de errore, iusto pretio probato standum erit; *ita Alex. in l. si fideiussor, §. meminisse, ff. de legat. 1. Panthil. Crem. in d. l. 2. numer. 99. versic. sexto limitatur, C. de rescindenda vendit.*

Ayora *in suo tractatu part. 1. part. c. 3. num. 6.* mouet quæstionem, *an duo ex æstimatoribus electis, possint vicem suam ad æstimationem faciendam alii committere?* Quod videtur sine dubio quod non: nam si æstimatores electi iurare debent ex bono & æquo æstimationem facere, per se & non per alios æstimare tenentur: & quia eorum industria & bonitas electa videtur: & tunc etiam iudex delegatus non potest caussam sibi commissam aliis subdelegare, *text. in c. fin. & ibi Doctor. de offic. & potest. iud. deleg. Facit text. in l. inter artifices, ff. de solut.* Hæc secunda ratio concludere videtur: nam ad primam potest responderi, quod subdelegati possunt dictum iuramentum facere.

SVMMARIA.

1 *Iurisdictio est indiuisibilis, & ad maiores ætate illam habentes pertinet in solidum.*

2 *Castra multa, quibus iurisdictio inhæret, sunt cum iurisdictione diui-*

diuidenda, ita vt singulis dominis singula castra adiudicentur cum iurisdictione, qua alternis annis vti debent.

3 *Castrum vnum, cui iurisdictio inhaeret, potest cum iurisdictione diuidi, si iurisdictio non multiplicetur, alias requiritur consensus domini, & quod caussa publica vrgeat.*

4 *Feuda, Comitatus, & Ducatus & similia, diuidi non possunt, administratio autem eorum & eorum vsus & iurisdictiones diuidi possunt.*

5 *Castris diuisis, si valor vnius sit maior, est in pecunia satisfaciendum, cui vilius castrum fuit datum.*

6 *Iurisdictio diuisibilis est diuidenda: etiamsi aliquis ex dominis iurisdictionis contradicat.*

7 *Iurisdictio pluribus dominis aequaliter competens, est per officiarios concorditer positos exercenda, & si domini non fuerint concordes, sunt compellendi ad diuidendum vsum iurisdictionis alternis annis vel ad constituendum iudicem communem.*

8 *Iurisdictio pluribus dominis competens, si aequalis sit, est per officiarios concorditer positos exercenda, & ad constituendum officiarios sunt domini compellendi, vel quod dominis pro rata iurisdictione vtantur.*

9 *Commoditas iurisdictionis pro rata diuidi debet.*

10 *Iurisdictio, semel diuisa, potest iterum diuidi, caussa vitandi scandalum.*

11 *Ius patronatus est in stirpes diuidendum etiam inter collaterales.*

12 *Commoditas seruitutum potest temporibus diuidi.*

13 *Creditor recipiens partem debiti ab vno ex correis debendi, an debitum diuidat? & an vnus coheredum possit mortem testatoris remittere & pacem facere?*

CAPVT V.

Quando iurisdictio diuidi possit?

LIcet iurisdictio † indiuisibilis sit, & ideo ad maiores ae- 1
tate, illam habentes in solidum pertineat, *secundum Bartol. & omnes in l. 1. ff. de offic. proconsulis*, tamen quando sunt

2 multa castra communia, quib. † iurisdictio inhæret, cum iurisdictione diuidenda sunt ita vt singula castra singulis dominis cum sua iurisdictione separata adiudicentur, nec tunc debent cogi, vt alternis annis iurisdictione vtantur. *Ita Nicol. Bald. per text. in §. fin. familia. Inst. de offic. iudicis, ibi: Singulas res singulis heredibus adiudicare debet; & per text. in l. 2. C. quando & quibus quarta pars, libr. 10. vbi Bart. & Lucas de Petr. & Ioan. de Platea, & addit. ad Alex. in cons. 25. vers. præterea, col. pen. libr. 5. Aym. Crauet. cons. 264. num. 6. in fin. vol. 2.*

3 Et † Alex. *in dict. cons. 25. num. 4.* videtur tenere, quod etiam vnum castrum, cui inhæret iurisdictio, potest cum iurisdictione diuidi: quia sicut res vere diuiditur, ita iurisdictio, per text. *in l. arbor, §. fin. & quod ibi notat Bart. ff. commun. diuid.* & quod est de mente Bartol. *in l. Lutio, ff. de aqua quotid. & æstiua,* quod intelligit ibi additio. ad Alex. in *vers. præterea, liter. B.* Nisi multiplicaretur iurisdictio & tribunal, quia si multiplicaretur, non potest diuidi sine consensu superioris & caussa publica vrgente. *Ita Hippol. Rimin. in cons. 57. num. 4.* Quod fallit
4 in feudis Comitatus & Ducatus & similibus, quia talia feuda & eorum iurisdictiones, non possunt proprie diuidi: tamen, quoad administrationem & vsum iurisdictionis, possunt diuidi. Ita notat Bart. *in l. inter actores, in fin. per illum text. ff. de administr. tutor. Alex. in d. cons. n. 4. & 5. lib. 5. Marian Socin. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 88. ff. de verb. obligat.*

5 Quod † si castrum, quod vni adiudicatur, sit maioris valoris quam alterum, ad officium iudicis spectat alterum alteri ad certam pecuniam dandam condemnare, *vt in l. ad officium, C. commun. diuid. & §. quod si de vna, Inst. de offic. iud. Alex. in d. cons. 25. num. 28.*

6 Si † aliqui ex consortibus, de dicta iurisdictione diuisibili petierint diuisionem fieri, & alii contradicant, diuisio facienda est iuxta id quod habetur *in c. omnes filii, si de feud. fuerit content. & cap. 1. de natura succ. feud. & in c. 1. de prohi. feud. aliena. per*

Lothar.

Lothar. iuncta l. & si non omnes, in princip. ff. commun. diuid. Et
patet ex notatis per Bartol. *in l. 3. § fin. ff. de administr. tutor. vel*
curator. Et hoc clare determinat Andræ de Iser. *in d. § Præterea*
Ducatus, vbi inquit, quod illa diuisio, de qua ibi, est alienatio
necessaria, qua etiam inuitus cogitur per iudicem ad diuisio-
nem faciendam, *l. Iulia, §. idem Celsus, ff. de act. emt. l. si pupillo-*
rum, in princ ff. de rebus eorum, Alex. in d. cons. 25. num. 11. lib. 5.

Quando † domini, iurisdictionem habentes, partes æqua- 7
les habent, caussa euitandæ discordiæ, & quia par in parem
imperium non habet, *l. nam magistratus, ff. de recep. arbit. cap.*
innotuit, de elect. si in exercitio iurisdictionis concordes non
fuerint, *iuxta l. huiusmodi, §. fi. ff. de legat. 1.* compelli debent ad
se concordandum, vel diuidendum vsum iurisdictionis alter-
nis annis, vel constituendum iudicem communem *secundum*
glos. in c. licet, 16. q. 3. in verb. conuenit, Abb. Sicul. & Fel. in cap. pru-
dentiam, de officio delegat. Ang. & Alex. in l. 2. § ex his ff. de verb.
oblig. & ibi Ias. modernus Nicol. Boer. decis. 5. num. 2.

Si vero † partes inæqualis iurisdictionis fuerint, videtur di- 8
cendum, quod qui maiorem partem habet, officiarios ponere
debet, super quo multa adducit Boer. *in d. decis. 5. num. 5. cum*
seqq. & tandem concludit, quod Dn. debent compelli officia-
rios communes ponere, quamuis in aliquibus arrestris cōtra-
rium fuit iudicatū, scilicet, quod qui habebat quatuor partes
iurisdictionis, per quatuor menses officiarios poneret, & qui
octo partes, per octo menses & sic de aliis, quem vide.

Commoditas † tamen iurisdictionis pro rata diuidi debet. 9
Ita Boer. vbi supra, Alex in d. cons. 25. num. 4. & 5. & 6. libr. 5.

Et † an semel iurisdictio diuisa poterit iterum diuidi, cauf- 10
sa vitandi scandala? Vide Aymon Crauet. *in cons. 264. vol. 2.*
vbi tenet quod sic.

In † iure patronatus, an succedatur in stirpes, vel in capita? 11
Vide Cæsar Lambert. *de iur. patron. lib. 1. part. 2. art. 26.* vbi di-
cit: Succedi in stirpes, etiā inter collaterales, per text. *in Clem.*

plures, de iure patronat. vbi vide Lambert. *& in art. 23 q. 1. princi-*
12 *pal. 2. p. libr. 1* Nota, quod † licet seruitutes sint indiuiduæ, tamen earum commoditas temporibus diuidi potest, vt text. *in l. vii vsus, ff. de seruit. tit. general.* Marian. Soc. Iun. *in l. stipulationes non diuiduntur, num. 96 ff. de verb oblig.* vbi *in d. l. late tractat* de materia indiuiduorum, & Doct. *in l. 4. §. Cato, d. tit. ff.*
13 *de verb. oblig.* Et an † creditor recipiens partem debiti ab vno ex correis debendi debitum diuidat inter correos? Vide l. *si creditores, & ibi Dec. & DD. C. de pact.* Vtrum sufficiat habere pacem ab vno heredum, & an vnus heres possit offensam & homicidium testatoris remittere? tractat Bart. *in l. 4. §. Cato,* vbi loquens in statuto, tenet standum esse maiori parti, & quod filius, etiamsi non sit heres, potest remittere, & heres extraneus non. Contra quem tenent Ang. Imol. & communiter moderni in *d. §. Cato, & ibidem Ruin. num. 86. vsque ad numer. 90.* Et de diuisione tercentum in casu *l. 1. §. sed si quadraginta, ff. ad Trebell. vide Ruin. in l. si ex toto, §. si ita legatum, num. 1, ff. de legat. 1.*

SVMMARIA.

1 *Emphyteusis alia est Ecclesiastica, alia secularis.*

2 *Emphyteusis Ecclesiastica pro se & heredibus concessa, non transit ad heredes extraneos.*

3 *Heredum appellatione in materia non transmissibili, de sui natura heredes extranei non continentur.*

4 *Emphyteusis Ecclesiastica, concessa pro se & heredibus quibuscunque vel quibus dederit, ad extraneos heredes transit.*

5 *Emphyteusis transit ad extraneos heredes, quando non constat bona fuisse Ecclesiæ, nisi per scripturam concessionis.*

6 *Emphyteusis Ecclesiastica, cum potestate alienandi concessa, transit ad heredes extraneos.*

7 *Emphyteusis, recepta pro se & extraneis heredibus, ad extraneos heredes transit.*

1 Em-

8 *Emphyteosis Ecclesiastica pro se & omnibus heredibus data, ad extraneos heredes transit.*

9 *Fœminæ succedunt in prædictis casibus in emphyteosi ecclesiastica.*

10 *Fœminæ non succedunt in emphyteosi Ecclesiastica siue seculari, quando pro se & filiis est concessa: quia in hoc contractu masculinum non concipit fœmininum.*

11 *Fœminæ succedunt in emphyteosi Ecclesiastica & seculari pro se & filiis concessa, quando eam fœmina concessit.*

12 *Emphyteosis concessa a naturali, transit ad naturales filios.*

13 *Filius naturalis excludit substitutum, quando testator fuit naturalis.*

14 *Fœminæ succedunt in emphyteosi concessa pro se & filiis vsq; ad tertiam generationem.*

15 *Fœminæ succedunt in emphyteosi, quando fœminæ cum masculis pariter ad successionem admittuntur.*

16 *Fœmina succedit in emphyteosi, quando qui eam recepit vnicam filiam habebat sine spe habendi filium.*

17 *Fœmina succedit in emphyteosi, quando pro se & liberis fuit concessa.*

18 *Fœminæ succedunt in emphyteosi, quando fuit concessa pro se & liberis tam masculis quam fœminis.*

19 *Emphyteosis concessa pro se & cui post mortem nominatim reliquerit, si non nominauerit, ad omnes eius heredes, tam ex testamento quam ab intestato pertinet.*

20 *Emphiteosis pro se & heredibus recepta, ad heredes extraneos transit, & de illa, irrequisito domino, libere disponitur.*

21 *Emphiteosis pro se & filiis concessa, transit ad filios etiam non heredes.*

22 *Emphyteosis concessa pro se & filiis heredibus, non transit ad filios non heredes.*

23 *Emphyteosis concessa pro se & heredibus suis ad eos tantum transit, qui sunt de sanguine recipientis & eius heredes.*

plures, de iure patronat. vbi vide Lambert. *& in art. 23 q. 1. princi-*
12 *pal. 2. p. libr. 1* Nota, quod † licet seruitutes sint indiuiduæ, tamen earum commoditas temporibus diuidi potest, vt text. *in l. vi 1 vsus, ff. de seruit. tit. general.* *Marian. Soc. Iun. in l. stipulationes non diuiduntur, num. 96 ff. de verb oblig.* vbi *in d. l. late tractat* de materia indiuiduorum, & Doct. *in l. 4. §. Cato, d. tit. ff.*
13 *de verb. oblig.* Et an † creditor recipiens partem debiti ab vno ex correis debendi debitum diuidat inter correos? Vide l. *si creditores, & ibi Dec. & DD. C. de pact.* Vtrum sufficiat habere pacem ab vno heredum, & an vnus heres possit offensam & homicidium testatoris remittere? tractat Bart. *in l. 4. §. Cato,* vbi loquens in statuto, tenet standum esse maiori parti, & quod filius, etiamsi non sit heres, potest remittere, & heres extraneus non. Contra quem tenent Ang. Imol. & communiter moderni in *d. §. Cato, & ibidem Ruin. num. 86. vsque ad numer. 90.* Et de diuisione tercentum in casu *l. 1. §. sed si quadraginta, ff. ad Trebell. vide Ruin. in l. si ex toto, §. si ita legatum, num. 1, ff. de legat. 1.*

SVMMARIA.

1 *Emphyteusis alia est Ecclesiastica, alia secularis.*

2 *Emphyteusis Ecclesiastica pro se & heredibus concessa, non transit ad heredes extraneos.*

3 *Heredum appellatione in materia non transmissibili, de sui natura heredes extranei non continentur.*

4 *Emphyteusis Ecclesiastica, concessa pro se & heredibus quibuscunque vel quibus dederit, ad extraneos heredes transit.*

5 *Emphyteusis transit ad extraneos heredes, quando non constat bona fuisse Ecclesiæ, nisi per scripturam concessionis.*

6 *Emphyteusis Ecclesiastica, cum potestate alienandi concessa, transit ad heredes extraneos.*

7 *Emphyteusis, recepta pro se & extraneis heredibus, ad extraneos heredes transit.*

8 Em-

8 Emphyteosis Ecclesiastica pro se & omnibus heredibus data, ad extraneos heredes transit.

9 Fœminæ succedunt in prædictis casibus in emphyteosi ecclesiastica.

10 Fœminæ non succedunt in emphyteosi Ecclesiastica siue seculari, quando pro se & filiis est concessa: quia in hoc contractu masculinum non concipit fœmininum.

11 Fœminæ succedunt in emphyteosi Ecclesiastica & seculari pro se & filiis concessa, quando eam fœmina concessit.

12 Emphyteosis concessa a naturali, transit ad naturales filios.

13 Filius naturalis excludit substitutum, quando testator fuit naturalis.

14 Fœminæ succedunt in emphyteosi concessa pro se & filiis vsq; ad tertiam generationem.

15 Fœminæ succedunt in emphyteosi, quando fœminæ cum masculis pariter ad successionem admittuntur.

16 Fœmina succedit in emphyteosi, quando qui eam recepit vnicam filiam habebat sine spe habendi filium.

17 Fœmina succedit in emphyteosi, quando pro se & liberis fuit concessa.

18 Fœminæ succedunt in emphyteosi, quando fuit concessa pro se & liberis tam masculis quam fœminis.

19 Emphyteosis concessa pro se & cui post mortem nominatim reliquerit, si non nominauerit, ad omnes eius heredes, tam ex testamento quam ab intestato pertinet.

20 Emphiteosis pro se & heredibus recepta, ad heredes extraneos transit, & de illa, irrequisito domino, libere disponitur.

21 Emphiteosis pro se & filiis concessa, transit ad filios etiam non heredes.

22 Emphyteosis concessa pro se & filiis heredibus, non transit ad filios non heredes.

23 Emphyteosis concessa pro se & heredibus suis ad eos tantum transit, qui sunt de sanguine recipientis & eius heredes.

24 Emphyteusis, recepta pro se & legitimis heredibus tantum, transit ad heredes de sanguine recipientis.

25 Emphyteusin hereditariam potest pater libere alienare, sicut bona sua libera.

26 Emphyteusis hereditaria iudicatur sicut alia bona libera.

27 Pater non potest praeiudicare filiis in emphyteusi non hereditaria, secundum unam communem opinionem.

28 Pater potest praeiudicare filiis in emphyteusi non hereditaria, secundum magis communem opinionem; & ideo filius renuntians hereditati, emphyteusi tali renuntiare videtur. Conciliantur dictae opiniones, ut prima procedat, quando etiam contemplatione filiorum emphyteusis fuit concessa, secunda, quando de hoc non constat.

29 Emphyteusis censetur concessa etiam filiorum contemplatione, quando eorum nomina propria fuerunt in concessione expressa, & in dubio patris contemplatione videtur concessa, quando propter illius merita, vel pretio dato, fuit concessa.

30 Pater potest filiis praeiudicare in emphyteusi mixta recepta pro se, & filiis, & heredibus, nisi contemplatione filiorum fuerit concessa, vel sit paterna & antiqua.

31 Pater non potest filiis praeiudicare in emphyteusi antiqua & paterna, quia per auuum fuit ius descendentibus quaesitum.

32 Emphyteusin hereditariam imputant filii in legitimam.

33 Emphyteusin hereditariam a patre alienatam filii vendicare nequeunt.

34 Emphyteusin nouam, pro se & filiis acceptam vel mixtam, patris contemplatione concessam, a patre alienatam, filii non possunt vendicare.

35 Legitima est soluenda filiis & filiae exclusis a successione emphyteusis vel feudi hereditaria in aestimatione.

36 Emphyteusin antiquam, non hereditariam, ab auo prouenientem non computant filii in legitimam.

37 Em-

37 *Emphyteusin acceptam pro se & filiis, contemplatione etiam filiorum datam, non imputant filii in legitimam.*

38 *Emphyteusin, pretio numerato acquisitam, potest pater prælegare.*

39 *Filii heredes sine beneficio inuentarii non veniunt contra alienationem a patre factam de emphyteusi pro se & filiis accepta.*

40 *Emphyteusin, a patre alienatam, pro se & filiis acceptam, vendicare possunt filii, qui inuentarium fecerunt.*

41 *Emphyteusin mixtam, alienatam a patre, possunt filii vendicare, etiamsi heredes patris sint.*

42 *Filius, in re certa institutus succedit æqualiter cum fratribus in emphyteusi non hereditaria.*

43 *Filius institutus in re certa, non succedit cum fratribus in emphyteusi, in qua pater illi præiudicare potest.*

44 *Filius institutus in re certa non concurrit cum fratribus in emphyteusi hereditaria.*

45 *Filii, non concurrunt cum patre in emphyteusi hereditaria, quia viuens non habet heredem.*

46 *Filii non concurrunt cum patre in emphyteusi simpliciter accepta pro se & filiis & nepotibus, quia hereditaria censetur, & ordine successiuo succedendum est.*

47 *Nepos concurrit cum patruo in emphyteusi hereditaria per repræsentationem.*

48 *Nepos concurrit cũ patruo, si cum eo sit uniuersaliter heres institutus, vel ambob. simul sit emphyteusis hereditaria prælegata.*

49 *Repræsentatio habet locum in dispositione legis.*

50 *Repræsentationi est locus in hominis dispositione.*

51 *Repræsentatio datur in emphyteusi Ecclesiastica pro se & filiis & nepotibus recepta.*

52 *Repræsentatio datur de iure Regio per l. 40. Tau. in successione maioratus, vltra fratres & filios fratrum, vbi in d. l. 40. Tau. declaratur.*

53 *Repræsentatio ideo datur, quia filius eadem persona cum patre reputatur.*

54 *Ratio eadem idem ius constituit, num. 54. & 59.*

55 *Coniecturis non est locus in certis.*

56 *Correctio legis clara seruanda est.*

57 *Correctio legis potius inducitur quam superfluitas verborum.*
Lex noua corrigens in vno casu extenditur ad alium a lege aquiparatum.

59 *Mens disponentis est seruanda.*

60 *Legis ratio vnica inducit extensionem in correctoriis, quia potius dicitur legis dispositio quam extensio.*

61 *Repraesentationi est locus de iure communi in transuersalibus vltra fratres & filios fratrum, quando coniecturis colligi potest testatorem voluisse filium ingredi locum patris.*

62 *Lex generaliter loquens & totum continens, nihil excludit.*

63 *Lex adaptari debet ad ea, qua communiter accidunt.*

64 *Laudemium non debetur pro diuisione emphyteosis.*

65 *Res litigiosa, qua alienari non potest, diuidi potest inter socios vel heredes.*

66 *Laudemium debetur pro diuisione, quando diuisio est voluntaria & tota emphyteosis vni adiudicatur, & non fit aequalis diuisio neque iuri accrescendi est locus.*

67 *Tenutam emphyteosis non potest frater apprehendere sine domini licentia, quando in diuisione fuit ei tota adiudicata.*

68 *Clausula accedente consensu domini, & non aliter neq; alio modo, euitat caducitatem in alienatione emphyteosis, secundum magis communem & benigniorem opinionem.*

69 *Ablatiuus absolutus non facit conditionem in contractibus.*

70 *Filii naturales & legitimi succedunt in emphyteosi a priuato concessa.*

CAPVT VI.

Qua emphyteosis diuidi possit.

1 CVm † agitur de diuidẽda emphyteusi, eius naturam arbitros ad diuisionem faciendam electos cognoscere oportet

tet. Emphyteusis, alia est Ecclesiastica, alia secularis: Ecclesiastica est quæ ab Ecclesia conceditur: Secularis quæ a priuato.

Emphyteusis † Ecclesiastica, si pro se & heredibus simpliciter concessa sit, de sui natura ad heredes extraneos non transit *secundum Ioan. de Imol. in l. ex facto, num. 14. in fin. ff. de hered. instituend.* Vbi hanc dicit magis communem opinionem: quē refert & sequitur Ruin. *in consil. 23. lib. 5. & consil. 68. n. 10. eod. lib. 5. Soc. consil. 121. n. 18. lib. 4. Grat. consil. 55. n. 8. lib. 1. Ruin. consil. 48. n. 10. lib. 1. Ripa. in l. cum bona, n. 14. ff. de priuil. cred. Rimi. consil. 437. num. 3. Gozad. consil. 75. num. 9. Alex. consil. 23 num. 4. lib 1. idem Alex. in consil. 9. lib. 2. & consil. 28. num. 4. d. lib. 1. Iul. Clar. vbi alios referens in lib. 4. sententiarum, §. Emphyteusis, quæst. 28. nu. 6.* Quia 2

in † materia non transmissibili de sui natura ad extraneos 3
heredes, appellatione heredum extranei heredes non continentur, *secund. comm. opin. Dd. de qua testatur Dec. in consil. 171. num. 2. Iul. Clar. vbi supra.*

Sed si emphyteusis Ecclesiastica concessa sit pro se & heredibus quibuscunque vel pro se & heredibus quibus dederit, in his duobus casibus, etiam ad heredes extraneos transit.
Et † hæc est communis opinio, *vt tradit Bald. in c. Imperialem,* 4
de prohibita feudorum alienat. per Federicum, col. 7. idem in l. 1. quæstion. 34. ff. de rerum diuis. Decius consil. 208. colum. 2. Ripa. in l ex facto, §. vltim. ff. ad Trebel. num. 16. Couar. in cap. 17. post numer. 5. vers. Quin & si emphyteusis, lib. 2. variar. resolut. & Iul. Clar. in d. quæst. 28. num. 9.

Idemque † seruandum erit, quando non constat bona in 5
emphyteusin concessa fuisse Ecclesiæ, neque de eius iure aliter apparet, quam per ipsam concessionem: tūc enim contenta debet Ecclesia esse cum commodo recognitionis concessionis, cum aliter probare non possit bona ad se pertinere: *Ita Grat. consil. 55. num. 29. lib. 1. quem refert & sequitur Clar. in dict. quæst. 28. num. 8.*

Idem locum † habet, si emphyteusis Ecclesiastica concess- 6

sa sit cum potestate alienandi: nam tunc eandem habet naturam, quam habet illa concessa pro se, & quibus dederit, & ob id de ea ad libitum disponi potest. *Ita tenent multi Doct. quos refert Tiraq. in tract. consang. §. 11. gloss. 6. in fin. & Iul. Clar. in d. §. emphyteusis, quaest. 19. ad fin. Paris. cons. 85. ad fin. lib. 4. Menoch. consil. 111. num. 66. lib. 2.*

7 Item, emphyteusis † Ecclesiastica ad heredes extraneos a fortiori transibit, si expresse pro se & etiam heredibus extraneis concessa sit. Hanc opinionem dicit magis communem Socin. *cons. 226. num. 33. libr. 2. quae refert Iul. Clar. in d. quaestion. 6. num. 4. in dict. §. emphyteusis*; Quae intellige debitis solemnitatibus in concessione emphyteusis interuenientibus. *Ita Iul. Clar. in d. n. 4. q. 6. Vide circa sup. dict. Cald. Pereir. de nomin. emphyt. Ord. lib. 4. tit. 62. §. 6 q. 22. & 23.*

8 Idem † locum habet, quando emphyteusis Ecclesiastica accepta est pro se & omnibus heredibus: nam tunc ad heredes extraneos transit. *Bald. in cap. praesentia, versic. Nota quod nomen heredis, numer. 20. de probat.* cuius sententiam communiter Doctores sequuntur, *vt inquit Alex. de Imol. in consil. 185.* Vnde dicit singulariter Bald. *numer. 4. volum. 6. Ludouic. de Gozad. cons. 27. num. 22. circa finem, & cons. 50. num. 15. vers. Tamen si dictum fuerit. Roland. a Valle consil. 96. numer. 28. cum sequenti volum. 1.*

9 In † omnibus praedictis casibus, etiamsi simpliciter pro se & heredibus emphyteusis Ecclesiastica concessa fuerit, foeminae quoque in ea succedent. Quam dixit communem opinionem Beroius *in c. in praesentia, num. 401. de probat.* quem refert Iul. Clar. *in d. §. emphyteusis, q. 32. Gozad. in cons. 20. num. 7. Soc. Iun. cons. 51. num. 6. lib. 4. Menoch. cons. 111. num. 56. lib. 2.*

10 Quod † si emphyteusis Ecclesiastica, siue secularis, pro se, & filiis concessa fuerit, accepta pro filiis masculis solum intelligitur. Atque ita in contractu emphyteutico masculinum non concipit foemininum, secundum Archid. *in c. si quis suadente,*

dente, 17. quaestion. 4. Guid. Suzar. in l. veteribus, ff. de pact. Imol. in cap. potuit, column. vltim. de locat. & in consil. 38. idem in l. si ita scriptum, ff. de legat. 2. & in l. si vir, ff. eodem, Barbat. in d. cap. potuit, in fin. de locat. Felin. in c. quoniam, de symonia, Ruin. in consil. 35. column. 2. lib. 1. Corn consil. 66. column. 2. Alex. consil. 61. & consil. 8. in fin. libr. 1. & in consil. 87. num. 13. libr. 6. Corn. consil. 263. column. vltim. in princip. libro 1. Iason in l. si quis id, quod, numer. 23. ff. de iur sdict. omni. iudic. & in l. sed si hac, §. libertos, numer. 1. ff. de in ius vocand. & in l. pactum inter heredes, & l. veteribus, ff. de pact. & in l. 2. quaest. 17. & quaest. 21. C. de iur. emphyteut. Deci. consil. 171. num. 4. & consil. 236. numer. 2. & in cap. in praesentia, numer. 40. de probat. Vbi numer. 46. communem dicit Marſ. *sing. 191. & consil. 85. numer. 33. Guliel. Benedict. in cap. Raynutius in verb. duas habens, num. 125. de testament. Curt. Iun. consil. 181. numer. 2. Gozad. in consil. 20. column. 1. Rub. cons. 22. numer. 7 Rip. in l. ex facto, §. si quis rogatus, numer. 59 ff. ad Senatusconsult. Trebell. Loaze, in repet. l. filiusfamilias, §. Diui, numero 68 ff. de legat. 1. Zucard. in l. fin. numero 73. C. de edict. Diui Adriani tollend. Roland. consil. 93. numer. 17. libr. 3.* Communem testatur Iaſ. *in l. si quis id, quod, numer. 23. ff. de iurisdict. omn. iud.* Quae decisio Iulio Claro non placet, vt ipse inquit *in d. §. emphyteusis, quaest. 32. num. 2. in fin.*

Sed † retenta dicta communi opinione, eam limita, quan 11
do emphyteusis a foemina concessa fuerit; Nam tunc illa dictio, *Filiis masculini generis*, & genus foemininum continet: vt tradit Bald. *in l. quoties, C. de fideicommiss. Aret. in l. Gallus, §. nunc, de leg. Et ibi Socin. Sen. numer. 5. vers. secundo potest limitari. ff. de liber. & posth. Ias. in l. sed si hac, § liberis, colum. 1. vers. limita vltra, ff. de in ius vocand. Tiraquel. in tractat. de legibus connub. l. 3. num. 23. quos sequitur Benentend. conclus. 52. col. 2. versicul. contrarium, vbi inquit, ita in Rota Bononien. decisum fuisse.* Et alios quam plures refert Roland. a Valle *in consil. 76. numer. 21. lib. 3. Menoch. in cons. 111. num 51. & 52. cum seq. lib. 2.*

12 Pro † qua opinione facit, quod voluit Bald. *in c. quæ in Ecclesiarum, col. fin. de constit.* vbi inquit, quod licet emphyteusis Ecclesiastica ad naturales non transeat, vt *per eundem Bald. & alios in l. generaliter, §. cum autem, C. de institut. & substit. Iulius Clar. lib. 4. sententiarum, §. emphyteusis, q. 30.* Tamen si a principio emphyteusis Ecclesiastica fuit naturali concessa, etiam ad naturales inspecta origine & radice transiret, *cap. 1. §. ex eadem, de legat. Corrad sequitur Iaſ. in l. sed si hac, §. liberos, ff. de in ius vocand. Dec. in d. c. in præsentia, num. 36. verſ. vlt. de probat.*

13 Ad † quod etiam facit, quod licet, regulariter, naturalis filius non excludat substitutum, tamen id locum non habet, quando testator ipse naturalis fuisset: quia tunc etiam de similibus cogitasse censetur. *Tiraquellus in tractat. de legib. connub. in quinta part. primæ glossæ, num. 26. Roland. in dict. consil. 76. numer. 21. Bart. & Doct. in l. ex facto, §. si quis rogatus ff. ad Trebellianum.*

14 Secundo † limita, nisi emphyteusis sit concessa pro se & filiis, vsque ad tertiam generationem: nam tunc etiam fœminæ succedunt, quia verbum generatio, tam masculos quam fœminas ab illis descendentes comprehendit. *Corne. conſ. 219. num. 6. lib. 2. Tiraquel. in tractat. de retract. conſang. §. 1. in gloſ. 9. num. 241. qui alios refert.* Idem tenet Alexand. *in conſ. 61. ad finem lib. 1. Beroius conſ. 120. num. 34. libr. 2. Clar. lib. 4. sententiarum, §. Emphyteusis, quæſt. 36. Menoch. in conſ. 111. num. 55. lib. 2.*

15 Tertio † limita, quando fœminæ pariter cum masculis ad successionem admittuntur: tunc etiam fœminæ pariter vocatæ videntur, vt tradit Bar. *in l. vt iurisiurandi, §. libertus, ff. de oper. libert. Imol. in cap. potuit, in fin. de locat. Anton. Gab. in tit. de verb. signif. lib. 3. commun. opinion. pag. mihi 345. num. 90.*

16 Quarto † limita, quando emphyteusis est recepta ab eo, qui vnicam filiam habebat, & tantæ ætatis erat, quod nullam spem habebat alios filios suscipere posse: quia tunc emphyteusis pro se & filiis recepta, ad illam fœminam extenditur,

Hippol.

in l.1.§.si seruus, num.3.ff. de quæst. Antonius Gabriel vbi supra numer.91.

Quinto † limita, si mentio in concessione de liberis fiat, 17
& non de filiis: nam tunc appellatione liberorum, fœminæ
continentur. *Ita Anchar. in consil.135. sentit Bald. & eum sequitur Alexand. in d.l. sed si hac, §. liberos, ff. de in ius vocand. Alex. consil. 80. vol. 1. Ias. in l. si quis id, quod, ff. de iurisdict. omnium iud. Gozad. consil. 20. Ruin. consil. 188. vol. 2. & consil. 114. vol. 3. Grat. consil. 64. volum. 2. Gabriel vbi supra, numer. 33.* vbi refert *Alex. consil. 61. volum. 1.* & Dec. *in l fœminæ, ff. de regulis iuris*, contrarium tenentes: & vide ibi Gabriel *in d. tit. de verborum signif.* quia late tractat, quando masculinum concipit fœmininum.

Sexto † limita, quando emphyteusis alicui & eius filiis, 18
tam masculis quam fœminis concessa fuerit; Nam in eo loco, vbi superstitibus masculis fœminæ excluduntur, ad masculos tantum pertinebit, & illis deficientibus, ad fœminas: communem inquit Curt. Iunior *consil. 171. num. 3. Brun. de statut. excludent. fœminas, artic. 8. quæst. 22.*

Emphyteusis † alicui concessa, & post eum illi, quem no- 19
minauerit, ad omnes heredes, tam ex testamento, quam ab intestato pertinet, si nullus a recipiente nominetur: communem inquit Alex. *cons. 222. num. 5. lib. 6. Socin. in l.1.§. per procuratorem, num. 5. ff. de acquir. possess. Iaso. in l. stipulatio ista, §. si quis ita, num. 2 ff. de verbor. obligat. Hippolyt. sing. 280.*

Emphyteusis † secularis, pro se & heredibus simpliciter 20
concessa ad heredes extraneos transit, poteritque emphyteuta, etiam irrequisito domino, eam legare & donare, & ita communiter tenetur, vt inquit Calderin. *consil. 6. sub rubrica de locato*, communem etiam dicit Alex. *in l. si patroni, in fin ff. ad Trebell:a.* quem refert & sequitur Gigas *de crimine læsæ Maiestatis, libro 2. in rubri. de pœnis, quæst 6. idem Alex. in l. quod dicitur, num. 26 ff. de verbor. obligat.* quem refert Socin. Iun. *consil. 59. num. 8. libr. 2.* & in hoc nulla est inter Doctores contro-

uersa: vt inquit Iul. Clar. *in d. §. emphyteusis, quæst. 28. numer. 6. in principio.*

21 Si vero emphyteosis pro se & filiis concessa fuerit, nulla heredum mentione facta, ad filios etiam non heredes transit, Bartol. *in l. vt iusiurandi, §. si liber, numer. 4. ff. de oper. libert.* & est communis opinio, *vt dicit Alex. cons. 8. num. 1. lib. 3. & consil. 119. num. 4. libr. 5.* quem refert Iason *in dict. l. quod dicitur, num. 29. ff. de verborum obligat. Couarr. lib. 2. variarum resolut. c. 18. post numer. 2. versic. quinta conclus.* Quod intelligit Iul. Clar. tam in emphyteusi seculari, quam in Ecclesiastica, *in dicto §. emphyteusis, quæst. 37. num. 1.*

22 Sed † si pro se & filiis & heredibus concessa fuerit, filii non succedent in ea, nisi etiam heredes patris fuerint: *ita Bartol. in l. vt iusiurandi, § si liberi, numer. 4. ff. de oper. libert.* & communis opinio, *secundum Alexand. consil. 128. post numer. 6. vers. & illa verba, lib. 1. Ias. in l. si non sortem, §. libertus, num. 35. ff. de condict. indebit.* quod procedit secundum Iul. Clar. *in d. q. 37.* nulla facta distinctione, sit secularis vel ecclesiastica.

23 Et † si, concessa si sit pro se & heredibus suis, ad eos tantum transit, qui sunt ex sanguine recipientis & eius heredes, *Bart. in d. l. vt iusiurandi, §. si liberi, num. 4. ff. de oper. libert. & in l. cum qui ff. de interdict. & relegat. Dec. cons. 390. column. vltim. & 395. numer. 5. Socin. Iun. consil. 103. numer. 14. libr. 2. Crauet. consil. 131. numer. 7. Menoch. consil. 196. num. 54. lib. 2.* Idem † erit si alicui

24 & eius legitimis heredibus concessa sit: communem dicit Curt. Iun. *in l. vnica num. 1. C. quando non pet. part. vide Pinel. in l. 2. num. 9. C. de bonis matern. is.*

25 Ex † quibus omnibus infertur, quod si emphyteusis sit hereditaria, potest pater eam alienare sicut bona libera, *vt tradit Paris. cons. 2. num. 31. & consil. 106. num. 27. & cons. 4. libr. 1. Velaz. de iure emphyteutico, quæst. 49. num. 13.* vbi communem dicit, Capic. *quæst. 64. num. 2. Ruin. consil. 1. num. 13. lib. 1. Couarr. in dict. c. 18. num. 4. libr. 2. resolut. Curt. iun. cons. 115. Socinus Iunior*

con-

consilio 72. numero 4. & 5. libr. 1. & ideo talem emphyteusin poterit pater vni filiorum prælegare, *Iason in l. 2. numer. 201. C. de iure emphyteutico, Crot. in l. qui Roma, §. duo fratres, numer. 142. ff. de verborum oblígat. Deci. consilio 289. numer. 2. Gama quæstion. 233. numer. 4. in fin. & sequenti, Bartol. in d. l. vt iusiurandi, §. liberti, numer. 6. de oper. libert. Rub. consil. 18. in fin. Paris. consil. 2. num. 4. libr. 1. Cald. Pereir. de nominat. emphyteut. Ordi. lib. 4. tit. 62. quæstion. 24. num. 18.*

Iul. † Clar. *in d. lib. 4. sentent. §. emphyteusis, quæst. 16. vers. his præmissis* inquit, quod omnes Doctor. in hoc concordant, quod in emphyteusi hereditaria, potest pater filiis præiudicare, sicut in bonis liberis: nam talia bona emphyteutica potius cẽsentur tanquã bona libera & allodialia, quã emphyteutica. 26

Quod † si emphyteusis non sit hereditaria, veluti accepta pro se & filiis & descendentibus, duæ magis communes opiniones Doctorum contrariæ reperiuntur, secundum Clar. *in dict. quæst. 16. versic. his præmissis:* nam quidam dicunt, quod ex stipulatione patris fuit ius quæsitum filiis, quod pater ab illis non potest auferre. Hanc dicit magis communem opinionem Alexand. *in cons. 106. num. 8. & cons. 106. in princip. libr. 4.* hanc etiam communem Apostilla ad Alexand. *in cons. 8. sub num. 15. lib. 3. Couarr. lib. 2. var. resolui. cap. 18. num. 2.* alios multos refert Clarus vbi supra. 27

Contrariam † opinionem, quod pater possit filiis præiudicare: quia primo sibi acquisiuit, & post mortem filiis, dicit magis communem ipsemet Alexand. sibi contrarius *in cons. 124. num. 8. lib. 5. quem refert Gozad. cons. 25. numero 18.* Hanc etiam dicit communem Alexand. *in l. apud Iulianum, §. si quis aliqui præest, numer. 4. ff. de legatis 1.* communem etiam dicit Iason *in cons. 213. numer. 4. lib. 2.* Et ideo filius renuntians bonis paternis, dictæ emphyteusi renuntiare videtur, Iason *in l. si non sortem, §. libertus, numer. 34. cum sequenti, ff. de conditio. indebit.* vbi communem dicit Viuius *lib. 1. opin. 130. in fin. Iulius* 28

Clar. in dicta quaestion. 16. versic. his praemissis, in fin. Ita videtur velle dictas opiniones concordare, quod prima procedat, quando constat, quod etiam contemplatione filiorum em-
29 phyteusis concessa fuit. Secunda † vero, quando de hoc non constat. Quod verum mihi videtur, & tunc videtur contemplatione filiorum concessa, quando in concessione propria nomina filiorum expressa fuerunt, vel aliter constat, *vt ibi Clar.* In dubio autem contemplatione patris concessa censetur secundum Isern. *in cap. 1. §. & si libellum, numer. 13. vers. si hoc vel eorum, de alienat. feud. patern. & ibidem Afflictus numer. 11. vers. si autem nulla coniectura, Bartol. consil. 66. col. 3. vers. & propter hoc voluit, libr. 4. ex l. annua, §. a Titia, ff. de annuis leg. l. ciuibus, ff. de reb. dub. l. cum aliquis. ff. de iure deliberand.* Quod intellige, quando propter merita patris, vel pretio a patre dato, emphyteusis concessa fuit, *Menoch. consil. 161. lib. 2. numer. 30. cum sequentibus*, quem vide per totum d. *cons. a num. 5.*

30 Sed si † emphyteusis mixta & noua fuerit, scilicet, accepta pro se & filiis & heredibus, Iul. Clar. *in d. q. 16. num. 2.* indistincte tenet, patrem posse filiis praeiudicare: idē videtur tenere Menoch. *in feudo loquens in d. cons. 161. num. 5.* Contra quod facit, quod tradit Socin. Iun. *in cons. 72. post num. 31. lib. 1. Velasc. de iure emphyteut. q. 43. num. 5. ad fin. Cald. Pereir. de nominati. emphyteut. ord. libr. 4. titulo 62. §. 6. q. 24. num. 13.* Qui tenent, quod emphyteusis mixta, est pro virili diuidenda, & non pro portione hereditaria: Quod videtur intelligendum, quando etiam contemplatione filiorum emphyteusis mixta concessa fuit. *vt diximus supra numer. 29.* vel quando emphyteusis mixta est paterna & antiqua, *vt Iul. Clar. in dicta quaest. 16. in fin. & in §. feudum, quaest. 40. num. 2.* vbi de feudo loquitur.

31 Quando † vero emphyteusis est antiqua & paterna, pater filiis praeiudicare non valet: Nam ex eo quod auus accepit emphyteusin pro se & filiis & descendentibus: fuit ius quaesitum descendentibus & nepotibus, & ideo nō potest illis praeiudi-

iudicare. Et in hoc nulla est controuersia inter Doctores, vt inquit Alexand. *consil. 106. post num. 8. lib. 4.* & dicit esse indubitatissimum Grat. *consi. 22. num. 9.* quos refert Iul. Clar. *in d. §. quaest. 16. in fin.*

32 Ex † quibus infertur, quod filii teneantur in legitima imputare emphyteusin hereditariam, & quod de bonis emphyteuticis hereditariis, tanquam de aliis bonis liberis paternis arbitri familiae erciscundae diuisionem facere debeant. Bart. & communiter Scribentes in *l. 1. §. nec castrense, ff. de collatio. bonor.* Dicit esse communem opinionem Ripa, loquendo etiam in feudo hereditario, *in l. in quartam, num. 178 ff. ad leg. Falcid. Clar. lib. 4. sententiar. §. feudum, quaest. 46. in fin. Ayora in tractat. part. 2. part. quaest. 19.*

33 Item † infertur, quod emphyteusin hereditariam a patre alienatam, filius vendicare nequit, siue sit heres patris, siue non, quia vt bona libera iudicatur, *l. item praedia 10. ff. familiae erciscundae, Afflict. q. 26. num. 13. Pinel. in l. 1. part. 3. num. 93. C. de bonis maternis.*

34 Idem † procedere videtur in emphyteusi noua pro se & filiis accepta, & in mixta pro se & filiis & heredibus concessa, quando patris contemplatione tantum concessa fuit, nam in legitimam imputabitur, & si alienata fuerit, filii non heredes eam reuocare non poterunt, & in iudicio familiae erciscundae pro portione hereditaria diuidenda erit, *vt supra numer. 29. diximus*: vide Menoch. *in consil. 161 per totum, vol. 2.*

35 Et si † in emphyteusi hereditaria, filiae vel aliqui filii succedere non possunt, legitima debet solui in aestimatione filiis sic exclusis, quia secundum communem opinionem Doctorum, quando legitima non potest in re solui, in eius aestimatione soluenda est: Ita Bald. Paul. de Castro, Salycet. *& omnes in l. scimus, §. repletionem, & §. illud, C. de inoffic. testament. Isern. in cap. 1. vers. sed non paterno, in titul. de duobus fratribus.* dicens, alteri fratri aestimationē deberi, cui pars feudi corporis com-

petere nequit: idem Isern. *in cap. 1. §. fin. de inuestitur. de re alien. facta*, includens vxori non deberi quartam in feudo, sed æstimationem loco ipsius tantum. Quam dicit communem Bursat. *in cons. 132. numer. 29. & 30. volum. 2.* vbi allegat Guid. Pap. *decis. 476. & 487. Oldrad. cons. 94. Ioan. Lop.* vbi de communi in repetit. *rubri. de donat. inter virum & vxorem, §. 47. numer. 17.* & vt veriorem sequitur in feudo hereditario mixto, Beneuent. Cam. *in cap. imperialem, §. præterea Ducatus, pagin. 202. cum sequent. versiculo, circa tertium articulum, de prohibit. feud. alienat. per Federic.* vbi *pagina 104. versic. quod quidem, & sequentib.* inquit, legitimam in feudo hereditario deberi filio inuito patre saltem quoad æstimationem per l. *si arrogator*, quæ in legitima loquitur, *ff. de adopt.*

36 Emphyteusin vero † antiquam, non hereditariam, ab auo prouenientem, non tenentur filii in legitimam patris imputare, neque eam pater poterit alicui filio prælegare.

37 Quod etiam † locum habet in emphyteusi pro se & filiis concessa, si etiam contemplatione filiorum accepta & data fuit, *vt supra numer. 29. diximus.* Et intelligi debent Doctores, qui generaliter tenent, quod pater non potest vni filio prælegare emphyteusin, pro se & filiis acceptam, *Federi. de Sen. consil. 228. Anchar. consil. 319. in 2. dubio, Roman. in l. 1. numer. 53. C. quando non petent. part. Salyc. in l. vlt. num. 11. vers. si autem alius, C. de iure emphyteut. Ias. in l. 2. numer. 211. vers. aut pater, Alexand. consil. 8. num. 5. libr 3. & alii, quos refert Menoch. in consil. 129. numer. 28. lib. 2.*

38 Quod † si pater, pretio numerato, emphyteusin acquisiuisset, eam prælegare poterit, Bal. *in l. 1. in fi. C. per quas personas nobis acquiritur, Menoch alios referens in cons. 158. n. 66. in fi. lib. 2.*

39 Et si † emphyteusin, pro se & filiis concessam, pater alienauerit, & filii hereditatē patris sine beneficio inuentarii adiuerint, dictę alienationi stare tenentur. *l. cū a matre, C. de rei vend. Alex. cons. 28. num. 18. lib. 5. Velas. de iure emphyteut. quæst. 49. nu. 3.*

Sed

Sed † si filii inuentarium fecerint, dictam emphyteusin 40
vendicare valent, *l. fi. §. & si præfatam, C. de iure deliber. Curt. Iun. cons. 1. num. 12. Ruin. cons. 154. num. 11. lib. 1. Pinel. in dict. l. 1. num. 81. ampliat. 7. part. 3. C. de bon. matern. Paris. cons. 10. num. 7. lib. 1.* vbi communem dicit.

Quod si † emphyteusis, mixta fuerit, illam, quam pater a- 41
lienauerit, filius heres vendicare potest, *Deci. cons. 208. col. 3. & alii quos refert Pinel. in d. 1. part. l. 3. num. 96. vers. infertur 8. C. de bon. matern.* Contrarium tenent Curt. Iuni. *consil. 157. Aym. Grauet. cons. 258. num. 3. lib. 1. & Rub. cons. 18. vide Pinel. vbi supra.*

Ex quibus † infertur, quod si duo filii sint heredes vniuer- 42
sales instituti, vt alius in re certa institutus sit, & emphyteusis non sit hereditaria, quia pro se & aliis recepta fuit, filius in re certa institutus, æqualiter cũ aliis fratrib. in re emphyteutica concurret. *Ita Bart. in l. vt iusiurandi, §. si liberis, numer. 6. ff. de oper. libert.* Quam dicit esse communem opinionem Curt. Iun. *d. feudo in l. 2 parte primæ partis.*

Quod † intellige, nisi sit emphyteusis, in qua pater potest 43
filiis præiudicare, nam tunc institutus in re certa, cum aliis fratribus non concurret, *Iul. Clar. in d. §. emphyteusis, quæst. 38.*

Idem † intelligendum est, si emphyteusis sit hereditaria; 44
nam institutus in re certa, in emphyteusi non concurret. Quod omnes concorditer tenent, *vt ait Couarr. in d. c. 18. post num. 3. lib. 2. variar. resolut.* Quia institutus in re certa, non est proprie heres, *l. quoties, & ibi Doctor. C. de hered. instituend. Alex. in l. quadam, §. nihil interest, col. 2 ff. de edend. Bald. in l. libertæ, col. 6. C. de oper. libert. Salycet. in l. 2. quæst. 20 in fin. C. de iure emphyt. addit. ad Alexand. consil. 128. litera G. libr. 1.* quia, *vt in d. l. quoties probatur*, institutus in re certa loco legatarii habetur, *Clar. in d. quæst. 38.*

Item † infertur, quod quãdo emphyteusis est hereditaria, 45
filii non possunt cum patre in emphyteusi concurrere, quia pater viuens nõ potest habere heredes, *iuxta l. 1. C. de hered. vel.*

act. vendit. Bart. in l. Gallus, §. etiam, ff. de liberis & posth. Ang. consil. 306. num. 2. Ruin. consil. 15. numer. 6. libr. 1. Angel. in d. l. Gallus, §. quidam rectorum, col. 2. versic. 3. fallit, & ibi Alex. numer. 9. idem Alexand consil 26. num. 9. lib. 3. & in cons. 129. numer. 3. lib. 5. Et sic filius & ceteri ordine successiuo admitti debent.

46 Quod etiam † seruari debet, quando a priuato emphyteusis pro se & filiis & nepotibus simpliciter recepta fuit: nam hæc etiam hereditaria videtur: & quia pater censetur stipulari pro se & filiis & nepotibus heredibus, *l. si pactum, ff. de pact.* Et ita in specie tenent Bald. *in l. si mulieri, ff. de vsufruct. accrescend. Ias. in l. 1. in princ. col. 3. vers. quinto limita, ff. de iustitia & iure, Rub. in l. Gallus, §. quidam rect. num. 136. ff. de liber. & posth.* Quos refert & sequitur Menoch. *in cons. 200. num. 52. lib. 2.* Et ideo ordine successiuo admitti debent.

47 Item † infertur, quod mortuo ab intestato patre, qui emphyteusin hereditariam acquisiuit, relicto filio & nepote ex alio filio mortuo, nepos per repræsentationem patris mortui, concurret cum patruo in dicta emphyteusi; quia in tali emphyteusi, sicut in alia qualibet re hereditaria succeditur, *text. in §. cum filiis, Institut. de heredit. quæ ab intest. deferuntur,* & in specie ita tenet Ang. *in d. l. Gallus, §. quidam rect. col. 2. versic. tertia conclus. ff. de liberis & posth. Aymon Crauet. cons. 67. num. 5. Menoch. in cons. 200. num. 53. lib 2.*

48 Idem † seruari debet, quando pater in testamento dictam emphyteusin filio & nepoti prælegauit, vel quando eos vniuersaliter heredes instituit, quandoquidem, vt dictum est, sicut de aliis bonis est iudicandum. *Ita Menoch. in d. consil. 200. num. 56.*

49 Dubium † est, an quando pater in suo testamento dictam emphyteusin proximioribus reliquit, dicta repræsentatio admittatur, & sic nepos cum patruo concurrat? Et glos. *in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2.* tenet, quod in dispositione hominis, habet locum repræsentatio, sicut in dispositione legis:

gis. Contrarium tenet Bal. *in d. §. in fideicommisso*, dum inquit: nepotem ingredi locum patris, solum, quando ab intestato succeditur; & sic legis dispositione. Idẽ tenet Nic. de Matthes. *in l. fin. C. de iurisdict. omn. iud. & Bald. sequuntur Alex. in cons. 203. col. 3. vol. 2. & cons. 4. col. 4. vol 4. Dec. cons. 1. col. 3.* vbi attestatur, hanc esse magis communem opinionem, *& in cons. 299. col. 3. & cons. 408. col. fin.* Vbi dicit communem, & ita Romæ iudicatum fuisse: & idem inquit, *in l. si auia, column. 2. C. de success. edict.* Quos & alios refert Roland. a Valle *in consil. 68. numer 9. & 10. & 11.*

Quibus † non obstantibus, contraria opinio cum dicta 50
glos. tanquam magis vera, est tenenda: & sic quod in dispositione hominis in casu prædicto sit repræsentationi locus, & quod nepos cum patruo in dicta emphyteusi cõcurrat: Nam cum dicta glossa transeunt ibi Bartol. & Ang. & eam approbauit ibi Paul. de Casto, & Imol. cum gloss. tenuit Bald. sibi contrarius in *consil. 488. vol. 3. Ruin. consil. 8. num. 9. vol. 1. & consil. 96. num. 16. vol. 2. & consil. 101. num. 18.* vbi dicit opinionem glos. veriorem, & magis communem dicit Alex. *in cons. 26. colum. fin. vol. 3. Ruin. in consil. 162. colum. 1. volum. 1. & in consil. 78. colum. fin. volum. 2. & in consil. 162. col. 1. & consil. 163. col. penult. d. vol. 1.* vbi inquit, dictam glos. communiter approbatam, a qua in consulendo & iudicando non esse recedendum. Alios quam plurimos Doctores, hanc partem tenentes, refert Roland. a Valle *in d. consil. 68. num. 33. cum sequen.* vbi hanc partem optimis fundamentis defendit: quia in dubio testator videtur secundum ius disponere, & velle eos, qui sunt de familia, vocari eo ordine, quo fuissent ab intestato successuri, *vt in l. Gallus, §. quidam rect. de liber. & posth.* & quia successio legalis fuit introducta ex tacita mente defuncti, *l. conficiuntur, ff. de iure codicill.* Idem tenet Menoch. *in cons. 200 n. 60. vol. 2.* Quem vide a *n. 49. vsque ad n. 65.* Quæ opinio hodie sine dubio videtur attẽta *l. 40. Taur.* vt ibi tradit Velaz. de Aueda, *in glos. 2. n. 60.*

act. vendit. Bart. in l. Gallus, §. etiam, ff. de liberis & posth. Aug. consil. 306. num. 2. Ruin. consil. 15. numer. 6. libr. 1. Angel. in d. l. Gallus, §. quidam rectorum, col. 2. versic. 3. fallit, & ibi Alex. numer. 9. idem Alexand consil 26. num. 9. lib. 3. & in cons. 129. numer. 3. lib. 5. Et sic filius & ceteri ordine successiuo admitti debent.

46 Quod etiam † seruari debet, quando a priuato emphyteusis pro se & filiis & nepotibus simpliciter recepta fuit: nam hæc etiam hereditaria videtur: & quia pater censetur stipulari pro se & filiis & nepotibus heredibus, *l. si pactum, ff. de pact.* Et ita in specie tenent Bald. *in l. si mulieri, ff. de vsufruct. accrescend. Ias. in l. 1. in princ. col. 3. vers. quinto limita, ff. de iustitia & iure, Rub. in l. Gallus, §. quidam rect. num. 136. ff. de liber. & posth.* Quos refert & sequitur Menoch. *in cons. 200. num. 52. lib. 2.* Et ideo ordine successiuo admitti debent.

47 Item † infertur, quod mortuo ab intestato patre, qui emphyteusin hereditariam acquisiuit, relicto filio & nepote ex alio filio mortuo, nepos per repræsentationem patris mortui, concurret cum patruo in dicta emphyteusi; quia in tali emphyteusi, sicut in alia qualibet re hereditaria succeditur, *text. in §. cum filiis, Institut. de heredit. quæ ab intest. deferuntur,* & in specie ita tenet Ang. *in d. l. Gallus, §. quidam rect. col. 2. versic. tertia conclus. ff. de liberis & posth. Aymon Crauet. cons. 67. num. 5. Menoch. in cons. 200. num. 53. lib 2.*

48 Idem † seruari debet, quando pater in testamento dictam emphyteusin filio & nepoti prælegauit, vel quando eos vniuersaliter heredes instituit, quandoquidem, vt dictum est, sicut de aliis bonis est iudicandum. *Ita Menoch. in d. consil. 200. num. 56.*

49 Dubium † est, an quando pater in suo testamento dictam emphyteusin proximioribus reliquit, dicta repræsentatio admittatur, & sic nepos cum patruo concurrat? Et glos. *in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. it. 2.* tenet, quod in dispositione hominis, habet locum repræsentatio, sicut in dispositione le-

gis

gis. Contrarium tenet Bal. *in d. §. in fideicommisso*, dum inquit: nepotem ingredi locum patris, solum, quando ab intestato succeditur, & sic legis dispositione. Idẽ tenet Nic. de Matthes. *in l. fin. C. de iurisdict. omn. iud. & Bald. sequuntur Alex. in cons. 203. col. 3. vol. 2. & cons. 4. col. 4. vol 4. Dec. cons. 1. col. 3.* vbi attestatur, hanc esse magis communem opinionem, *& in cons. 299. col. 3. & cons. 408. col. fin.* Vbi dicit communem, & ita Romæ iudicatum fuisse: & idem inquit, *in l. si auia, column. 2. C. de success. edict.* Quos & alios refert Roland. a Valle *in consil. 68. numer 9. & 10. & 11.*

Quibus † non obstantibus, contraria opinio cum dicta 50 glos. tanquam magis vera, est tenenda: & sic quod in dispositione hominis in casu prædicto sit repræsentationi locus, & quod nepos cum patruo in dicta emphyteusi cõcurrat: Nam cum dicta glossa transeunt ibi Bartol. & Ang. & eam approbauit ibi Paul. de Castro, & Imol. cum gloss. tenuit Bald. sibi contrarius in *consil. 488. vol. 3. Ruin. consil. 8. num. 9. vol. 1. & consil. 96. num. 16. vol. 2. & consil. 101. num. 18.* vbi dicit opinionem glos. veriorem, & magis communem dicit Alex. *in cons. 26. colum. fin. vol. 3. Ruin. in consil. 162. colum. 1. volum. 1. & in consil. 78. colum. fin. volum. 2. & in consil. 162. col. 1. & consil. 163. col. penult. d. vol. 1.* vbi inquit, dictam glos. communiter approbatam, a qua in consulendo & iudicando non esse recedendum. Alios quam plurimos Doctores, hanc partem tenentes, refert Roland. a Valle *in d. consil. 68. num. 33. cum sequen.* vbi hanc partem optimis fundamentis defendit: quia in dubio testator videtur secundum ius disponere, & velle eos, qui sunt de familia, vocari eo ordine, quo fuissent ab intestato successuri, *vt in l. Gallus, §. quidam rect. de liber. & posth.* & quia successio legalis fuit introducta ex tacita mente defuncti, *l. conficiuntur, ff. de iure codicill.* Idem tenet Menoch. *in cons. 200 n. 60. vol. 2.* Quem vide *a n. 49. vsque ad n. 65.* Quæ opinio hodie sine dubio videtur attẽta *l. 40. Taur.* vt ibi tradit Velaz. de Aueda, *in glos. 2. n. 60.*

51 Et quæ dicta sunt † de emphyteusi Ecclesiastica, pro se & filiis & nepotibus recepta, seruari debent, secundum magis veram opinionem, quam tenent Fulg. *in auth. post fratres, C. de legitim. hered. Alexand. conf. 88. num. 1. lib. 1. idem in conf. 26. numer. 9. libr. 3. Corn. in conf. 224. col. vlt. & consil. 131. numer. 10. libr. 2. Ruin. in conf. 163. numer. 7. lib. 1. & in consil. 168. numer. 11. libr. 1. & per ea, quæ late tradit in specie Roland. in d. consil. 68. numer. 52. libr. 1. Curt. Iun. in tract. feud. part. 3. in 2. membro, numer. 34.* Et,
52 quia, vt † dictum est, *per dict. l. 40. Taur.* hæc opinio est sine dubio tenenda, *Velaz. de Auend. in d. l. 40. glos. 2. a num. 52. vsque ad num. 60.* vbi *in glos. 14. nu. 25.* conatur defendere per *dictam l. 40. Taur.* non esse correctum ius commune, circa repræsentationem collateralium in successione maioratus; & sic non dari repræsentationem vltra fratres, & filios fratrum; quia inquit, quod legum correctio vitanda est, & quia alias, successio maioratus vaga & incerta foret. Cuius opinio mihi falsa videtur: attenta *d. l. 40. Taur.* & verba dictæ l. sunt adeo clara, quod declaratione non indigent: quæ ita inquit: *En a succession del mayorazgo, aunque el hijo mayor muera en vida del tenedor del mayorazgo, o de aquel, a quien pertenecio, si el tal hijo mayor dexare hijo, o nieto, o descendiente legitimo: estos tales descẽdientes del hijo mayor (por su orden) prefieran al hijo segundo del dicho tenedor, o de aquel a quien el dicho mayorazgo pertenecia.* Hæc est prima pars legis, qua expresse cauetur, q̃ in perpetuum inter descendentes repræsentatio locum habeat, quod nemo sanæ mentis negauit.
53 Et † quia dicta repræsentatio a lege datur, quia filius eadẽ persona cum patre reputatur, & persona patris eadem cum auo; & sic deinceps, *vt tenent Doct. relati a Roland. a Valle in dict. consil. 68. num. 53. l. b. 2.* Et dicta repræsentatio, ex mente testatoris & constituentis maioratum, colligitur, dum Petrum filium & eius descendentes vocat, *d. l. 40. Taur.* Illam admittit, alias, si repræsentatio non daretur, alius filius secundo loco vocatus, descendentibus primo vocati præferetur.

Et

Et † quia eædem rationes in successione transuersalium militant, iustissime & sapientissime *d. l.* in secunda parte statuit, quod eadem repræsentatio, quam decreuit seruari inter 54
descendentes a constituente maioratum, inter transuersales succedẽtes seruetur. Dum inquit: *Lo qual no solamonte mandamos que se guarde y practique en la successiõ del mayorazgo, a los ascendientes, pero en aun la succesſion del mayorazgo, a los transuersales. De manera, que siepre el hiio y sus descẽdientes legitimos, por su orden, representen la persona de su padre.* Et † in incertis non est 55
locus coniecturis, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* Nam d. l. 40. Taur. expresse † corrigit ius commune *auth. post fratres*; 56
dum repræsentationẽ inter transuersales & eorũ descendentes constituit. Et sic legis correctio clara seruari debet, *vt in auth. de non eligend. secundo nubent. § cum igitur.* Item, quia † potius est inducenda correctio legis, quam superfluitas verborum, *glos. in cap. quanquam, de vsur. in 6.* Alias dicta verba: *Lo qual mandamos que se guarde, &c.* superflua essent, si de fratribus & filiis tantum fratrum intelligerentur, & non de ceteris: vt ex ipsius legis verbis colligitur. 57

Et † sicut quando duo casus a lege veteri patificantur, lex 58
noua in vno corrigens ad alterum extenditur, *glos. in l. quod vero, ff. de legibus, Bart. & alii in l. Marcellus, in princ ff. ad Trebell.* Ita ex eo quod d. l. 40. Taur. æquiparat successionem transuersalium successioni ascendentium in vtroque casu, licet ius corrigatur, eadem repræsentatio admitti debet.

Item, quia † vt supra diximus, attenta mente disponentis 59
maioratũ, eadem ratio repræsentationis in successione maioratus militat in transuersalibus, quæ in ascendentibus. Ergo idem ius statuendum est: *text. in l. a Titio, ff. de verb. obligat. l. il. lud, ff. ad l. Aquil.*

Et quando vna ratio † potest assignari in l. corrigente, quæ 60
est in d. l. 40. Taur. sola voluntas disponẽtis, vt descendentes possessoris maioratus aliis præferantur, sit etiam extensio

in correctoriis: Nam non dicitur proprie extenſiua, ſed vera legis diſpoſitio, *l. militis agrum. ff. de re milit. l. his ſolis, C. de reuocand. donat. Iaſ. in auth. non licet, C. de liber. præt.*

61 Et † quia, licet inter tranſuerſales diſparitas graduum attendatur, & repræſentationi non ſit locus: attamen locum non habet, quando coniecturis colligi poteſt teſtatorem voluiſſe filium ingredi locum patris. *Ita Alexand. in conſ. 23. libr. 3. Socin Iun. in conſ. 116. num. 15. lib. 1. Pariſ. conſ. 38. num. 14. lib. 1. Socin. Sen. conſil. 37. num. 3. & 4 lib. 3. Port. Imol. conſ. 55. num 71. Menoch in conſ. 200. num. 72. lib. 2.*

62 Item, quia † *d. l. 40. Taur.* generaliter & vniuerſaliter inter deſcendentes tranſuerſalium repræſentationem in ſucceſſione maioratus cõſtituit: & quia totum dicit, nihil excludit, *l. ſi quis, cum totum, ff. de rei vend. l. Iulianus, in princip. ff. de legat. 3.* Et ſi aliud vellet, expreſſiſſet, & non diceret *De manera que el hiio y ſus deſcendientes legitimos por ſu orden repreſenten la perſona de ſus padres.* Quæ verba clariſſima ſunt, & dictam repræſentationem inducunt. Ibi: *El hiio y ſus deſcendientes.* Nam ſi de fratre & eius filio ſecundum ius loqueretur, non diceret: *E ſus deſcendientes.* Neq; poſtea diceret: *Repreſentẽ la perſona de ſus padres.* Quę verba patrẽ & auũ, & abauũ & alios cõprehendunt.

63 Non † obſtat (vt inquit Velazquez de Auend.) quod aliquando detur incertitudo: nã tunc nõ deſit ius, ſed probatio; & nihil in hac vita fere certum eſt, niſi mors, & vt communiter accidit, nunquam ſucceſſor deficit, & lex ad ea quæ communiter accidũt, adaptari debet, *l. nam ad ea, ff. de legib.* Hanc partem tenet Molin. in tract. de maiorat. *c. 7. nu 10. & 11. lib. 3.* vbi refert Acoſt. & Couar. idem tenentes. Quos etiam refert & ſequitur Matienc. *in l. 5. gloſ. 4 in fin. titul. 7. lib. 5. noua collect. Reg. & Azeued. in d. l. 5. num. 4.* Secundum ſupra dicta non remanet dubium, de quo Molin. *vbi ſupra, num. 11. in fin.* vbi cogitandum relinquit.

64 Nota, quod † pro diuiſione laudemium nõ debetur, *ſecundum*

dum Bart. in l. & ideo, ff. de condict. furt. quia diuisio est necessaria alienatio, *l. fin C. de litig. & §. 1. in auth. de litig. text. in l. 14. tit. 7. par. 3.* In † quibus iurib. probatur; quod res litigiosas, quæ alienari non possunt, socii vel heredes queunt inter se diuidere. Et Iason *in l. fin. col. 3. vers. quæro, de iure emph.* inquit, quod cum ista decisione trāseunt communiter Doctores, & quod est singularis limitatio ad *d. l. fi.* vt non habeat locum in alienatione necessaria circa laudemium soluendum. Idem tenet Albertus *ibidem in 1. part. quæstione 110.* 65

Quod † intellige, si diuisio inter socios æqualis fiat, & quādo cessat ius accrescendi, & diuisio est necessaria; nam si voluntaria sit, & vni socio tota res emphyteutica adiudicetur, secundum magis communem opinionem, laudemium domino debetur, & eius consensus in traditione requiritur, *Bald. in l. voluntas, C. de fideicommiss. Aret. in l. qui Romæ, §. duo fratres, col. pen. ff. de verbor. oblig.* Quam vocat communiorem Bursat. *in cons. 181. num. 8. vol. 2.* contra Bart. qui contrarium tenet *in d. l. & ideo, ff. de condict. furt.* Et Bursat. *in d. cons. num. 9* intelligit Bart. & Alexand. quatenus tenent; quod emphyteusis noua, potest diuidi sine domini licentia, & alteri in totum adiudicari, vt procedat, quando æqualiter diuideretur in voluntaria diuisione; In diuisione autem necessaria etiam, quando vni tota adiudicaretur, & quod non procedat in diuisione voluntaria, quando vni tota tradatur & adiudicetur. Quam dicit esse communem opinionem. Et ibidem *in d. num. 9 & 10.* tenet, quod frater, cui tota emphyteusis adiudicata est, non potest emphyteusis † tenutam apprehendere sine domini licentia. Ad quod refert Guid. Pap. *in cons. 46. ex notatis per Guid. de Suza. & Sylvest. in d. l. fin. C. de iure emphyt. addit. ad Capell. Tolos. decis. 75. in fine.* Quandoquidem idemmet in permutatione & donatione obseruatur, *Gabriel in cons. 84. numer. 3. Clar. in §. emphyteusis, quæst. 13. in fin. & Doct. in d. l. fin. C. de iure emphyt.* 66 67

68 Sed † si res emphyteutica vni assignetur & tradatur, hac clausula adiecta, *Accedente consensu domini, & non aliter, neque alio modo.* sunt duæ magis communes opiniones contrariæ: Altera, quod dicta clausula non prodest, vt caducitas euite-
69 tur, quia † ablatiuus absolutus non facit in contractibus conditionem. *Dec in cons. 160. in princ.* vbi communiorem vocat Bursat. *in d. consil. 181. num. 12.* vbi alios Doctores refert. Altera opinio est, quod dicta clausula prodest, dummodo non potentiori tradatur, *Clar. in d. §. Emphyteusis, q. 13. vers. Item quæro ex communi, Roland. a Valle in consil. 51. numer. 30. volum. 2. Menoch. consil. 38. nu. 21. vol.* Quam dicit communiorem & benigniorem Bursat. *in d. consil. 181. num. 14.* & dicit tunc procedere, quando consensus domini haberi non potest. Sed ego in casu contingenti, quendam a caducitate defendi, propter dictam clausulam: & sic obtinui.

70 Nota: quod † in emphyteusi concessa a priuato, filii naturales succedunt: & a fortiori, legitimati succedere debent, *Clar. in d. § emphyteusis, quæst. 30. & quæst. 31.* vbi communem dicit, in emphyteusi vero Ecclesiastica supra dicti non succedunt, *Iul. Clar. vbi supra, Iaf. in auth. si qua mulier, col. 9. ibi. 2. & fortius, C. de sacrosanct. Eccles. & in l generaliter, §. cum autem, colum. 7. C. de instit. & subst. t. Curt. consil. 13. colum. 1. Corn. consil. 9. part. 4. Alexand. consil. 128. volum. 1. Dec. consil. 171. Riminald. cons. 447. volum. 4.*

SVMMARIA.

1 *Feudum acquisitum pro se & heredibus quibuscunque, est hereditarium & ad heredes etiam extraneos transit.*

2 *Legatarius dicitur quodammodo heres.*

3 *Feudum concessum pro se & heredibus quibuscunque, venit in restitutionem fideicommissi.*

4 *Feudum concessum pro se & heredibus suis quibus dederit, est idem ac si pro heredibus quibuscunq; concedatur.*

5 Feu-

5 *Feudum cum facultate alienandi concessum, potest sine licentia domini & irrequisito alienari.*

6 *Feudum concessum pro se & heredibus omnib. suis, potest ad libitum alienari.*

7 *Feudum concessum pro se & filiis vel pro se & liberis, non facta mentione heredum, dicitur ex pacto & prouidentia, & non est hereditarium.*

8 *In feudo ex pacto & prouidentia succedit filius absque eo, quod probet, quod sit heres.*

9 *Feudum concessum Petro & Titio filio, dicitur ex pacto & prouidentia, & in eo filius exheredatus succedit.*

10 *Filius nominatus in vita patris, habet partem.*

11 *Feudum præsumitur filii contemplatione concessum, quando nomine proprio in concessione nominatur, & in tali feudo non succeditur iure hereditario.*

12 *In Maioratu non succeditur iure hereditario.*

13 *Hereditas repræsentat personam defuncti.*

14 *Hereditas adita desinit esse hereditas.*

15 *Persona mutata, qualitas rei mutatur.*

16 *Melioratio & prælegatum non capitur iure hereditario.*

17 *Legitima non capitur iure hereditario, quia non est pars hereditatis, sed pars bonorum.*

18 *Legitima est pars bonorum.*

19 *Hereditas viuentis non datur, & ideo non datur in contractu.*

20 *Repræsentatio in hereditatis & feudi & emphyteosis successione datur, quia filius patris personam repræsentat & eadem reputatur.*

21 *Feudum concessum pro se & filiis & heredib. est mixtum, & non succedit in illo filius nisi sit heres.*

22 *Pater non potest de feudo mixto inter filios testari.*

23 *Feudum simpliciter concessum, nulla mentione filiorũ facta, præsumitur ex pacto & prouidentia.*

24 *Verba sunt proprie & naturaliter intelligenda.*

25 *Feudum hereditarium & transmissibile ad heredes extraneos est alienabile, & de illo testator ad libitum disponit.*

26 *Feudum ex pacto & prouidentia, siue sit antiquum, siue paternum, non potest alienari in praiudicium domini, etiam si sit mixtum & de illo testetur.*

27 *Feudum ex pacto & prouidentia antiquum & paternum, non potest alienari in praiudicium filiorum & agnatorum, neque pralegari & assignari vni filiorum.*

28 *Feudum ex pacto & prouidentia antiquum & paternum, non potest pro anima, neque ad pias caussas & ecclesia legari.*

29 *Legans ius periturum, nihil aliud legare videtur, nisi illud ius quod habet.*

30 *Feudum nouum acquisitum pro se & filiis vel liberis, non potest alienari in praiudicium filiorum, secundum magis communem opinionem Doctorum.*

31 *Feudum nouum potest vni ex filiis pralegari, secundum communem opinionem Doctorum.*

32 *Feudi noui alienatio prohibetur fauore domini, & ideo eius consensu alienatur.*

33 *Feudum nouum concessum filiorum contemplatione, non potest in eorum damnum alienari.*

34 *Feudum nouum concessum filiis contemplatione patris, poterit pater filio pralegare.*

35 *Feudum concessum ob merita vasalli, poterit vasallus vni ex filiis pralegare.*

36 *Feudum, numerato pretio acquisitum, potest vni ex filiis pralegari,*

37 *Feudum, numerato pretio acquisitum, non mutat naturam suam.*

38 *In feudo hereditario non succedit filius exheredatus.*

39 *Feudum hereditarium non possunt filii retinere, & hereditatem patris repudiare.*

40 Feu-

40 *Feudum non hereditarium possunt agnati retinere & hereditatem repudiare.*

41 *In feudo alienabili succedit heres extraneus.*

42 *Feudum alienabile venit in restitutionem fideicommissi.*

43 *Filius institutus in re certa succedit cū aliis aequaliter in feudo, de quo non potest pater testari in filiorum praeiudicium.*

44 *Filii fratrum succedunt cum patruis in feudo in stirpem, & non in capita.*

45 *Sobrini soli sine patruis concurrentes, succedunt in feudo in capita.*

46 *Filii non heredes patris, reuocant alienationem de feudo a patre factam.*

47 *Alienationem bonorum a testatore factam reuocat heres quando lex resistit alienationi, vt in rebus dotalibus, quia actiones personales, & non reales confundutur.*

48 *Feuda inferirora sunt diuisibilia.*

49 *Feuda, quae habent dignitatem annexam, vt sunt Ducatus, Marchiae, Comitatus, non sunt diuisibilia nisi adsit consuetudo diuidendi illa.*

50 *Faeminae de natura feudorum non succedunt in illis.*

51 *Masculi vocati simul cum faeminis ad successionem feudi, succedunt in feudo cum masculis faeminae.*

52 *Masculi & faeminae si vocentur, succedunt in feudo ordine successiuo, primo masculi, & illis deficientibus, faeminae.*

53 *In feudo acquisito pro se & heredibus & successoribus vtriusque sexus, succedunt faeminae ordine successiuo, & sic deficientibus masculis.*

54 *Faeminae succedunt in feudo in aliquibus casibus. Vide remissiue.*

55 *Clerici & Monachi an in feudo succedant: Vide remissiue.*

CAPVT VII.

De Diuisione Feudi.

CVm † de feudo diuidendo agitur, feudi natura est attendenda: Nam feudorum genera tria sunt. Aliquod est 1

simpliciter & absolute hereditariũ, veluti quando acquisitum est pro se & heredibus quibuscunque: & tale feudum etiam ad heredes extraneos transit: *ita Bald. in l. cum virum, post n. 21. C. de fideicommiss.* qui communiter approbatur secũdum Gig. *de pensionib. q. 19. num. 13.* idem tenet Curt. Iun. *in cons. 1. col. 2.* vbi dicit veram & communem conclusionem, idem Curt. *in cons. 32. col. pen. per text. in c. 1. de feud. non haben. propr. natur. feud.* quem tex. ibi ad hoc omnes notant, Ias. *in cons. 17. col. 3. in prin. vol. 3. & in cons. 118. col. 3. in fi. vol. 4. Dec. in cons. 78. col. pen. in prin. & in cõs. 395. col. fin.* Rip. *in l quaesitum, §. si quis cum tutor. ff. de priuileg. cred.* inquit, quod infeudatus pro se & heredibus, & quibus dederit, & sic per ista verba simpliciter censetur etiam infeudatus pro extraneis heredibus & singularibus successoribus, quanto magis infeudatus censeatur, per dicta verba, successoribus & quibuscunque. *Alex. & Ias. in l. quadam, §. nihil, ff. de eden. Bart. in l. cum acutissimi, num. 519. C. de fideicom. Rub. Alex. in l. sed si quis, §. quaesitum, num. 39. ff. si quis caut. Ruin. cons. 16. vers. quintus est etiam casus, vol. 1. Roland. a Vall. in cons 79. nu. 29. lib. 2.* vbi alios quam plures refert, & Iul. Clar. alios quam plurimos referens *in libr. 4. sentent. §. feudum, q. 9. num. 2.* inquit, quod haec opinio, tanquam magis cõmunis seruatur in pract.

Et Bald. *in c. imperialem, §. 4. col. 2. de prohibita feud. alienation. per Feder.* inquit, quod quando feudum est concessum Titio accipienti pro se & heredibus suis quibuscunque vigore illorum verborum, nõ solum tria genera heredum includuntur,
2 vt *Instit. de hered. qualit. & different.* sed † etiam legatarius, quia legatarius dicitur quodammodo heres, *l. id tempus, §. 1. ff. de vsucapio. sequitur Ias. in dict. l. quadam, §. nihil, ff. de edendo, Curt. Iun. in tract. feudor. in 4. p. in 1. regul. alienat. in num. penul. colum. 5. vers. quarto signanter, S. Georg. in inuestitur. sua feudorum, in verb. & cum pacto, quod de ipso feudo, colum. 5.* Et pro ista opinione facit, quod tenet Alex. *in l. si patroni, in princip. colum. penult. ff. ad*
3 *Trebel.* vbi † inquit, quod licet feudum regulariter non veniat

in

in restitutione fideicõmissi, tamen istud non procedit quandò feudum est concessum pro se & heredibus quibuscunque: & idem tenent Ias. *in d. §. nihil, & Curt. vbi supra, & in cons. 48. num. 13. Ias. in vsibus feud. col. 16. vers. tertio limita, Roland. a Vall. in dict. cons. 79. num. 23. & 24. lib. 2.*

Hoc ab omnibus receptum † est, quod idem est dicere in concessione feudali: *Concedo tibi feudum, pro te & heredib. tuis, quibus dederis, vel pro te & heredibus quibuscunque*, vt per Paris. *in cons. 2. col. 3. in fin. vol. 1. Curt. cons. 4. col. 2. Roland. a Vall. vbi supra, num. 20.* vbi alios Doctores refert, *& num. 21.* inquit, quod clarissimi iuris est, quod quando feudum est concessum alicui pro se & heredibus, & quibus dederit: quod vasallus potest de eo testari: & quod hoc signanter voluit Bal. quem sequuntur omnes in *c. 1. per illum text. de feudo non hab. propr. nat. feudi:* vbi dicit, quod per illa verba, *& quibus dederit*, simpliciter prolata, apparet manifeste, quod quomodocunq; dederit, siue vendendo, siue donãdo, siue permutando, siue in dotem dando, siue testamentum faciendo, valet datio: quia illa verba, *& quibus dederit*, sunt ampliatiua, quę non recipiunt restrictionem: *sequitur Curt. Sen. in cons. 63. col. pen. Brun. cons. 38. col. 2. Curt. Iun. in cons. 108. nu. 17.* Ergo quando feudum est concessum pro se & heredib. quibuscunque, virtute parificationis, quia dispositũ in vno ex æquiparatis, & in alio dispositum censetur, *l. si quis seruo, C. de furt. Aret. in rub. de acquir poss.* quod dicta verba, *quibus dederit*, non operantur tam latam potestatem tradit Menoch. *in cons. 61. num. 21. 22. & 23.* vbi dictam communem opinionem Roland. vbi supra declarat. 4

Idem est † ab omnibus receptũ, quando feudum cũ facultate alienandi concessum est: nam tunc vasallus poterit illud alienare sine domini licentia & eo irrequisito: *ita Bald. in l. 1. q. 45. ff. de rerum diuis. per text. in d. c. 1. de feud. non hab. prop. natur. feud. Alex. in cons. 173. col. 2. & cons. 228. col. fin. vol. 6. Bald. in l. cum essem, § fin. ff. de seru. rust. præd.* vbi per illũ tex. dicit, quod 5

emphyteuta poteſt facere alium emphyteutam, ſi in inſtrumento dicatur, quod ipſe recepit emphyteuſin pro ſe, & cuiius voluerit concedere.

Idem vult ibi Ang. & Imol. *in c. potuit, col. 49. de locat. Iaſ. in conſ. 155. col. 2. vol. 2.* vbi inquit, quod dicta clauſula operatur, quod vaſallus poſſit de feudo per viam teſtamenti, vel per contractum inter viuos ad libitum diſponere: *idem Ripa in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 87. ff. de verbor. oblig. Albert. de Roſ. & Salyc. in l. fin. & ibi Iaſ. C. de iure emphyt.* & hanc eſſe communem opinionem atteſtantur Deci. *in conſil. 164. col. 3. & conſil. 193. colum. 3. Curt. Iun. in tract. ſub feud. in 4. p. in materia alienationis, in 2. reg. princ. q. 5.* vbi dicit, in practica non eſſe recedendum a dicta communi, Pariſ. *in conſ. 3. col. 2. vol. 1.* vbi dicit, ita tenere communiter Dd. *in d. c. 1. de feud. non habent. propr. na-*
6 *tur. feud.* Et magis communem † dicit Roland. a Valle *in dict. conſ. 79. nu. 28. lib. 2.* & *in d. conſ. num. 34.* tenet idem eſſe, quando feudum conceſſum eſt pro ſe & omnibus heredibus ſuis: ad quod allegat Bald. & alios Menoch. *in conſ. 158. num. 87. lib. 2. idem conſ. 61. colum 1. num 21. & 22. & 23. lib. 1.* Feudum acquiſitum pro ſe & heredibus & ſucceſſoribus vtriuſque ſexus, eſt hereditarium ſecundum communem opinionem, de qua teſtatur Cephal. *conſil. 224. num. 20. Rol. a Valle, conſ. 84. in princ. lib 4.*

7 Secundum † genus feudorum eſt, quod ſimpliciter ex pacto & prouidentia vocatur: puta, quando pro ſe & filiis, vel pro ſe & liberis, nulla facta mentione heredum, conceſſum eſt: & hoc feudum non dicitur hereditarium, *ſecundum Andr.*
8 *de Iſern. in c. 1. §. hunc quoque, qui feud. dar. poſſ.* Et eſt † communis opinio, *vt inquit Dec. in conſ. 445. nu. 8.* & in hoc feudo ſuccedens non tenetur probare ſe heredem, ſed ſufficit probare eſſe filium vel deſcendentem a primo acquirente. Et ita eſt communis opinio ſecundum Iaſ. *in l. ſi poſt mortem, in princip. num. 3. ff. de leg. 1. & conſil. 56. col. fin. in princ. libr. 3.* nam videtur

dari

dari liberis ex prouidentia concedentis, *l. si arrogator*, §. *1. ff. de adopt. l. sed si plures*, §. *si arrogator*, *ff. de vulg. & pupil. subst. l. cum patronus*, *ff. de leg. 2. & Pinel. in l. 1. in p. 3. num. 84. cum seq.* Hanc omnium concordem opinionem nuncupat, & etiam communem dicit Bursat. *cons. 82. num. 1.*

Et si † feudum concedatur Petro & Titio filio suo, erit etiam feudum ex pacto & prouidentia, nam tunc si filius a patre exheredetur, in feudo succedet, *l. dedit dotem*, *ff. de collat. facit l. quodcunque*, §. *si ita*, *ff. de verb. oblig.* Filius † enim nominatus etiam in vita patris, dimidiam partem habet, *l. si quis Titio*, *secundum intellectum Ioan. ff. de usufr. accres.* Præsumitur † enim filii contemplatione concessum, quando nomine proprio illum concedens feudum nominat: *ita Andr. in c. 1. col. 2. de succes. feud. Masc. in conclus. 767 num. 5 & 6. vol. 2. de probat.* Atque ita in tali feudo succedens, non succedit iure hereditario. 9 10 11

Et idem † dicendum est in successione maioratus *secũdum Molin. in tractat. de primog. c. 8. in princip. usque ad num. 12. libr. 1.* licet contrariam opinionem conetur defendere Velazquez *de Auendano in dict. l. 40 Taur. glos. 14. num 8.* quia inquit, quod antequam primogenita forent inuenta successiones erant hereditariæ & diuiduæ inter heredes, *vt in l. scripto. ff. vnde liber. l. cum ratio ff de bon. damnat.* Et quamuis postea inuentum sit ius primogenii in certa parte hereditatis, non ideo ius succedendi mutatur: *arg. tex. in l. quoties, C. de act. & oblig. l. fi. de violat. sepulc.* Et quia in feudo, emphyteusi & fideicommisso, datur repræsentatio ob id, quia a principio & de sui origine erant hereditaria reducta ad modum maioratus, & hereditatis successionis qualitatem adhuc retinent: nam solum in uniuersali hereditaria successione repræsentatio datur. Quibus nõ obstantibus, prima opinio Molin. mihi verior videtur per fundamenta quæ ibi adducit: Nã licet in testamento de tota vel de parte hereditatis maioratus constituatur, tantum constituenti iure hereditario, vt inquit Molin. succedetur. Quia 12

13 hereditas † personā defuncti repræsentat, *l. hereditas in mul-*
14 *tis, ff. de acqui. her. l. mortuo, ff. de fideiussor.* Et † adita hereditas, desinit esse hereditas, & efficitur proprium patrimonium adeuntis, *glos. in l. 1. §. veteres, glos. mag. ff. de acquir. her. glos. in l. eius qui, in verbo, hereditatis, ff. si cert. petat. Bartol. in l. 3. in princ. ff. de bon. possess. Decius in l. hereditas, ff. de reg. iuris,* vbi additio. refert Dec. *in d. §. veteres,* vbi dicit communem, Paul. *in l. 1. ff. de fidei-commiss. hered. petit.*

15 Nam mutata † persona, mutatur qualitas rei, *vt in d. §. veteres, & ibi Ias. Menoch. cons. 81. num. 24. lib. 1. & consil. 115. nu. 49. libr. 2. & cons. 80. num. 30. Calcan. cons. 45. num. 4.* Et licet succedens in maioratu non efficiatur irreuocabiliter verus dominus; tamen eius persona qualitas succedendi mutatur.

16 Item, quia † non debet attendi origo successionis, ad hoc, quod mutato modo succedendi, eius natura non mutetur: nam quod filius capit prælegato, vel melioratione tertii bonorum inter viuos facta, non capit iure hereditario. Et simili-
17 ter legitimam † patris non capit iure hereditario, sed proui-
18 dentia legis, *l. si arrogator, ff. de adopt.* Et sub † nomine hereditatis, legitima non continetur, quia non dicitur pars hereditatis, sed bonorum, *l. Papinian. § quarta, ff. de inoffic. testam.* & tradit (post alios) Ias. *in auth. nouissima, num. 3. C. de inoffic. testa. Dec. in auth. præterea, 7. notabili, C. vnde vir & vxor, Menoch præsumtio. 196. num. 21. lib. 4. præsumt.*

19 Et quia per contractus † inter viuos prope semper maioratus constituuntur, & in contractu non constituitur hereditas neque datur, quia viuentis nulla est hereditas, *l. 1. C. de hereditaria act. Bartolus in l. Gallus, §. etiam, ff. de liberis & posthumis, Angelus consil. 306. num. 2 Ruin. cons. 15. num. 6. lib. 1. Menoch. consil. 200. num. 51. lib. 2.*

20 Item, quia † repræsentatio non datur inter descendentes, quia iure heredita. succedūt, sed potius, quia filius loco patris habetur, & eius personam repræsentat, & eadē persona cum

eo

:o reputatur, & hac de cã in emphyteusi & feudo nõ hereditario repræsentatio datur: *ita Rum. cons. 13. n. 13. lib 1. Abbas cons. 85. col. 3. vol. 1. & in cons. 3. col. 3. in fin. vol. 2. Prapos. in c. 1. de feud. Marchiæ, col. 10. vers. 19. & col. 20. in fi. vers. non obstat decimum nonum argumẽtum*: vbi sequitur Paul. idem tenentem *in cons. 159. quos refert & sequitur Rol. a Vall. in cons. 58. n. 53. lib. 2.* & probatur *in d. l 40. Taur. quæ est hodie l. 5. tit. 7. lib. 5. recopilatio.*

Tertium † genus feudorum est, quod non est simpliciter 21
ex pacto & prouidentia, neque simpliciter hereditarium, & est mixtum: quia de vtroque participat, veluti, quia est concessum pro se & filiis & heredibus, & tunc in successione duæ qualitates requiruntur, scil. quod sit filius & etiam heres: & ita se habet communis opinio secũdum Alex. *in cons. 10. n. 8. lib 3.* communem etiam dicit Ias. *cons. 7. num. 1. lib. 1.* & Iul. Clar. *in libr. 4. sentent. § feudum, quæst 9. num. 4. in fin.* inquit, quod tanquam veriorem & magis communem opinionem semper vidit in practica seruari, & plures, qui magis communẽ opinionem nuncupant, refert Mascard. *in conclus. 767. num. 1. & 2. volum. 2. de probat.* Et de † hoc feudo non poterit pater inter fi- 22
lios testari, Menoch. *cons. 104. num. 16.* vbi alios refert.

Quando † autem feudum concessum est simpliciter, non 23
facta mentione filiorum neq; heredum, præsumitur feudum ex pacto & prouidentia, quia in dubio feudum debet rectum & proprium iudicari, potius quam improprium & non rectum.

Et † verba proprie & naturaliter intelligi debent, *Bartol. in* 24
l. non dubium, C. de legibus, l. non aliter ff. de lega. 1. l. fin. C. de his qui veniam ætat. impetrauer. l. 3. §. hac verba, ff. quod quisque iur. Et hanc communiorem & veriorem vocat Marian. *in tract. de feud. tit. de feud. ex pacto & prouidentia, num. 53.* quem & alios refert Mascard. *vbi supra, num. 10. & 11. & 12.* & Iul. Clar. *in d. q 9. vbi a num. 6 vsque ad fin.* materiam prosequitur. Quem vide.

Ex quib. primo † infertur, quod si feudum sit hereditarium 25

transmissibile ad heredes extraneos, de quo egimus in principio supra, testator poterit de tali feudo ad libitum disponere, & vni filio prælegare, & si de eo non disposuerit, sicut alia bona libera & allodialia diuidi inter heredes debet.

26 Secundo † infertur, quod si feudum sit simpliciter ex pacto & prouidentia, vel mixtum, in præiudicium domini vasallus de eo testari non poterit, siue sit nouum siue antiquum vel paternum, *Clar. in q. 40. numer. 2. §. feudum, libr. quarto sententiar.*

27 In præiudicium † vero filiorũ & agnatorum, si sit feudum antiquum & paternum, nullo modo de illo testari poterit, & ideo non poterit vni filio in præiudicium aliorũ assignare vel totum prælegare: nam omnes æqualiter concurrere debent. Ita se habet communis opinio, *vt inquit Zasius de feud. in 8. p. in 3. part. vers. & hanc partem, Alexand. in l. apud Iulian. quam legit cum l. cum seruus, §. si quis alicui, numer. 4. in fin. ff. de legatis 1.* Et hanc dicit tenere communiter Dd. Ioan. Rain. *in c. Imperialem, §. habito, column. 7. de prohibit. feud. alienat. per Feder.* Dicit etiam communem opinionem Ruin. *cons. 25. nu. 13. libr. 1. & in cons. 9. in fin. d. l. 1. Menoch. cons. 158. num. 26. libr. 2.*

28 Quod † in tantum procedit, quod neque pro anima poterit dictum feudum antiquum & paternum legare: *vt in cap. 1. §. donare, qualiter olim feud. alienar. pot.* & si pro anima legatum fuerit, neque eius æstimatio debebitur, *vt tenet Baldus in d. §. donare, num. 3.* Et communem opinionem dicit Soc. Iun. *in cons. 72. num. 60. lib. 1. & cons. 74. num. 200. lib. 1.* Communem etiam dicit Roland. a Valle *cons. 41. nu. 31. lib. 2.* vbi dicit, idem esse si legatum sit Ecclesiæ, & quod ita se habet communis opinio. Et idẽ erit si coniunctæ personæ legetur: de quo Mant. *in tract. de coniect. vlt. volun. lib. 9. titul. 11.* qui contra commu-
29 nem opinionem tenet. Cõmunem † sequitur Iul. Clar. *in d. §. feudum, q. 40. n. 4. lib. 4. sent.* quia qui ius morte periturum legat, non videtur nisi dictum ius legare, *l. si domus, ff. de legat. 1.*

Si

Si tamen † feudum sit nouum acquisitum per vasallum, 30
pro se & filiis, vel pro se & liberis, contrariæ opiniones inueniuntur; & magis communis opinio est *secundum Socin. Iun. in cons. 72. num. 3. & cons. 160. num. 44. lib. 3.* quod pater non poterit donando, vel testando, vel aliter disponendo filiis præiudicare.

Et † quod possit feudum vni filio prælegare, est communis 31
opinio *secundum Barbat. inter cons. Alexand. cons. 5. col. pen. versic. & si quispiam, lib. 4.* quem sequitur Iul. Clar. *quæst. 40. num. 6.* ea motus ratione; quod sic contraria opinio tenet, quod feudum nouum poterit pater vasallus de consensu domini alienare. Non videt rationem quare non possit vni filio prælegare, cum ex eo nullum damnum domini generetur. Quæ † ra- 32
tio mihi placet; nam ex ea sequitur, quod non prohibeatur alienatio fauore liberorum, sed fauore domini; & ideo de eius consensu poterit de eo testari, *Clar. in d. quæst. 40. num. 3.*

Quod † intellige, nisi etiam contemplatione filiorum 33
feudum concessum fuisset, *Clar. libr. 4. sentent. §. emphyteusis, q. 16. num. 1. in fin. Facit, l. sed si plures, §. in arrogat. & ibi Doctor. ff. de vulgar. & pupill. substit. l. socium qui in eo, & ibi Bart. ff. pro soc.* Et
e contra, si filiis † cōtemplatione patris concessum sit, poterit 34
pater vni filio prælegare, *Menoch. in cons. 168. num. 69. lib. 2.* vbi
ad id alios Doct. † refert. Et si feudum ob merita vasalli con- 35
cessum sit, etiā si pro se & filiis simpliciter acquisiuerit, poterit vni filio prælegare, *Menoch. in cons. 158. numer. 62. lib. 2. Natta*
cons. 175. nu. 5. lib. 2. Idem erit, si, numerato † pretio pro se & fi- 36
liis acquisitum sit; Nam † tunc non cēsetur feudum ex pacto, 37
& prouidentia, sed solum patri acquiritur, & ob id de illo ad libitum disponere poterit. *Ita Alex. in l. etiam, col. vltim. ff. solut. matrim. post Bal. & alios.* Neque † huic sententiæ repugnat 38
sententia dicentium, quod feudum numerato pretio acquisitum naturam non mutat; *vt tenet Alt. in respons. 170. numer. 3. Zas. in epitome feudorum, part. 12. num. 21. Iul. Clar. in d. §. feudum,*

q.16.in fi.ita Menoch. alios refererens in d.consil.158.nu.70.libr.2.

Tertio infertur, quod filius iuste exheredatus, non potest succedere in dicto feudo, in quo sine heredis qualitate succedere non valet: & est communis opinio *secundum Curt. Iun. in tract. de feud. in 3. part. principal. in materia successionis descendentium, q.3. quem refert Paris. cons.7. lib.1. Ita Clar. in d. § feudum, quaest.73. libr.4. sentent.*

39 Quarto † infertur, quod in dicto feudo, in quo dicta qualitas heredis requiritur, filii non poterunt hereditatem patris repudiare & feudum retinere, *text. in c.1. an agnatus, vel filius,*

40 nisi † feudum sit antiquum pro se simpliciter acquisitum nulla facta mentione filiorum & heredum, & sint agnati heredes; nam tales agnati poterunt hereditatem repudiare, & feudum acquirere, secũdum communẽ opinionem Doct. de qua testatur Cou. *in c.18. lib.2. var. resol. vide Clar. vbi supra q.76.*

41 Quinto † infertur, quod in dicto feudo, de quo vasallus potest sine voluntate domini disponere, heres etiam extraneus succedit. Idem erit in feudo, de quo potest cum licentia domini disponere, si in illo præhabita licentia domini heredes extraneos instituerit. De quo late Clar. *vbi supra, quaest.83.*

42 Sexto † infertur, quod feuda, quæ ad heredes extraneos transeunt, & de quibus potest vasallus ad libitum disponere, in restitutione fideicommissi veniunt, secũdum magis communem opinionem, de qua attestatur Socin. Iun. *cons.72. numer.22. lib.1.* Vide Clar. *vbi supra, quaest. 85.*

43 Septimo † infertur, quod filius institutus in re certa, succedit æqualiter cum fratribus in feudo, de quo non poterat pater in præiudicium filiorum testari: & in hoc videtur facienda distinctio, quam supra circa institutum in re certa in successione emphyteusis fecimus. Licet Couarr. *in cap.18. num.5. lib. 2. variarum resolut.* dicat quod omnes Doctores communiter tenent, quod filius institutus in re certa succedit æqualiter cum aliis vniuersaliter heredibus institutis. Quem refert

Iul.

Iul. Clar. *vbi supra, quæst. 86.* intelligens dictam communem opinionem, vt de emphyteusi dictum est. Quod mihi verum videtur.

Octauo † infertur, quod filii fratrum repræsentando personas parẽtum, succedent cum patruis in dictis feudis in stirpem, & non in capita. Et idem erit, si ad successionem aui simul venerint, secundum magis communem opinionem, de qua attestatur Aluarot. *in cap. 1. in princip. num. 2. de success. feud.* 44
Quando † vero sine patruis vocantur, & soli sobrini concurrunt, tunc in capita succedunt. Quam dicit communem opinionem Raphael. *comment. in auth. post fratres, 2. C. de legitim hered. & ibi Corn. in finalib. verb.* Sed Iul. Clar. *vbi supra, quæstion. 85. num. 2.* tenet contrariam etiam communem opinionem in feudo simpliciter hereditario, scilicet, quod in eo succedant in stirpes, & non in capita, ea motus ratione, quia de tali feudo, sicut de aliis bonis liberis hereditariis iudicandum est. Qua ratione attenta, dicta communis opinio, de qua attestatur Raph. *comment. vbi supra*, tenenda est per text. *in l. 5. vers. Mas si este titul. 13. part. 6.* vbi contra communem opinionem Doctorum disponitur, quod quando consobrini soli concurrunt in capita, in hereditate succedant. Quod tenuit Azo. *in summa, C. de legit. hered. & glos. in §. hoc etiam, Instit. de legit. agnat. success.* 45

Sed † si pater de dictis feudis, de quibus in præiudicium filiorum disponere nequit, disposuerit, filii poterunt patris alienationem reuocare, si eius hereditatem non adierint. Ita Iul. Clar. *in d. quæst. 40. num. 2.* Anton. Quesad. *in quæst. diuersi iuris, cap. 5. num. 7.* tenet, quod ex eo, quod heres repræsentat personam testatoris per aditionem hereditatis, confunduntur actiones personales, & non reales, quando lex resistit feudi alienationi: & quod ideo mulier heres mariti potest rei vẽdicare fundum dotalem, quẽ maritus alienauit, *l. dotales, §. fin. ff. de fund. dotal. P. Peral. in rubri. ff. de hered. inst. num. 99. & 102.* 46

& 106. Idem dicit esse in fideiussore, per text. *in l. fin. C. de euict. Ang. in l. cum quis, §. qui pro parte, ff. de verb. oblig. Bald. in l. si vxor, C. de bon. auctor. iud. poss. citans l. Paulus, ff. de pignor.* Item no-
48 ta, quod † feuda inferiora diuisibilia sunt, *tex. in §. praeterea Ducatus, c. 1. de prohib. feud. alien. per Federic.* etiamsi habeant iurisdictionem annexam. *Ita tenet Specula. de feud. §. quoniam, nume. 34.* Et est communis opinio *secundum Socin. cons. 67. post nu. 45. lib. 1. Iul. Clar. in dict. §. feudum, q. 44. num. 1. in fin.*

49 Feuda † vero, quae habent dignitatem annexam, vt sunt Ducatus, Marchiae, vel Comitatus, diuidi non possunt; etiam consortibus consentientibus. Et est communis opinio *secundum Socin. in d. cons. 67. libr. 1.* Sed quicquid sit de iure, Iul. Clar. *vbi supra in d. §. feudum, q. 44. num. 2.* inquit, quod de consuetudine in multis partibus diuiduntur. Quae consuetudo vbi viget, & non in alio loco seruanda est.

50 Item est † aduertendum, quod de natura feudorum, foeminae in eis non succedunt, *vt in ca. 1. § filia vero, de success. feud. & cap. 1. §. hoc autem notandum, de his qui feud. dare poss. l. 6. tit. 26. part. 4.*

51 Sed † si masculi cum foeminis ad successionem feudi vocati fuerint, tam foeminae quam masculi eodem tempore & simul concurrent. *Ita Bald. in l. quoties, C. de suis & legitimis heredibus, Pedemont. decis. 81. n. 2. & 18. Bursat. cons. 63. n. 10. Bart. & ceteri Dd. in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de lib. & posth.* Et dicit communem Paris. *cons. 12. nu. 33. libr. 1. Rol. a Vall. cons. 84. nu. 10. lib. 4.*

52 Si † vero masculi & foeminae vocentur, tunc foeminae non concurrunt, sed ordine successiuo vocatae censentur: & sic deficientibus masculis, succedent secundum communem opinionem, de qua attestatur Paris. *in dict. consil. 12. Clar. in dict. §. feudum, q. 73. numer. 4. Roland. in dict. cons. 84. numer. 14.* Idem
53 erit † seruandum, quando feudum acquisitum fuerit pro se & heredibus & successoribus vtriusque sexus: nam tunc ordine successiuo, & deficientibus masculis, foeminae succedent. *Ita*

Ale-

Alexand. consil. 9. column. 2. volum. 5. Curt. Iun. in tract. feud. in 3. part. numer. 17. Bursat. in dict. cons. 63. vbi inquit hanc esse magis receptam opinionem, quæ semper in dominio Mantuæ fuit seruata, & pro ea iudicatum, *Roland. in dicto cons. 84. numer. 14. vers. secundo, ista.*

Et alios † casus, in quibus fœminæ in feudo succedunt, vide per Roland. *in dict. cons. 84. & Clar. in dicta quæstion. 73. & per Francis. Curt. in tract. de feud. 3. part. in principio fol 1. & 2. & 3.* vbi ponit decem & sex limitationes, & vide Decium *in consil. 39. & cons. 390. & Socin. cons. 257. vol. 2.* 54

Et an † clerici, vel monachi, vel filii naturales, vel legitimi, in feudo succedant, vide Iul. Clar. *in dicto §. feudum, quæst. 78. & quæst. 82.* 55

SVMMARIA.

1 *Diuisio facta inter fratres potest reformari, quando vni fuit datum plus quam oportuerat.*

2 *Diuisio a patre facta inter filios est seruanda, etiamsi sit plus a patre datum vni filio quam aliis.*

3 *Euictio habet locum in diuisione inter frates facta.*

4 *Euictioni non est locus in diuisione inter fratres facta, quando actum fuit vt alter alteri de euictione non teneretur.*

5 *Euictio non habet locum in diuisione inter fratres facta, quando res de sui natura euincitur.*

6 *Euicta re de sui natura non erit locus euictioni, quando res euicta fuit iuste æstimata periculo euentus considerato.*

7 *Grauamen quodlibet minuit pretium rei, & pingue dominium auget rei pretium.*

8 *Pactum de retro vendendo, facit rem minus valere.*

9 *Bona feudalia & similia si in diuisione vni adiudicentur & sui natura euincantur, euictioni locus erat secundum aliquos Doctores, contrarium n. 10. & 11.*

10 *Dubius euentus facit valere contractum, qui alias nō valeret, vt in emtione iactus recti, & donatione reciproca inter virum & vxorem.*

11 *Damnum occursum est compensandum cum vtilitate quam quis consequi potuisset, si euentus aliter cecidisset.*

12 *Euictioni non est locus, quando res fuit inter fratres pro æqualibus partibus diuisa.*

13 *Euictio cessat, quando pater bona sua inter filios diuisit.*

14 *Euictioni est locus, quando pater bona sua inter filios diuisit, si propter rem euictam filius in legitima grauetur.*

15 *Euictio habet locum, quando pater inter filios bona sua diuisit, si constiterit, patrem voluisse æqualitatem inter filios seruare.*

16 *Euictioni est locus, quando pater diuisit bona inter filios, si euincatur res, quam pater tempore diuisionis non possidebat.*

17 *Euictio non habet locum, si res vni coheredum prælegata, euicta fuerit.*

18 *Euictioni est locus & debetur rei legatæ æstimatio, quando rem testator legauit, sciens alienam esse.*

19 *Euictioni non est locus neq; rei legatæ æstimatio debetur, quando testator legauit rem alienam & eam non possidens; nisi coniunctæ personæ vel piæ caussæ legauerit.*

20 *Euictio non habet locum neque rei legatæ æstimatio debetur, quando testator legauit rem, quam possidebat, coniunctæ personæ, ignorans alienam esse, quia ius possessionis legasse censetur, contra Ayor.*

21 *Euictio non habet locum, quando testator legauit rem, in qua sciebat se ius pignoris, vel ius in spe consistens, vel aliud ius tantum habere, quia illud ius legasse creditur.*

22 *Euictio non habet locum, neque rei legatæ æstimatio debetur, quando testator legauit coniunctæ personæ rem, quam*

puta-

putabat ex aliqua caussa ad se pertinere, quæ caussa nulla erat.

23 *Euictioni non est locus, quando testator legauit rem putans suam esse ex aliqua caussa, quæ eius morte finiebatur.*

24 *Diuisio a patre facta inter filios de re, quæ per fideicommissum vni ex filiis erat restituenda, est seruanda, si filius, cui restituenda erat, patris hereditatem adiuerit.*

25 *Alienatio rei subiectæ fideicommisso, pendente conditione, per conditionis euentum resoluitur.*

26 *Pater & quilibet testator potest rem sui heredis alienare, & de ea maioriam facere.*

27 *Filius heres patris, qui inuentarium fecit, non tenetur stare diuisioni a patre factæ de re, quæ sibi per fideicommissum debebatur, nisi in quantum vltra legitimam fuit a patre honoratus.*

CAPVT VIII.

Quæ sint differentiæ inter diuisionem a patre inter filios factam, & factam a filiis inter se ipsos: & quando in dictis diuisionibus euictioni sit locus.

Diuisio inter fratres facta, quando vni plus quam oportuerat datum est, reformari potest, *vt infra cap. 11. numer. 28.* 1

Diuisio a patre † inter filios facta seruari debet, etiam si vni filio, plus quam alii datum a patre sit: *vt in l. ex parte, §. vlti. & ibi Bald. ff. fam. ercisc und. l. quæ pater, §. si pater, ff. eod. tit. Alexand. cons. 77. libr. 3.* Et contra eam filii conqueri non possunt, *Corn. cons. 228. colum. 2. & cons. 273. col. 7. libr. 4. Dec. cons. 254. numer. 2. & Paris. cons. 34. num. 27. lib. 2.* 2

In diuisione † a fratribus facta, euictio locum habet: nam si alicui ex fratribus aliqua res de his, quæ in diuisione illi adiudicata fuit, euincatur, fratres pro rata de euictione fratri obligantur, *vt in l. si familia, & ibi glos. & Dd. C. famil. ercisc und.* 3

4 Quod † limita, nisi inter fratres actum sit, vt de euictione alter alteri non teneatur: nam tunc mutuum periculum subeunt, & re euicta vnus contra alium non poterit de euictione agere, *vt in dict. l. si familia, & ibi glos. & Doctores, C. famil. erciscund.*

5 Item † secundo limita, nisi res de sui natura euincatur, veluti quando vni fratri feudum adiudicatum fuit, quo mortuo, relicta filia, quę non poterat feudũ obtinere, ab ea euictũ fuit: nam non poterit contra patruum de euictione agere. *Ita glos. in dict. l. si familiæ, in fine.* Quam sequuntur ibi Bart. Bal. Salyc. & Paul. de Castr. Alexand *cons. 21. num. 4. lib. 5. Ruin. consil. 11. num. 11. & consil. 14. num. 5. lib. 1. & consil. 137. nu. 12. lib. 2. & consil. 7. in fin. & cons. 92. colum. vltim. lib. 3. Socin. Iun. consil 119. numer. 2. lib. 3. Tiraq. in tract. de retract. consang. §. 1. glos. 9. num. 35. Menoch. cons. 87. num. 78. lib. 1.* Et idem procedit in bonis fideicommisso subiectis, si ratione fideicommissi euincantur, *Menoch. & Doctores vbi supra.*

6 Quod † intelligit Menoch. *in d. cons. 87. num. 92. secundum Alexand. in l. qui Romæ, §. duo fratres. ff. de verb. obligat.* Quando ratione euentus fideicommissi, vel feudi, quod euinci poterat, iustum pretium interuenit: puta, quia attento periculo & grauamine, minori pretio æstimatum fuit. Nam res minoris æstimatur, propter periculum amissionis rei, *vt in l. 1. §. si heres. ff. ad Trebell. vbi Rip. num. 26. in fin. Corne. consil. 206. colum. 4. in fi. & sequent. lib. 3.*

7 Et quodlibet † grauamen minuit pretium rei, *Ioann. Gerson in tractat. de contract. part. 1. consil 8.* vbi inquit: Sicut tanto pluris valet res, quanto ius & dominium pinguius vberiusque transfertur: ita ex contrario eo minoris valet, quo tenuius infirmiusque transfertur: & ideo quodlibet pactum & grauamen positum in fauorem venditionis, est pars pretii, *vt in l. fundi partem, & ibi gloss. & Doctores, ff. de contrahend. emtion.* & valorem rei venditæ diminuit, vt probatur *in l. si venditor, §. vltim.*

§. *vltim. ff. de seru. exportand.* ibi; *Quoniam hoc ipso minoris homo videatur venisse.* Et ibi notat Bald. text. *in l. penult. ff. de heredit. vel actio. vend.*

Et ita † pactum de retrouendendo facit rem minoris valere, *vt tenent Socin. in d. l. 1. §. si heres, num. 3. & ibi Ias. num. 9. & 10. & Rip. num. 26. ff. ad Treb. Abb in c. ad vestram, num. 9. in fi. de emt. & vend. Tiraq. in lib. 2. de retract. in præfatio. num. 20. Matienc. in l. 1. glos. 2. nu. 26.* vbi in fine communem dicit, quem vide cum plurib. *num. seq.* quia late de hoc agitur *titul. 11. lib. 5. nouæ recop.* 8

Dicta † secunda limitatio non procedit, secundum Guid. de Suz. quem sequitur Bald. *in dicta l. si familiæ*, quando vni omnia bona feudalia & similia adiudicata fuerunt, alteri vero bona libera: nam tunc euictioni locus erit, quia alias magna inæqualitas inter fratres sequeretur: *ita Alcia. in d. l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 37. & respons. 138. Menoch. consil. 87. num. 84. & 85. & 86. lib. 1.* 9

Quorum † doctrina mihi dubia videtur. Nam si (*vt supra num. 7. dictum est*) res habentes grauamina, minori pretio taxantur, ita vt damnum vel commodum ex futuro euentu consequi possit, non est æquum, vt euentus damni attendatur: euentus vero commodi non; Quia dubius euentus facit valere contractum, qui aliter non valeret: vt in eo qui emit iactum retis, *vt in l. si iactum, ff. de contrah. emt.* Et in donatione reciproca inter virum & vxorem, quæ propter dubium euentum sustinetur & valet, *Cyn. Bald. & Salyc. quos refert & sequitur Ias. in l. si pater puellæ, C. de inoffic. testa. de quo late infra c. 12. lib. 4. a num. 10. vsque ad num. 22.* 10

Quia † damnum occursum debet compensari cum vtilitate, quam donator consequi poterat, si euentus aliter cecidisset, *Bald. consil. 404. vol. 3. Tiraq. in l. si vnquam, vbi plures refert in verbo donatione largitus, num. 127. & 128. C. de reuocand. donation. Bursat. consil. 304. num. 4. lib. 3. l. de fideicommisso, & ibi Dd. C. de transact. reg. is qui sentit, de reg. iur. in 6. l. secundum naturam, ff.* 11

de reg. iur. cum vulgar. Frater enim qui bona feudalia in diuisione habuit, non eueniente euictione, quia filios & nepotes masculos reliquit, plus commodi in descendentes transtulit, & maius beneficium in vita sensit, quam alter frater, qui bona libera obtinuit: & possibile est fructus in eius vita, & vnius filii vita collecti ex rebus feudalibus, valorem rerum & bonorum fratris excedere, & sic æqualitas seruata videtur.

12 Tertio limita, quando † eadem res vel fundus inter fratres diuideretur, æqualitate inter eos seruata, quia quilibet æqualem partem habuit: nam tunc vnius parte euicta, non erit euictioni locus: quia in eodem periculo sunt ceteri fratres, & propter mutuum periculum æqualitas inter illos in diuisione fuit seruata: *ita Gul. de Cun. quem sequitur ibi Paul. in d. l. si familiæ, Ayora in tract. partit. 3. part. q. 9. num. 20.*

13 Quando pater † inter filios bona sua diuisit, re ab aliquo eorum euicta, non est locus euictioni: *text. in l. cum pater, §. euictis, ff. de legat. 2. l. 9. tit. 15. part. 6.*

14 Quod † limita, nisi propter rei euictionem filius in legitima grauaretur: Tunc etenim fratres supplementum legitimæ dare tenentur, *l. scimus, & ibi Bald. C. de inoffic. testam. notat Alber in l. heredes, §. nihil, & §. item iuratur, ff. famil. erciscund.*

15 Item † limita, nisi constaret de voluntate patris fuisse, quod inter filios æqualitas seruaretur: *vt tradit Dec. in cons. 349. in secundo dubio.* Vt puta, quia dixit, quod integrum ius quilibet haberet: *ita Alciat. in l. qui Romæ, §. duo fratres, num. 36. versic. quod si ius integrum, ff. de verbor. obligat.*

16 Item † intellige in re per testatorem possessa, secus vero, si non esset ab illo possessa, *secundum Bartol. in d. §. euictis, quem refert & sequitur Greg. in d. l. 9. in verbo, Partiesse el mesmo, tit. 15. p. 6.*

17 Et si aliqua † res alicui coheredum a testatore prælegetur, euictio locũ nõ habet, vt in *d. §. euictis,* probatur, *& ibi Bart. n. 3.*

18 Sed si res legata † euincatur, & quando testator legauit, sciebat alienam esse, eius æstimatio debetur, & locus euictioni

ni erit, *vt in §. non solum, Instit. de legat. l. cum alienam, C. eodem titulo, & ibi Doctores, l. 10. tit. 9 part. 6.* Quando † autem igno- 19
rauit rem alienam esse, eius æstimatio non debetur: neq; euictio locũ habet, *vt in dictis iuribus, & ibi Dd.* Nisi rem alienam esse ignorans, & eam non possidens, coniunctæ personæ, vel piæ caussæ legauit: Nam tunc eius æstimatio debetur, & de euictione agi potest: *vt in dicta l. cum aliena, & ibi Doctores, C. de leg.* idem erit, si amico, quem diligebat, legauerit, *Guill. de Cun. & Alexand. in dicta l. cum alienam, Gregor. Lup. in dict. l. 10. in verbis, de la comprar, tit. 9. part. 6.*

Si vero † rem legatam possidebat, & ignorans alienam esse, cõiunctæ personæ legauit, non est locus euictioni, neq; eius 20
æstimatio debetur. Nam eius possessionis, & quod habebat, legare censetur, *l. si domus, §. si de euictione, ff. de legatis 1. ita sensit Bart. in dict. §. euictis, vers. item aduerte, ad l. 2.* Et videtur probari *in l. Stycho, ff. vsufruct. legat.* quem refert & sequitur Matienc. *in tractat. de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 9. tit. 9. num. 4.* ex quo reprobatur Ayor. *in tract. de partion. 3. part. quæst. 9. numer. 22. in fine, & num. 23. in princ.* vbi tenet in prædicto casu, æstimationem deberi, & de euictione agi posse.

Ad † quod facit, quod tenent Abbas *in capit. filius, num. 4. & ibidem Couarruuias num. 3. de testament. & Alexand. consil. 47. num. 4. libr. 3.* Quod si testator rem, in qua tantum ius pignoris habebat, legauit, non rem ipsam, sed ius pignoris legasse dicitur. Et Baldus *in dicta l. cum alienam, num. 4. C. de legat. & Romanus consil. 38. numer. 5. Alexander consil. 11. num. 17. libr. 3. Ruinus cons. 212. num. 7. lib. 1.* tenent, quod quando testator legauit rem, in qua ius solum in spe consistens habebat, nõ rem, sed ipsam spem tantum legasse præsumitur. Et ideo, si testator sciens in re legata certum ius tantum habere & eam legauerit: in hoc casu, si euincatur pro iure alieno, heres de euictione non tenetur: *ita Bart. in d. l. si domus, §. de euictione, nu. 3. vers. tertiũ membrũ, quod intelligit,* dũ *d. §. de euictione, in fi.* allegat, & 21

l. serui electione, in fine d. tit. ff. de lega. 1. quia testator ius tantum, quod habet, legare videtur, *vt in dictis iuribus.*

22 Et † similiter, quando † testator rem alienam coniunctæ personæ legauit, putans ex aliqua caussa ad eum pertinere, quæ caussa nulla erat: puta, quia suam esse putabat propter venditionem, quam pupillus sine tutoris auctoritate ei fecit, non valet tale legatum, neque euictio locum habet: *ita Bartolus in d. §. de euictione, numer. 3. in fin. & num. 4. post glos. ibi, quam Doctores communiter sequuntur, vt testatur ibi Paul. de Castr. num. 7. vers. item fallit: Et non obstat d. l. cum alienam, secundum Castr. vbi supra, quia d. l. cum alienam,* procedit, quando testator credebat rem suam esse simpliciter & absolute, non vero quando ex aliqua caussa, quæ nulla erat, credebat: idem tenet Ias. *in dict. l. cum alienam, num. 5.*

23 Et idem † erit, quando legauit rem, putans suam esse ex aliqua caussa, quæ eius morte finiebatur, *Bartol. in dict. §. de euictione, Paul. ibi num. 4. Alex. cons. 19, num. 4. lib. 6. Corn. consil. 84. num. 2. lib. 2. Ruin. cons. 45. num. 10. lib. 1. Couarru. in d. c. si filius, num. 4. de testament.* nisi scienter testator talem rem legauerit: *ita Alex. cons. 9. nume. 16. lib. 2. Comens. & Paul. de Castr. in l. quod in rerum, §. 1. ff. de leg. 1. vide Menoch. in tractat. de præsumt. 2. part. præsumt. 118. lib. 4.* vbi late de hoc.

24 Nota, quod † si res fideicommissarias, quæ sub conditione vni ex filiis restituendæ erant, pater inter filios diuiserit, & filius, cui restituendæ sunt, patris hereditatem adierit, dictæ diuisioni a patre factæ stare tenetur, *l. cum a matre, C. de rei vendica. l. ex qua persona, ff. de reg. iur. Ruin. cons. 7. nu. 39. lib. 1.* vbi in-
25 quit, quod † licet alienatio rei subiectæ fideicommisso, facta pendente conditione, per conditionis euentum resoluatur, *vt in l. vltim. §. sin autem, C. communia de legatis,* si tamen fideicommissarius heredi grauato succedit, eam alienationem non potest reuocare: *idem Ruin. consil. 25. num. 11. lib. 2. vbi numer. 10.* dicit, patrem posse alienare rem filii sui heredis, qui

h cre-

heres non potest contrauenire: idem tenent Paris. 34. *in fin. lib. 2. Socin. Iunior cons. 68. num. 12. lib. 4. & cons. 107. num. 56. lib. 3.* qui in specie fideicommissi loquitur, *& Fulgos. cons. 67. Menoch. cons. 87. num. 100. & 101. & 102.*

Nam † testator potest legare rem heredis, *vt in l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de legat. 2 l. 10. tit. 9. part. 6.* vbi Greg. Lup. *in verbo, de aquel in fine.* tenet, quod potest testator de rebus heredis maioriam facere. 26

Et quod res fideicommissarias per patrem diuisas, fideicommissarius heres non possit petere, tenet Roman. *in cons. 18. Ruin. cons. 42. num. 12. lib. 1. & cons. 13. in fin. & cons. 58. numer. 14. lib. 1. Paris cons. 48. colum. 1. volum. 3. Port. cons. 40. num. 7. Crot. cons. 18. num. 12. Roland. cons. 34. num. 71. & 72. vol. 4.*

Quod † intelligi debet, nisi filius fideicommissarius cum beneficio inuentarii patris hereditatem adiuerit, & inuentarium confecerit: Tunc enim dictæ diuisioni stare non tenebitur, nisi in eo, quod vltra legitimam ex patris hereditate receperit; *Baldus in l. qui se patris, versiculo, item quæritur si vasallus, C. vnde liber. Ias. cons. 56. volum. 3. Decius cons. 185. & cons. 395, Guald caut. 8. in tit. de acquir. heredit. Paris. cons. 33. volum. 3 Menoch. in dict. cons. 87. num. 103 Clar. in lib. 4 sententiar. §. feudum, quæst. 40. num. 2.* Vbi de feudo a patre alienato loquitur Baldus & Dec. *in l. si debitori, C. de pactis,* idem Decius *in dict. l. ex qua persona, & in consil. 181. cum sequentib. Barbat. consil. 66. volum. 4. Marian. Socin. Iun. cons. 157. volum. 1. Ioan. Nicol. in l generaliter, in 2. part. num. 28. & sequenti, C. de secund. nupt. text. in l. final. & ibi Doct. C. de iur. delib. l. 8. tit. 6. part. 6.* 27

SVMMARIA.

1 *Dotalia bona inæstimata, immobilia, sunt statim dissoluto matrimonio restituenda, & si culpa mariti perierunt, eorum æstimatio debetur.*

2 *Dotalia bona mobilia inæstimata post annum elapsum dissolu-*

tione matrimonii sunt restituenda; & si sine culpa mariti perierunt & consumta fuerunt, ad nihilum maritus vel eius heres tenetur.

3 *Dotalia bona, quæ pondere, numero vel mensura consistunt semper pereunt periculo viri, & bona eiusdem qualitatis & bonitatis sunt restituenda.*

4 *Valor bonorum dotalium consistentium in pondere, numero vel mensura est attendendus iuxta tempus, quo sunt restituenda, & valor bonorum eiusdem generis mariti est attendendus iuxta tempus contracti matrimonii.*

5 *Dotalia bona, æstimata æstimatione quæ emtionem facit, pereunt periculo viri, & tenetur maritus ad æstimationem, etiam si paratus sit bona restituere, & bona dotalia reddere promiserit.*

6 *Consanguineus potest pro tanto retrahere rem, quæ fuit in dotem data, æstimata æstimatione, quæ emtionem facit.*

7 *Laudemium debetur ex re data in dotem, æstimatione, quæ emtionem facit.*

8 *Dotalia bona pereūt periculo mulieris, quando fuit actum, quod dicta bona, vel eorum æstimationem maritus redderet, si maritus elegerit bona restituere.*

9 *Confessio mariti de dote non numerata, facta in testamento vel codicillis, præsumitur facta animo donandi, si aliter non constet de dotis numeratione, & facta sit confessio in articulo mortis.*

10 *Confessio facta in testamento & vltima voluntate, non habet vim probationis, sed legati.*

11 *Confessio facta a marito in vltima voluntate de certa quantitate dotis, si non constat de numeratione, præsumitur facta animo donandi.*

12 *Confessio mariti de dote recepta, facta in vltima voluntate, non praiudicat creditoribus, neque legitimæ filiorum, etiamsi iurata fuerit.*

13 Con-

13 *Confessio patris de dote recepta, valet quatenus ad quintam partem bonorum, ex quibus funeralia sunt soluenda.*

14 *Confessio facta a marito durante matrimonio inter viuos de dote recepta, non probat nec marito praeiudicat.*

15 *Confessio iurata a marito facta inter viuos de dote recepta, non probat neq; ei praeiudicat, si cõstante matrimonio facta fuerit.*

16 *Confessio a marito facta durante matrimonio inter viuos de dota recepta, ei nocet, si exceptioni non numeratae dotis renuntiauerit, vel sit transactum tempus opponendi dictam exceptionem.*

17 *Confessio a marito facta, matrimonio soluto de dote recepta, praesumetur facta animo donandi & ei nocet.*

18 *Confessio facta a marito de dote recepta praesente vxore, valet tanquam donatio inter virum & vxorem facta quae morte confirmabitur.*

19 *Confessio a marito facta praesente vxore de dote recepta, valet tanquam donatio, quae si excesserit quingentos aureos in quingentis valebit si morte confirmata fuerit, & non fuerit insinuata.*

20 *Confessio facta a marito de dote recepta ei nocet, si promissio dotis confessionem praecesserit.*

21 *Confessio de dote recepta, a marito facta in casibus, in quibus ei nocet, non praeiudicat creditoribus neque legitimae filiorum, si in eorum fraudem facta fuerit, quae fraus coniecturis & indiciis probatur.*

22 *Confessio de dote recepta a marito facta, quando anterioribus vel futuris creditoribus noceat? num. 22. remissiue.*

23 *Confessio a patre facta in testamento de dote recepta a prima vxore, an noceat filiis secundi matrimonii, & prosit filiis primi matrimonii? num. 23. remissiue.*

24 *Mulier soluto matrimonio potest retinere bona mobilia & immobilia mariti, donec dos soluatur, maxime si bona mariti sint vacantia.*

25 *Mulier potest insistere bonis mariti pro legatis sibi factis a marito.*

26 *Creditor habens rem hypothecatam, potest illam, si vacans sit, propria auctoritate pro sui iuris conseruatione apprehendere & retinere.*

27 *Mulier post mortem viri potest mutare sibi caussam possessionis, si alius non erat prius in possessione.*

28 *Mulier in dubio post mortem viri præsumitur mutasse sibi caussam possessionis pro iuris dotis conseruatione, & potest contra heredes mariti agere, si dicta possessione illam spoliassent, numer. 28. cum sequentib. vsque ad num. 37.*

29 *Mutatio voluntatis non præsumitur.*

30 *Animus in mente retentus nihil operatur.*

31 *Præsumitur quilibet possidere pro eo iure, quod ei sit vtilius.*

32 *Actus generaliter est interpretandus, vt vtilior sit geranti.*

33 *Caussa, quæ prodest attenditur, quando concurrit cum caussa, quæ nocet.*

34 *Filius remanens in bonis paternis pro dote matris obligatis, non videtur patris hereditatem adire.*

35 *Præsumitur quis actum facere velle eo modo, quo sibi vtilior sit.*

36 *Mulier heres a marito instituta, insistendo & vtendo rebus viri, non censetur eius hereditatem adire, sed iure pignoris pro dote & suis iuribus retinere.*

37 *Oblatio facta ab heredibus viri de dote soluenda, nihil prodest, nisi solutio realis fiat.*

38 *Mulier potest compelli vt dotem sibi debitam recipiat in bonis mariti, si alia bona heredes mariti non habuerint.*

39 *Mulier, soluto matrimonio potest petere ab heredibus mariti pretium rerum dotalium, quas maritus cum eius consensu alienauit, nisi ipsa de licentia viri alienauit & pretium recepit.*

40 *Mulier, quæ consensit cum iuramento fundi dotalis alienationi, quam maritus fecit, non potest absolutione obtenta a iuramento, soluto matrimonio fundum petere.*

41 Mu-

41 *Mulier, soluto matrimonio, absolutione obtenta a iuramento, potest petere fundum dotalem, quem maritus de consensu vxoris iuramento confirmato alienauit, si quando maritus alienauit, non erat soluendo.*

42 *Metus reuerentialis, etiam non probatis minis, concurrente enormissima lesione est sufficiens ad recisionem contractus.*

43 *Mulier, quæ cum iuramento renuntiauit iuri hypothecæ, tenetur iuramentum seruare, etiam si enormiter læsa fuerit, & tempore renuntiationis maritus non fuerit soluendo. Alii contrarium tenent.*

CAPVT IX.

Qualiter dos numerata vel confessata in diuisione soluenda sit.

MAtrimonio soluto, bona dotalia inæstimata, si immobi- 1
lia fuerint & exstent, statim mulieri vel eius heredibus restitui & tradi debent. Idem erit, si culpa perierũt: nam tunc eorum æstimationem maritus & eius heredes soluere tenentur: *vt in l. vnica, §. exactio, C. de rei vxor. action. ibi Cyn. & Alberic. l. 31. & ibi Greg. Lup. in ver. que sea rayz, tit. 11. part. 4. vbi vide Greg. in verbo, vn anno.* Quod si † dicta bona dotalia inæstima- 2
ta sine culpa viri diminuta & consumta fuere & perierunt, damnum ad mulierem, & non ad maritum pertinet, *vt in dictis iuribus*: Bona vero mobilia & se mouentia, & quæ numero, pondere vel mensura non consistunt, post annum soluti matrimonii soluenda & tradenda sunt: & si peremta sine culpa viri fuerint, maritus & eius heredes ad nihilum tenentur, quia periculo mulieris perierunt, *vt in dictis iuribus*. Et † bona 3
dotalia mobilia, quæ in numero, pondere vel mensura consistunt, quia in suo genere functionem recipiunt, periculo mariti semper pereunt, & tot alia bona eiusdem qualitatis & bonitatis soluere debet, *vt in l. res in dotem, ff. de iure dot. l. 21. tit. 11. part. 4.* Et valor dictarum rerum attendendus est post diuortium, quando soluenda sunt: quod non est seruandum erga

maritum, respectu dictorum bonorum, quæ pondere numero vel mensura consistunt, quæ maritus habebat, quando matrimonium fuit contractum, quia valor eorum, qui currebat tempore contracti matrimonii, considerandus est: nam
4 mulier † ad periculum bonorum mariti non tenetur. Et è contra, maritus, ratione bonorum mulieris, tenetur & obligatus remansit ad tot bona eiusdem qualitatis & bonitatis reddenda, *d. l. res in dotem, ff. de iur. dot. & d. l. 21. in fin. titul. 11. part. 4. Ayora in tract. part. 1. part. cap. 8. num. 9. & 10.*
5 Sed si † dicta bona dotalia, quæ non consistunt in numero, pondere vel mensura æstimata, marito tradita fuere, quia in dubio æstimatio venditionem facit, periculo mariti pereunt; *vt in l. cum dotem, C. de iur. dot. l. plerunque, §. sed si ante, ff. de iur. dot.* Et semper maritus ad soluendam eorum æstimationem tenetur, *vt in l. quoties, C. de iure dot. & ibi Bald. glos. in l. si inter virum, C. eod. tit. l. 18. tit. 11. part. 4.* Quod procedit, etiamsi maritus dotem reddere promisit, & paratus sit dicta bona in eadem bonitate restituere, *Bald. in d. l. quoties, Greg.*
6 *in dict. l. 18 in verb. De suso es dicho.* Inde † est, quod consanguineus potest rem æstimatam in dotem datam, pro tanto retrahere, *vt tenent Matth. de Afflict. in tract. protomis. § 3 num. 7. Tiraq. in lib. 1. de retract. § 1. glos. 14. num. 108. & sequentib. Matienc. in l. 7. glos. 7. num. 16 & 18 lib. 5. titul. 11. noua collect. Reg.* Et
7 laudemium † ex tali dote æstimata debetur. Quam testatur communem opinionem esse Tiraquel. *in dict. lib. 1. de retract. § 1. glos. 14. num. 108. Matienc. vbi supra, multos referens, num. 17.*
8 Cum † vero dicta bona dotalia æstimata fuerunt, ea addita conditione, quod maritus eadem bona, vel eorum æstimationem, si hoc elegerit, reddere debeat, periculo mulieris pereunt, si maritus eadem bona reddere maluerit, Idem erit, si æstimatio simpliciter facta sit, vt si dictum sit, quod bona vel eorum æstimationem reddat, *vt in dict. l. plerunque, § fin. ff. de iur. dot. l. quod si fundus, ff. de fund. dotal. dict. l. 18. in fin. titul.*

tul. 11. part. 4. casus in quibus æstimatio rerum dotalium non facit emtionem, ponit Couar. *in c. 28. pract. quæstion.* Et qualiter intra annum dilationis dotis restituendæ sint præstanda mulieri alimenta, vide Matienc. *in l. 3. glos. 2. num. 19. cum sequent. titul. 1. lib. 3. recop.*

Quando † non constat de numeratione dotis, nisi per 9
confessionem mariti, in testamento vel codicillis factam, talis confessio non habet vim probationis, & animo donandi facta præsumitur, *argument. text. in l. qui testamentum, ff. de probation. & in l. cum quis decedens, §. Titia, in fin. ff. de leg. 3. Bartol. in d. §. Titia, in fin. Roman. in cons. 445. num. 9 Paul. de Castr. in consil 383. circa primum, col. 3. lib. 1. Alexand. in cons. 142. num. 4. libr. 5. Idem in l. si diuortio, num. 5. ff. de verbor. obligation. Paris. consil. 62. in fin. libr. 1. Socin. in l. 1. num. 99. ff. sol. matrimon.* Quam dicit communem Menoch. *in præsumt. 12. numer. 49 libr. 3. præsumtion. vbi numer. 50.* intelligit, quando confessio est facta a testatore in extremis laborante. Magis communem testatur Bursat. *consil. 32. num. 4, libr. 1.* Et pro † dicta communi opinione 10
facit, quod confessio in testamento & vltima voluntate facta, non habet vim probationis, sed vim legati. Bartol. *in dict. l. cum quis, §. codicillis, ff. de legat. 3. Bald. in l. non solum, §. si liberationis, ff. de liber. legat. Alexand. consil. 45. numer. 4. volum. 1. Felin. in cap. si cautio, numer. 21. de fid. instrum. Hippolyt. de Mars. in rubr. de prob. num. 98 communem dicit Alexand. in cons. 153. col. fin. volum. 2.* quam etiam magis communem testatur Aretin. *cons. 64. column. pen. Roland. a Vall. alios referens in quæst. statut. de lucrand. dot. quæst. 80. num. 6. Alexand. cons. 45. num. 4. lib. 1 facit text. in l. si creditorem, & in l. legaui, ff. de liber. legat. & in l. 19. tit. 9. part. 6.* Et quæ † dicta sunt de dote confessata in vltima volun- 11
tate locum habent, quando de certa quantitate confessio facta est: *vt in l. pen. & fin. C. de dot. præleg. §. sed si vxori, Instit. de legat. vide Bursat. in dict. consil. 32. numer. 4. & numer. 32. cum sequent. libr. 1.*

12 Et † quatenus creditoribus, & legitimæ filiorum non præiudicat, nam in eorum præiudicium nihil valet, etiam si iurata fuerit, *vt in d. l. qui testamentum, & ibi Doctor. ff. de probation. Bald. in l. Deo nobis, colum. 2. vers. Quinto notando, C. de Episc. & Cleric. & in l. vlt. col. 2. vers. in hac lege, C. de sponsalib. Abb. in c. fi. col. 3. vers. quinto præsumitur, de alien. iudi. mutan. caus. fact. Socin. cons. 90. in princip. In caussa magnifici, col. 4. lib. 3.* Hanc communem dicit & sequendam Corn. *in cons. 230. incip. Prima facie, lib. 1. Spec. & Ioannes And. in additio. illius titul. de confess. §. nunc videndum, Ant. in cap. 1. columm. 2. & ibi Abb. col. fin. de re iud. Tiraq. in tit. de retractu linag. glos. 18. num. 80.* qui in nostris terminis, de confessione patris loquitur. Idem Tiraq. *in tract. de vtroque retract. fol. 284. num. 78. verb. Le pris que la chose. §. 1. glos. 18. Bart. in d. l. cum quis descendens, §. codicillis, columm. 1. ff. de legatis 3.*

13 Ex † quibus sequitur, quod dicta confessio non valebit in præiudicium filiorum, nisi quatenus tangit quintum bonorum, & non vltra: ex quo deducenda sunt funeralia, & cetera legata, *vt in l. 30. Tauri.*

14 Cum autem † dicta confessio facta fuit a marito inter viuos, matrimonio constante, est communis opinio Doctorum, quod non probat nec marito præiudicat: *glos. ibi communiter approbata per Bald. Cyn. & alios Dd. in l. assiduis, §. cum vero data, C. qui pot. in pig. hab. Bald. in l. 1. colum. pen. vers. item in quæstione, vbi Ang. colum. fin. & Alex. col. 8. cum sequent. ff. solut. matr.*

15 *Socin. in rub. ff. sol. matr.* † *Bald. Nouell. in tract. de dot. in parte 8. priuileg. 13. Roma. cons. 445. incip. Consultatio in vltimo dubio, Abb. cons. 73. colum. 3. vers. præterea, lib. 2.* Quod procedit, etiam si talis confessio iurata fuisset. *Ita Bart. in l. Aurelius, §. Caio, ff. de libera. leg. Petrus & Cyn. in l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Ioan. Andr. in addition. ad Specul. in rubr. de donation. inter vir. & vxor. Paris. cons. 62. num. 6. cum sequent. lib. 1. Crauet. cons. 81. num. 3. Gozadi. cons. 28. num. 27. Grat. respons. 54. num. 35. & resp. 55. num 42. lib. 1.*

Screth.

Seraphin. de Serap. in tractat. de priuileg. iuram. priuil. 21. n. 19. Rui. consil. 137. num. 3. lib. 4. Curt. Iun. in consil. 91. num. 4. Rube. in cons. 116. in fin. & in cons. 119. Couarr. in cap. 7. num. 3. lib. 1. variar. resol. Menoch. in præsumt. 12. num. 43. & 44. & 45. & 46. vbi de iuramento confirmatorio & assertorio loquitur.

Quod † verum est, nisi exceptione non numeratæ pecuniæ renuntiatum sit, vel tempus opponendi dictam exceptionem sit transactum: *Ita Bartol. Alber. Salycet. & ceteri Doctores in d. l. assiduis, C. qui potior. in pign. hab. Bald. cons. 352. volum. 3. n. 3. Cuntan. in cons. 31. incip. Testator*, vbi dicit, hanc esse communem opinionem: quem sequitur Tiraq. alios multos referens *in tract. de vtroque retract. titul. de retract. ligna. §. 1. gloss. 10. fol. 129. numer. 88. Menoch. in dict. præsumtion. 12. numer. 17. & 19.* 16

Item † nisi dicta confessio facta sit, soluto matrimonio, 17
quia tunc liberali caussa & animo donandi a marito facta præsumitur, & illi nocet. *Ita Baldus in consil. 349. in princip. volumine 3.* Vel † facta fuerit, matrimonio constante, vxore præsente: nam tunc quoque probat, saltem, vt præsuma- 18
tur animo donandi facta, & iudicabitur, ac si in actu inter viuos facta fuisset. *Ita Alexand. in consil. 45. numer. 5. & 6. volum. 1.* vbi dicit, hanc esse communem opinionem, Bald. *consil. 381. num. 1. vol. 5. Bartholom. Socin. cons. 62. numer. 2. volum. 1.* Et si † dicta confessio insinuata non fuerit, morte non confirmabitur, si quingentos aureos excesserit. Nam licet donatio 19
excedens quingentos aureos, in quingentis valeat, quamuis non insinuetur, *vt in l. si quis argentum, C. de donation.* Et licet donatio inter virum & vxorem, morte confirmetur, *vt in l. 2. & ibi gloss. & Doctor. C. de dot. caution. non numerat.* Attamen, quando vltra quingentos aureos facta fuerit, non confirmabitur infra quingentos, morte mariti. *Ita Salycet. in l. donationes quas parentes, C. de donation. inter vir. & vxor. Socin. in d. l. 1. numer. 97. ff. solut. matrimon. Ias. cons. 32. in fin. lib. 3. Menoch. in dict.*

præsumt.12.num.39.& 40.lib.3.præsumt. Sed quod valet in quingentos, est magis communis opinio. *Ita Clar.in libr.4.sententiarum, §.donatio, num.3.*

20 Vel nisi † concessionem mariti dotis promissio præcesserit: nam tunc talis confessio subsequuta, marito præiudicat, text. *in l.in contractib. vers. illis tamen securitatibus, C.de non numer.pecun.& ibi Cyn.Roman.in l.si constante, numer.44.vers.item in quantum, ff.soluto matrimon. Paul. de Castro, in l.1. in fin. versic. quartus est, ff.soluto matrim. Rip. in l.fœmina, in 18. quæstion. versic. quod sane intelligendum est, C. de secund. nupt. Aretin. in §. fuerat, numer.14. Instiut.de action. Bald. Nouell.in l.1.numer.148. ff.soluto matrimon. Romanus consil.445.post numer.8.Paul.de Cast. consil.384.num.3.vol.2. Ruin.consil.183.post numer.5.volumin.1 & cons.136.numer.7. volumin.4. Guid. Pap. cons.204.num.1.Grammatic.cons.ciuil.116. vers. secundo respondetur, Couar.in capit.7.numer. 6.lib.1. variarum resolut.* vbi communem dicit Menoch. multos referens *in dict. præsumtion.12.num.32. libro 3.præsumtion.*

21 Aduertendum † est, quod si dicta confessio facta fuerit in fraudem creditorum & legitimæ filiorum, nihil probat: quæ fraus argui potest ex qualitate personarum, vel ex quantitate pecuniæ confessatæ, vel ex aliis circumstantiis & coniecturis, quibus dolus probatur, *l.dolum, C.de dol. Mascard. conclus.362. nu.1. Tiraq. in tract.de vtroque retract. tit.de retract. lign. §.1. glos.16. fol.129. numer.88. & in tractat. caussa cessant. in princ. primæ part. num.238.*

22 Et † an talis confessio præiudicet anterioribus creditoribus, vel futuris, & quando & quomodo, late tractant Couarr. *in cap.7. lib.1. var. Mascard. conclus.362. num.8. lib.1. de probation.*

23 *Menoch. præsumt.12. libr.3. de præsumt.* Et † an confessio a patre facta in testamento de dote recepta a prima vxore, valeat in fauorem filii primi matrimonii, & præiudicet filiis secundi matrimonii? vide Bald. *in cons.168. num.2. lib.3.*

24 Nota, quod † mulier donec sibi dos soluatur, potest bona

etiam

etiam immobilia mariti retinere, & proprio iure in illis inſiſtere, maxime antequam hereditas adeatur, & bona hereditaria ab heredibus poſſideantur. Ita tenet Iaſ. *in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condict. indebit. Deci. in conſil. 232. numer. 2. & in conſil. 243. num. 4. Boer. deciſ. 44. numer. 36. in fin.* Late † Roland. a Valle, *in conſil. 77. num. 36. cum ſequent. volum. 1* vbi ait: mulierem in dictis bonis inſiſtere poſſe, etiam pro legatis a marito illi factis: per notata *in l. nō dubium, C. de legat.* Ad quod confert † communis opinio, de qua teſtatur Alexan. *in l.* ✓ *C. de repud. hered per gloſ. in l. fin. C. vnde vi.* Quod venditor habens rem hypothecatam, poteſt illam, ſi vacans ſit, propria auctoritate pro ſui iuris conſeruatione apprehendere & inuadere. Idem tenet Syluan. *conſ. 3. numer. 88. volum 1.* Quem refert † & ſequitur Burſat. *in conſil. 8. num. 15. vol. 1.* vbi *in verſ. inſuper vxor*, tenet, quod vxor poteſt poſt mortem viri, ſi alius prius non erat in poſſeſſione mutare ſibi cauſſam poſſeſſionis, ſecundum Bald. *in l. penult. C. de pignor. & in l. filiofamilias, in princip. vbi Bart. & Doctores, ff. ſol. matrimon.* Et † quod in dubio cauſſa poſſeſſionis mutata præſumitur, etiamſi nihil declaret, cum, quod iure familiaritatis poſſidebat, nunc ob ius dotis ſibi competens illud retinere cenſeatur, & ſic ad reſtitutionem contra heredes mariti agere poteſt, ſi dicta poſſeſſione illam ſpoliaſſent: ſecundum Achil. *deciſion. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* & Paleot. Cardina. *ſua deciſion. 422.* vbi inquit, ſic per Dominos de Rota iudicatum fuiſſe. Idem Burſat. *in conſil. 9. numer. 3. vſque ad numer. 10.* Sed quod mulier teneatur animum declarare, & ſic quod ratione dotis & paraphernalium poſſideat tenent Curtius Iun. *in conſ. 168. & conſil. 110. numer. 22. in fin. Socin. conſil. 131. Deci. conſ. 232. & conſil. 400. & in l. dotis, C. de collat. Alt. in tract. de præſumt. 2. regul. præſumt. 23 Roland. a Vall. in d. conſ. 77. num. 29. cum ſequent. libr. 1.* Quia mutatio † voluntatis non præſumitur, *vt in l. eum qui, ff. de probation.* Et animus in mente retentus nihil operatur,

25 26 27 28 29

30 *l. si repetendi, C. de condict. ob caus.* Mihi † vero dicta opinio Bur-
sat. & Doctor. quos vbi supra refert, verior videtur, & sic in
caussa ardua iudicatum per iudices Audient. Cauarens. Re-
31 ga. vidi. Nam † quilibet præsumitur possidere pro eo iure,
quod vtilius ei sit; & ita quando concurrit duplex caussa possi-
dendi, tunc ex vtiliori iudicandum est quenquam possidere:
ex text. *in l. si paterna, & ibi Paul. & Bald. C. de repudianda hered.*
Alexand. in l. 2. C. quod met. causs. & in cons. 32. volum. 3. & con-
32 *sil. 8. d. volu. 3.* Et † generaliter in dubio interpretandus est a-
ctus, vt vtilior sit gerenti, Aym. Crauet. *cons. 106. & cons. 32.* Et
est communis resolutio, secundum Socin. *in l. possideri, §. si ex*
33 *pluribus, ff. de acquir. possess.* Et † quando caussa, quæ prodest,
concurrit cum caussa, quæ nocet, quæ prodest, attenditur, *l. 2.*
34 *§. si a pupillo, ff. de vsuc. pro emt.* Et ideo † filius, qui remansit in
domo, vel alia re paterna, quæ specialiter vel generaliter pro
dote materna erat obligata, non videtur hereditatem patris
adire, sed iure pignoris insistere, ita Dd. *in l. 1. C. de repud. here-*
dit. Bartol. in l. gerit, & l. pro herede, ff. de acquir. hered. Deci. in con-
sil. 491. num. 2. & Grat. in cons. 146. num. 10. cum sequen. lib. 2. & in
cons. 63. num. 12. & cons. 140. num. 8. & 9. lib. 2. Marant. in repet. l.
is potest, num. 58. vers. Prædicta tamen, vbi communem dicit
Afflict. *in decis. 372. num. 1.* Facit text. *in l. an vitium, §. ex facto,*
ff. de diuers. & tempor. præscript. l. debitor, in princip. ff. ad Trebell. l.
35 *ex sextante, §. Latinus, ff. de except. rei iudicat.* Nam † quis præsu-
mitur actum facere velle eo modo, qui sibi vtilior est, *l. 1. ff. so-*
36 *lut. matrimon. l. 3. & ibi Bartol. ff. de milit. testament.* Et † similiter
si mulier heres a marito instituta sit, in colendo domum viri,
& aliis rebus viri vtendo, non censetur adire, sed potius iure
pignoris ea retinere pro iuribus & dotibus suis; *Ita Marant. in*
dict. l. is potest, num. 58. in fin. Corn. in cons. 147. column. 1. volum. 1.
& cons. 321. colum. 2. volum. 1. Mascard. in concl. 45. num. 37. vol....
de probation. Roland. in dict. cons. 77. num. 34. vol. 1. Et ideo te-
nendum est cum Bursat. & ceteris ab eo relatis, quod mulier
possi-

possidens bona mariti, præsumitur in dubio pro dote & iuribus suis possidere, & caussam possessionis iuris familiaritatis mutasse. Aduerte, quod † Bursat. *in dict. consil. 9. num. 10. cum* 37
sequent. tenet, quod non satisfacient heredes cum oblatione soluendi dotem de bonis ab vxore possessis, & retentis pro dotis & crediti securitate, nisi cum effectu, & integre de dote, & creditis satisfiat, *secundum Iason. in dict. § si non sortem, in fin. numer. 10. Bald. Nouel. in tract. de dot. 5. part. princ. primo priuileg. num. 8. in fin.* Quia oblatio, seu declaratio verbalis velle soluere non sufficit, *vt per Neguz. in. in tract. de pignor. 5. par. 31. memb. num. 97. & 113. cum sequent. Gabr. in suis conclusionib. lib. 3. de solut. conclus. 8.*

Quod † videtur intelligendum, nisi heredes non haberent alia bona, de quibus soluere possent, nisi tantum hereditaria. Tunc enim de dictis bonis a muliere possessis ei solui debet, *iuxta authent. hoc nisi debitor, & ibi Doctores, C. de solution. & l. 2. in princ. & ibi Gregor. tit. 14. part. 5. Roland. a Vall. in tract. de inuent. 4. part. quæst. 24.* 38

Notandum est, quod † licet mulier, constante matrimonio, consenserit alienationi, quam maritus eius de rebus dotalibus non æstimatis fecit, nihilominus est soluenda mulieri æstimatio dictarum rerum sic alienatarum, quod etiam procedit, quando mulier simul cum marito alienauit, nisi ipsa sola de licentia mariti alienauerit, & pretium receperit, *secundum Ioan. de Imola in cap. cum contingat, num. 26. de iureiurand. Afflict. decis. Neap. 209. Ioan. Gutier. in tractat. de iuram. confirmat. 1. part. cap. 1. num. 14. vbi alios refert, l. iubemus, & ibi D.d. C. ad Velleian.* 39

Dubium † est, an quando maritus alienauit fundum dotalem, cuius alienationi mulier cum iuramento consensit, possit dicta mulier, soluto matrimonio, contra dictam alienationem venire, obtenta prius absolutione a iuramento? Et Innoc. quem referendo videtur sequi Ioan. Andr. *in cap. cum* 40

contingat, *de iureiurand.* tenet posse. Quem sequitur Petr. de Anchar. *in capit. 2. de pact. in 6.* Contra quos est communis opinio Doctorum *in d. cap. cum contingat*, per illum textum, cuius verba debent cum effectu intelligi, *vt in l. 3. §. dotem, ff. ne quis eum, qui in ius vocatus est vi exim. cap. relatum, de cleric. non resid.* & quia potest seruari sine interitu salutis æternæ. *Ita tenet Imol. in d. c. cum contingat, col. 7. & ibi Abb. & in cons. 72. incip. Et in hac caussa, & Ant. de Butr. in d. c. cum contingat.* quia *in d. c. cum contingat*, est illa dictio, omnino, quæ est præcisa, *vt est glos. in c. si a subdelegato, & in c. fin. de offic. de leg. in 6. & in l. 1. § si pecuniam, ff. si certum petat.*

41 Quod † sine dubio locum habet, si quando mulier consensit alienationi, maritus habebat alia bona, quibus possit mulieri, quæ cum iuramento consensit, satisfacere tempore alienationis: & quando mulier pro dote agere potest. Nam si dd. temporibus non possit satisfacere, neq; soluendo sit maritus, & mulier enormiter in fundi alienatione læsa fuit, tenendum est dictum Innoc. *vbi supra* locum habere: & sic, quod mulier, obtenta absolutione a iuramento, poterit bona dotalia cum eius consensu iurato alienata petere, secundum gl. & Dd. *in auth. contra mulier, C. ad Vell.* & est casus notab. *in auth. vt immobil. antenup. § si agitur, & tradit Ioan. Lup. in rub. de don. inter vir. & vxor. §. 17. col 8. vers. intellige tamen, & vers. quod autem.* Quia tunc mulier enormiter læsa manet, & ei succurrendum est: *vt tenet Ant. in d. c. cum contingat, & Petr. de Anch. in d. c. 2 de iureiur. & in c. accessorium, de reg. iur. Fed. de Sen. in cons. 199.*

42 Et † quia cum dicta enormissima læsione, metus reuerentialis mariti concurrit, qui in prædicto casu, etiam non probatis minis, sufficiens est ad recisionem contractus faciendam. *Ita Alc. in d. c. cum contingat, n. 2. & 8. Ioan. Gut. in auth. sacram. puber. nu. 93 & 94. Cou. in 4. de spons. 2. p. c. 3. § 6. nu. 4. Idem Cou. in c. quamuis pactum, 6. p. § 4. n. 7. Alban. cons. 77. nu. 21.* vbi communem dicit. De communi etiam testatur Soc. *in cons. 263. col. 1.*

n.

n.2. & 4. vers. ad præmissa respondetur, vol.2. Vide alios Dd. quos retuli. Contra † quod facere videtur, quod scribit Paul. 43
de Castr. *in cons. 8. vol.2.* vbi dicit quod mulier renuntians iuri hypothecæ cum iuramento, etiamsi non supersint alia bona, & sic enormiter lædatur, tenetur iuramentum seruare, per *d c. cum contingat, de iureiur.* Idem quod Paul. tenet Alex. *in additio. ad Bart. in l. iubemus, C. ad Vellei & in l. Mauia, §. fin ff. sol. matr. & in cons. 83. n.7. vol.6. Bald. in l. etiam, C. ad Vellei. Crot. in l. si constante, n. 107. ff. sol. matr. Matth. de Afflict. decis. 311. col.2.* vbi inquit *glo. in auth. si qua mulier,* aliter tenentem communiter reprobari. *Campeg. in tract. dot. in tit. de pact. dot. vers. decimo tertio quæro, Bursat. cons. 56. nu.15. vol.1.* Vbi magis communem dicit Rol *cons. 70. n. 20. & 25. lib.2.* Videndus est Anton. Thes Fosan. *decis. Pedem. decis. 223. n.9. cum seqq.* vbi *num. 17.* refert idem, quod in superiori casu fuisse iudicatum per Senatum in renuntiatione hypothecæ, a muliere cum iuramento facta, si indotata ex tali renuntiatione remaneret, saltem in dimidia parte dotis, vel plus. Vide Seraph. *de priuileg. iuramen. cap 95. & cap. 76. num. 12.*

SVMMARIA.

1 *Actiones vtiles partis hereditatis venditæ transeunt ipso iure in emtorem, & illi pars vendita est adiudicanda.*

2 *Retractus ius habet locum in parte hereditatis vendita, si bona immobilia sint in hereditate.*

3 *Retractus ius habet locum in re communi mobili vendita, secundum l Part.*

4 *Retractus ius an habeat locum in iuribus & actionibus partis hereditatis venditis, cum rebus mobilibus, vel se mouentibus si nulla bona immobilia sint in hereditate? num. 4. cum seqq. vsque ad num. 8.*

5 *Nomen, Res, est verbum generale, quod comprehendit omnes res, & iura, & actiones.*

6 *Retractui est locus in commoditate vsusfructus vendita.*

7 *Retractui non est locus in iuribus, & actionibus hereditariis venditis, si coheres retrahere vellet.*

8 *Retractui est locus in iure census perpetui venditi.*

9 *Pars hereditatis pertinens ad coheredem indignum, quia testatorem testari prohibuit, est fisco adiudicanda in diuisione.*

10 *Fiscus succedit ad instar heredis extranei in bonis, quæ ad eum transeunt.*

11 *Omnia iura heredum, vt ius dicendi nullum testamentum, & agendi ad supplementum legitimæ, & petendi restitutionem in integrum, & omnia iura transmissibilia ad heredem extraneum, transeunt in fiscum per bonorum publicationem.*

12 *Qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.*

13 *Transmissio ex potentia suitatis, fit in fiscum.*

14 *Compellentes aliquem testari, efficiuntur indigni.*

15 *Pœna a iure imposita non vlciscentibus mortem defuncti, de consuetudine non imponitur, quia ab aula recessit.*

CAPVT X.

Emtori partis hereditatis quid sit in diuisione adiudicandum, & an in illa sit locus retractu?

1 SI pars hereditatis vendita fuerit in iudicio familiæ erciscundæ, emtori adiudicanda est: nam in dictum emtorem actiones vtiles, tam actiue quam passiue transeunt, *vt in toto titulo, C. & ff. de hered. vel act. vend.*

2 Et † coheredes possunt, si volunt, dictam partem hereditatis venditam pro tanto retrahere, si in dicta hereditate sint bona immobilia, quia magis dignum trahit ad se minus dignum: de quo late Tiraq. *in libr. 1. titul. de retract. §. 1. glos. 1. num. 82. & Matienc. in l. 7. glos. 1. num. 48. tit. 11. libr. 5. nou. collect. Reg.* Quod expresse videtur probari *in l. 71. & 75. Taur.* quarum prima est *in recop. l. 10. tit. 11. lib. 5.* altera *l. 13 & 14. in d. reco. lib. 5.* quibus probatur, quod ratione communionis datur ius retractus.

tractus. Idem † videtur dicendum, etiamsi non sint in hereditate, nisi tantum res mobiles, vt *in l. 55. tit. 5. p. 5. & ibi Gregor. Lop. in glos. mag. col 3.* Idem in re communi immobili vendita. Tenet Alborn. *libro 3. de arte de los contractos, tit. 3. de retract. fol. 170. col. 4. vers. La segunda. Matien in l. 13 gloss. 2. num 3. titul. 11. libr. 5. nou. Recop. Reg. Ioann. Gutier. in q. 65. lib. 2. quæst. super Recop. Azened. in l. 13. & 14. num. 7. dict. tit. 11. lib 5. nouæ collect.* Et licet dubitent, an in suo casu seruetur in practica, in casu nostro de parte hereditatis vẽdita, in practica seruari vidi, rebus immobilibus † in hereditate exsistentibus. Sed dubium est, an idem locum habeat in iuribus & actionibus hereditatis venditis cum rebus mobilibus, vel se mouentibus, nullis aliis bonis in hereditate exsistentibus? Et videtur idem dicendum, nam dict. *l. fin. 5. part. & l. 75. Taur.* dicunt: *Alguna cosa comun*, & nomen, *Res*, est verbum generale quod † comprehendit res omnes, & iura, & actiones, *vt in l. rei appellatione. ff. de verb. sig.* Greg. *in glos. 2. in fin. in dict. l. 5. tit. 5. part. 5.* tenet quod habet locum retractus in iuribus & actionibus venditis: quam sequitur Matienc. *in d. l. 13. & 14. gloss. 3. nu. 3.* vbi etiam tenet, quod in commoditate vsus fructus vẽdita, est locus retractui, ratione communionis. Quibus † non obstantibus, in casu proposito de iuribus & actionibus hereditatis, mihi videtur non habere locum ius retractus, per text. *in l. ea quæ, C. familiæ ercisc.* Vbi probatur, quod ea, quæ sunt in nominibus, in hereditate non recipiunt diuisionem: quia per legem duodecim tabularum diuisa sunt. Ergo, si sunt diuisa, non datur communio, quæ sit caussa retractus. Quod non procedit in iure censũs perpetui, & q̃a pro re immobili reputatur, & ideo in † illo vendito datur ius retractus. *Tiraq. lib. 1. de retract. §. 21. glos. vnic. nu. 3. & 4.* Idem Tiraq. *in §. 1. gloss. 3. n. 1. Palat. Rub. in l. 70. Taur. nu. 22. Castell. in l. 74. Taur. in glos. mag. in verb. Parte en ella. Matienc. qui alios refert in l. 7. glos. 1. numer. 4. cum seqq. & in l. 13. num. 2. tit. 11. lib. 5. nou. Recop. Regni.*

3 4 5 6 7 8

9 Et quod † dictum est in principio de parte hereditatis vendita, circa eius diuisionem seruandum est, quando aliquis ex heredibus accusatus & condemnatus fuerit, tanquam indignus, quia consanguineum prohibuit testari, nam aufertur ei pars hereditatis, & applicatur fisco, *vt in titul. si quis aliqu. testari prohibuerit, C. & ff.* Quæ pœna etiam procedit in filio prohibente patrem testari, *vt tenent Paulus, Baldus, Salycet. in l. testamenti, C. de inofficios. testament. Socin. Sen. consil. 105. volum. 3. Corn. consil. 110. volum. 4. Grat. resp. 21. text. in l. 27. in fin. titul. 1. parti. 6. & ibi Gregor. in verb. Los chicos.* Atque ita pars filii heredis indigni adiudicabitur fisco, & non fratribus coheredibus,
10 *vt in dictis iuribus:* quia fiscus † succedit ad instar heredis extranei in bonis, quæ ad eum transeunt, gloss. per text. *in l. non intelligitur, §. cum est caussa, & ibi Bart. ff. de iur. fisc. l. si marito, in princip. ff. sol. matr. l. cum pijssim. ff. ad Senatusconsult. Syllanian. Socin. Iun. consil. 34. colum. 2. vol. 3. Ruin. cons. 24. numer. 12. Rom. cons. 73. circa princip. Crauet. consil. 263. numer. 7.* & ita transeunt. Et ita actiones heredis indigni condemnati, tam actiue, quam passiue, transeunt in fiscum, tanquam in proprium successorem, *vt in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi public. l. si ademti, C. de sent. pass. l. si vt proponis, C. de bon. damn. notat. Paul. de Castr. cons. 441. numer. 5. volum. 1. Aretin. in l. si quis mihi bona, §. si seruus, ff. de acquirenda hered.*
11 Et omnia † iura ad acquirendum, quæ in extraneum heredem indigne transirent, ad fiscum per publicationem similiter transeunt: exemplum est de contractibus in §. *ex conditionali, Instit. de verbor. obligat.* Item in iure deliberandi, *l. cum antiquioribus, C. de iure deliber.* Item in iure dicendi nullum testamentum, & in iure agendi ad supplementum legitimæ, & in iure petendi restitutionem in integrum, & omnia iura transmissibilia ad heredem extraneum, vt dictum est,
12 transeunt in fiscum. Quia † qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, *l. qui actionem, ff. de reg. iur.*

Et in † fiscum fit transmissio ex potentia suitatis, de qua in 13
l. apud hostes, C. de suis & l. g. hered. Quæ dicta sunt, concludunt Bald. Alexand. Imol. & Ias. in *d. l. si quis mihi bona, §. 1 col. vltim. ff. de acquir. her.* Vbi Ias. dicit communem, *Bos. in titul. de iur. fisc. num. 16. & est de mente Bartol. in l. 1. col. 7. vers. quæro ff. de vulg. & pupill. Anton. Gomez, de delict. cap. 14. col. 3. in fin.*

Et † quæ dicta sunt de filio prohibenti testari parentes, vel 14
de consanguineo prohibenti testari consanguineum, cui ab intestato cum aliis consanguineis succedit, similiter procedunt, si eos per vim testari compulerint, *vt in dictis iuribus,* de quo vide Marc. Anton. de Seraphin. *in tract. de iur. fisc. tit. 6. lib. 2. & d. l. 27. cum duab. seqq. tit. 1. part. 6.*

Notandum est, quod † pœna de iure posita heredibus non 15
vlciscentibus mortem defuncti, de qua *in l. 1. & l. minoribus, & l. si ideo, l. si ea, l. cum fratrem, C. de his qui. vt indig. l. si sequens, l. final. ff. ad Syllanian. l. 13. tit. 7 part. 6.* de consuetudine non seruatur, sed potius recessit ab aula. *Ita Foller. in pract. crim. quem refert Iul. Clarus in criminalibus, lib. 5. §. final. q. 79.* Et ita seruari inquit Marcus Anton. de Seraphin. *in dict. tractat. de iur. fisc. lib. 2. tit. 5. in fin.*

SVMMARIA.

1 *Sententia calculatorum, & partitorum, qui vt arbitri, vel arbitratores diuisionem fecerunt, mandatur exsecutioni.*

2 *Sententia calculatorum, & partitorum, qui simpliciter ad diuidendum nominati a partibus coram iudice fuerunt, non habet vim sententiæ, nisi iudicis sententia confirmata fuerit: & a tal sententia confirmatoria appellari potest.*

3 *Sententia calculatorum, & partitorum, iudicis sententia confirmata, an pendente appellatione exsequi possit? nu. 3. cum seqq. vsque ad num. 12.*

4 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

5 *Appellatione exstinguitur pronuntiatum.*

9 Et quod † dictum est in principio de parte hereditatis vendita, circa eius diuisionem seruandum est, quando aliquis ex heredibus accusatus & condemnatus fuerit, tanquam indignus, quia consanguineum prohibuit testari, nam aufertur ei pars hereditatis, & applicatur fisco, *vt in titul. si quis aliqu. testari prohibuerit, C. & ff.* Quæ pœna etiam procedit in filio prohibente patrem testari, *vt tenent Paulus, Baldus, Salycet. in l. testamenti, C. de inofficios. testament. Socin. Sen. consil. 105. volum. 3. Corn. consil. 110. volum. 4. Grat. resp. 21. text. in l. 27. in fin. titul. 1. parti. 6. & ibi Gregor. in verb. Los chicos.* Atque ita pars filii heredis indigni adiudicabitur fisco, & non fratribus coheredibus,
10 *vt in dictis iuribus:* quia fiscus † succedit ad instar heredis extranei in bonis, quæ ad eum transeunt, gloss. per text. *in l. non intelligitur, §. cum est caussa, & ibi Bart. ff. de iur. fisc. l. si marito, in princip. ff. sol. matr. l. cum filio, ff. ad Senatusconsult. Syllanian. Socin. Iun. consil. 34. colum. 2. vol. 3. Ruin. cons. 24. numer. 12. Rom. cons. 73. circa princip. Cravet. consil. 263. numer. 7.* & ita transeunt. Et ita actiones heredis indigni condemnati, tam actiue, quam passiue, transeunt in fiscum, tanquam in proprium successorem, *vt in l. 2. C. ad leg. Iul. de vi public. l. si ademti, C. de sent. pass. l. si vt proponis, C. de bon. damn. notat. Paul. de Castr. cons. 441. numer. 5. volum. 1. Aretin. in l. si quis mihi bona, §. si seruus, ff. de acquirenda
11 hered.* Et omnia † iura ad acquirendum, quæ in extraneum heredem indigne transirent, ad fiscum per publicationem similiter transeunt: exemplum est de contractibus in §. *ex conditionali, Instit. de verbor. obligat.* Item in iure deliberandi, *l. cum antiquioribus, C. de iure deliber.* Item in iure dicendi nullum testamentum, & in iure agendi ad supplementum legitimæ, & in iure petendi restitutionem in integrum, & omnia iura transmissibilia ad heredem extraneum, vt dictum est,
12 transeunt in fiscum. Quia † qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur, *l. qui actionem, ff. de reg. iur.*

Et

Et in † fiscum fit transmissio ex potentia suitatis, de qua in 13
l. apud hostes, C. de suis & l. g. hered. Quæ dicta sunt, concludunt
Bald. Alexand. Imol. & Ias. in *d. l. si quis mihi bona, §. 1 col. vltim.
ff. de acquir. her.* Vbi Ias. dicit communem, *Bos. in titu. de iur. fisc.
num. 16. & est de mente Bartol. in l. 1. col. 7. vers. quæro ff. de vulg. &
pupill. Anton. Gomez, de delict. cap. 14. col. 3. in fin.*

Et † quæ dicta sunt de filio prohibenti testari parentes, vel 14
de consanguineo prohibenti testari consanguineum, cui
ab intestato cum aliis consanguineis succedit, similiter procedunt, si eos per vim testari compulerint, *vt in dictis iuribus,*
de quo vide Marc. Anton. de Seraphin. *in tract. de iur. fisc. tit.
6. lib. 2. & d. l. 27. cum duab. seqq. tit. 1. part. 6.*

Notandum est, quod † pœna de iure posita heredibus non 15
vlciscentibus mortem defuncti, de qua *in l. 1. & l. minoribus, &
l. si ideo, l. si ea, l. cum fratrem, C. de his qui. vt indig. l. si sequens, l.
final. ff. ad Syllanian. l. 13. tit. 7 part. 6.* de consuetudine non seruatur, sed potius recessit ab aula. *Ita Foller. in pract. crim. quem
refert Iul. Clarus in criminalibus, lib. 5. §. final. q. 79.* Et ita seruari
inquit Marcus Anton. de Seraphin. *in dict. tractat. de iur. fisc.
lib. 2. tit. 5. in fin.*

SVMMARIA.

1 *Sententia calculatorum, & partitorum, qui vt arbitri, vel arbitratores diuisionem fecerunt, mandatur exsecutioni.*

2 *Sententia calculatorum, & partitorum, qui simpliciter ad diuidendum nominati a partibus coram iudice fuerunt, non habet vim sententiæ, nisi iudicis sententia confirmata fuerit: & a tali sententia confirmatoria appellari potest.*

3 *Sententia calculatorum, & partitorum, iudicis sententia confirmata, an pendente appellatione exsequi possit? nu. 3. cum seqq. vsque ad num. 12.*

4 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

5 *Appellatione exstinguitur pronuntiatum.*

6 *Sententia calculatorum a iudice confirmata, de iure Regio exsequi debet, non obstante appellatione cum fideiussione.*

7 *Diuisio & calculatio videntur correlatiuæ, & dispositum in calculatione, videtur habere locum in diuisione.*

8 *Connexorum idem est iudicium.*

9 *Iudex pronuntians Titium commisisse furtum, videtur illum condemnasse ad pœnam furti per statutum positam.*

10 *Sententia iudicis confirmans diuisionem & calculationem, est indiuidua.*

11 *Ratio eadem versatur in diuisione, quæ in calculatione ad exsequendum.*

12 *Diuidere est calculo & mensura quod suum est cuique dare.*

13 *Diuisio facta ab arbitratoribus, quibus a partibus amplissima potestas data fuit, tollendi vni, & dandi alteri cum expressa renuntiatione enormissimæ læsionis, iuramento interueniente, an retractari & reformari possit, data læsione enormissima, numer. 13. cum sequentibus, vsque ad num. 24.*

14 *Læsio enormissima arguit dolum ex proposito.*

15 *Dolus non infertur volenti.*

16 *Læsioni enormissimæ, an cum iuramento renuntiari possit, nu. 16.*

17 *Præsumtio cedit veritati.*

18 *Renuntiatio enormissimæ læsionis, videtur poni potius de stylo notariorum, quam de consensu partium, & ideo nihil debet operari.*

19 *Verba, quia de facili seruiunt, non debent intelligi, vt sonant, in renuntiatione læsionis enormissimæ, nam talis renuntiatio continet in se fraudem.*

20 *Arbitratores, vigore potestatis concessæ, possunt auferre de iure vnius, & dare alteri, quatenus æquitate & iure conuenit ita facere ex qualitate personarum & negotii.*

21 *Dolus censetur exceptus in quacunque lata & libera potestate concessa.*

22 *Iactare bona sua nemo præsumitur.*

23 La-

23 *Læsio enormissima non comprehenditur in quacunque renuntiatione ex communi opinione.*

24 *Dolus omnis est contra ius diuinum.*

25 *Calculatio & diuisio a partibus approbata, interueniente enormissima læsione, dicitur fallax, & est retractanda.*

26 *Errore, quo facta fuit calculatio & diuisio, censetur facta approbatio.*

27 *Reductio arbitramenti, vbi petenda sit, num. 27.*

28 *Diuisio non æqualiter facta, non est retractanda, sed arbitrio iudicis est parti læsæ satisfaciendum.*

29 *Minor læsus vltra dimidiam in diuisione, potest sicut maior remedio legis secundæ, C. de rescindenda venditione, contra diuisionem venire.*

30 *Minor læsus in diuisione potest vti remedio ordinario l. 2. C. de rescindenda vendit. & petere restitutionem simul, qua petita non datur electio decipientibus supplendi iustum pretium.*

31 *Diuisio est arbitrio iudicis reformanda.*

32 *Minor potest dicere de nullitate contra diuisionem, quæ nulla fuit.*

33 *Minor sicut maior potest reclamare cõtra diuisionem, antequam a iudice approbetur.*

34 *Minor potest petere restitutionem contra diuisionem a iudice approbatam.*

35 *Diuisio continet quendam contractum permutationis.*

36 *Minore restituto, maiores sunt seruandi illæsi.*

37 *Minor non restituitur contra diuisionem quando sorte pars illi obuenit.*

38 *Minor, cui omnia nomina debitorum adiudicata sunt, censetur læsus, propter dubium euentum litium, & est contra talem diuisionem restituendus.*

39 *Diuisio, an commoda, vel incommoda sit, oculorum inspectione fieri debet.*

CAPVT XI.

An a sententia arbitrorum & arbitratorum vel partitorum, & calculatorum appellari possit?

1 A Sententia calculatorum & partitorum, an habeat locum appellatio vel reclamatio, dubitatur? Et si illis data fuit potestas a partibus, vt tanquam arbitri iuris vel arbitratores procederent, de iure communi seruandum est dispositum in *l. fin. C. de arbitr.* cum qua concordat, *l. fin. tit. 4. part. 3.* Hodie tamen exsecutioni mandatur, seruata forma *l. 4. titul. 21. lib. 4. nou. coll. ct.*

2 Cum autem † nulla potestas, nec forma a partibus illis data est, sed simpliciter, vt quotidie fit, coram iudice eos partes nominant ad calculandum & diuidendum, & iudex confirmat dictam nominationem, & eis præcipit, vt calculationem & diuisionem faciant, quia sententia eorum nullam vim habet, nisi sententia Præsidis fuerit confirmata, *vt in l. 2. C. de iure fisc. libr. 10.* A diuisione ab illis facta, appellatio locum non habet, & ideo iudicis sententia confirmatoria requiritur: et si dicta diuisio fuerit iudicis sententia confirmata: a tali sententia iudicis confirmatoria non est dubium, nisi quod habet locum appellatio, cum sit generale ab omni sententia appellari posse, *vt in toto titulo, C. & ff. de appellation. & dict. titulo in decretalibus, & titul. 23. part. 3.*

3 Sed † maximum dubium versatur, an non obstante appellatione, dicta sententia sic confirmata, exsecutioni mandari debeat? Et videtur quod non, quia in iudicio familiæ erciscundæ, & communi diuidendo, quod principaliter agitur, est diuidere res communes: & quod principaliter agitur, attendendum est, *vt in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iur. l. si quis nec caussam & ibi gloss. ff. si certum petatur.*

4 E. † accessorium naturam sequitur sui principalis, *regul. acces-*

accessorium, de regul. iur. in 6. l. cum principalis, ff. de regul. iur. Et † appellatione exstinguitur pronuntiatum, *l. 1. ff. ad Tur- pilian.* Et tamen debet nouari, appellatione pendente, *vt in tit. C. & ff. nihil nou. appell. pend.* 5

Pro parte † affirmatiua facit *l. 24. tit. 21. libr. 4. Recopil.* quæ in nouo quaterno additur, quæ disponit, sententiam calculatorum a iudice confirmatam, exsequi debere cum fideiussione, de qua *in dict. l. 4.* Et omnes diuisiones prope semper calculatores faciunt, qui duplici officio, tam calculatoris, quam partitoris funguntur: nam sine calculo fere nulla diuisio fieri potest, vt experientia docet. Nam † semper dicunt partes: *Nombramos por contador y partidor a fulano:* & quando dicti calculatores & partitores comparent coram iudice, dicunt: *Hazemos præsentacion ante V. m. desta cuenta y particion, &c.* Et sic videtur, quod diuisio & calculatio sunt correlatiuæ, & dispositum in vno, videtur dispositum in alio, *vt in l. fin. C. de indict. viduit. tollend.* 6 7

Et † videtur vna res, & quodammodo indiuidua, & connexorum idem est iudicium, & qui vult antecedens, vult etiam necessarium consequens, *l. 2. ff. de iurisdiction. omnium iudic. Socin. in cons. 134. column. 4. volum. 1. & Aretin. cons. 146. col. 9.* Et ideo † dicitur, quod si iudex pronũtiauit, Titium commisisse furtum, ex hoc censetur eum condemnasse ad pœnam furti statuti, *vt refert Crauet. cons. 79. num. 4.* 8 9

Item, quia † cum iudex confirmat sua sententia diuisionem & calculationem, talis sententia iudicis est vna & indiuidua, *l. in hoc iudicio, ff. famil. ercisc. l. Carmelia Pia, ff. de iure patron.* & si in calculatione exsequi sententia potest, secundum dictam legem, & in diuisione exsequi debet simul. 10

Item, quia † eadem ratio militat in diuisione, vt exsequi possit, quæ in calculatione: ergo idem ius, *vt in l. a Titio, ff. de verbor. oblig. l. illud, ff. ad legem Aquil. l. 1. §. 1. ff. de fonte.* Et etiam in † correctoriis fit extẽsio de similib. ad similia, imo videtur, 11 12

quod diuisio proprie potest dici calculatio: nam diuidere, quid aliud est, nisi calculo & mensura quod suum est cuique dare & signare? Ad quod optime facit, quod tradit Menoch. *consil.320.num.14.vers.diuisio, volum 3.* vbi inquit, quod diuisio inter fratres facta, nihil aliud est, quam ratio inter ipsos composita, & reddita: nam fratres perquirunt omnia, partes faciunt, & inter se æstimant. Idem quod Menoch. tenet Socin. Sen. *consil.25.num.5.volum.4.* idem Menochius *cons.91.numer.31. volum.1.* & de iure communi idem videtur velle Castell. *in l.27.Taur. & per d.cap.* ius nouum inductum est: nam licet Ang. & gloss. *in dict. authent. & Castellus,* vbi supra dicant, quod sententia super ratiociniis lata, debet exsequi de iure, non videtur verum: & cum casus mihi sæpe occurrit, nunquam potui obtinere: nam text. *in dict. authent.* in quo se fundant, loquitur in caussa pia, & speciali, & de iure alias est in aliis casibus.

13 Dubitatur, an † quando partes dederunt potestatem calculatoribus & partitoribus, tanquam arbitratoribus, & quod possent ex iure & re vnius dare alteri in magna quantitate, & prout libuerit, & dictæ partes renuntiauerunt expresse remedio *l. 2. C. de rescind. vendition.* & etiam enormissimæ læsioni, & iurauerunt stare in omnibus eorum calculationi & diuisioni, & si aliquis ex partibus fuit minor, idem iurauit, renuntiauit, & promisit renunciando similiter auxilio minoris & maioris; an pars enormissime læsa per sententiam dictorũ calculatorum & partitorum possit contrauenire, & calculatio, & diuisio debeat reduci ad arbitrium boni viri? Bald. *in sua Margarita in v. rs. arbiter, el 2.* tenet, quod non potest peti reductio, quamuis alter ex compromittentibus fuerit multum læsus. Idem & latius prosequendo concludit Corn. *in cons. 9. colum. 3. volum. 2. & latissime cons.221. colum.3. cum pluribus seqq. vol.2.* vbi vult procedere, etiamsi fuerit secuta enormissima læsio, nec poterit peti absolutio a iuramento, sed standum erit tali

arbi-

arbitramento; quia sic partes conuenerunt. Nec obstat, si dicant, quod stante enormissima læsione, censetur dolus ex proposito: *argument. l. omnes, §. Lucius. ff. quæ in fraud. creditor. l. si quis cum aliter, ff. de verborum obligation. l. 28. tit. 11. part. 5.* Et dolus ex proposito futurus † remitti nõ potest, *vt latius infra dicetur*: nam vbi supra respondet, quod cum partes permiserint arbitratoribus, quod hoc facere possint, videlicet, vni dare, & alteri auferre, in parte vel in † toto, non censetur dolose arbitrari, ex quo dolus non infertur volenti, *l. cum donationes, C. de transaction. & l nemo videtur, ff. de regul. iur. cap. scienti, eod. titul. in 6.* & in omnem euentum poterit agi actione de dolo ad interesse. *per l. 1. & totum titulum, ff. de dol.* Nec etiam obstat, quod enormissimæ læsioni renuntiari non possit, vt infra dicitur: quia inquit Corn. quod est maxima differentia inter renuntiationem de enormissima læsione, & inter concessionem amplissime datam arbitratoribus, de tollendo vni, & dando alteri in parte vel in toto: quia in primo casu arbitri non habent hoc ex consensu expresso ipsarum partium, de tollendo vni, & dando alteri enormissime lædendo, secus in secundo casu, quia hoc habent ex expressa partium concessione: & ideo in primo sunt censendi magis de facili dolosi, quam in secundo. 14 15

16 Item, quia † iuramentum operatur, quod non possit peti reductio ad arbitrium boni viri, data enormi læsione, & sic operatur, quod possit renuntiari enormissimæ læsioni, *secundum Abb. in cap. Quintaualllis, colum. 2. de iureiurand. glos. in l. 2. verb. nisi & ipse iurasset, C. de rescindend. vendition.* quam sequitur ibi Bartol. *num. 11.* & ceteri post eum, qui communiter tenent posse renuntiari cum iuramento enormi læsioni, & cuicunque auxilio, Deci. *cons. 402. nu. 22.* hanc opinionem testatur communem, plures referens Roland. a Vall. *cons. 59. num. 22. & seqq. lib. 1.* dicit communem Marian. Socin. Iun. *cons. 79. num. 19. lib. 2.* dicit magis communem idem Marian. Socin.

consil. 48. num. 19. vol. 1. communem sequitur, alios allegans, Aymon Crauetta *consil. 144. num. 9.*

Sed † contrarium puto verius: & sic, quod petita absolutione a iuramento, possit peti quod fiat reductio ad arbitrium boni viri: nam multi Doctores existimant non posse renuntiari cum iuramento enormissimæ læsioni, *vt volunt Grat. libro 2. respons. 24. Aufr. decision. Tolos. 367. Decius consil. 31. num. 2. cons. 38. cons. 139. & 181. & 183. Anton. But. cons. 24. col. 3. in fin. & consil. 45. circa fin. Curt. Iun. cons. 141. Crauett. cons. 142. num. 23.* vbi dicit procedere etiam in maioribus, quia nec ipsi medio iuramento possunt renuntiare enormissimæ læsioni.

Et ista est communis opinio, *vt inquit Curt. Iun. cons. 79* vbi alios idem tenentes refert Pedemonta. *decis. 33. & 41. num. 2. & Anton. Gabriel. in tit. de iur. dot. conclus. 1. num. 8. & 9.* Nec obstat, quod plures Doctores relati per eum, tenent contrarium: quia ad hoc respondet idem Gabr. *in tit. de arbitr. concl. 3. post num. 39.* concordando dictas opiniones, quod contraria opinio procedat, quando legitimis probationibus constaret

17 non interuenisse dolum. Nostra autem † opinio, in dubio, quia præsumtio cedit veritati, *l. final. ff. quod met. caus. cap. is qui fidem, de sponsal.* Nam ex enormissima læsione præsumitur do-

18 lus ex † proposito, *Grat. cons. 149. colum. pen. nu....* tamen potest dici, quod dicta renuntiatio enormissimæ læsionis potius ponitur de stylo notariorum, quam de consensu partium, *vt per Bart. in l. si de certa, C. de transact.* Et ideo talis clausula nihil operatur. *Abb. & Dd. in cap. cum contingat, de iureiurando, in verbo, nouus casus, Grat. lib. 2. respons. 112. colum. 3. num. 19.*

19 Item † potest dici, quod dicta renuntiatio facta fuit ad extendendum confidentiam quam habebant renuntiantes in arbitratoribus, & non debent intelligi, vt sonant verba, quia de verbis facile seruitur. *Et ita voluit Butr. in dict. cap. Quintauallis, de iureiurand.* Si ergo reperiuntur decepti sub hac confidentia, æquum est eis subuenire? *argument. cap. quanto, &*

to, & cap. veniens, de iureiurand. Imo talis renuntiatio videtur in se arguere fraudem, *per ea quæ dicit Bartol. consil. 27. columm. 3. inter consilia Calc.* Vbi dicitur, quod renuntiatio facta exceptioni dupli, tripli vel quadrupli, quæ continet in effectu enormissimam læsionem, arguit † fraudem in contra- 20
ctu, & arbitratores tunc possunt auferre de iure vnius, & dare alteri, vigore arbitrii ipsis concessi, quatenus æquitate, & iure conueniat ita faciendi ex qualitate negotii, & personarum, & non alias, quia arbitrium boni viri debet regulari ratione, non voluntate, *l. fideicommissa, §. quanquam, ff. de legat. 2. Bartol. in l. societatem, §. arbitrorum. ff pro socio, & capit. Quintauallis, cum ibi notatis de iureiurand.* Et † in qua- 21
cunque lata & libera potestate censetur exceptus dolus futurus, *vt per Bartolum in l. Procurator, cui libera, ff. de procurator. in leg. Aurelius, §. Citius, de liber. leg. l. alio, de alim. & cibar. leg. l. si ius, de donation. summ. Ang. in verb. arbiter, §. 10.* Et nemo † præsumitur velle iactare bona sua, *l. cum de inde-* 22
bito, ff. de probat. Ex quibus remanet responsum Corneo vbi supra.

Et † quod in quacunque renuntiatione non comprehen- 23
datur enormissima læsio, est magis communis opinio: & ad hoc quam plures refert Ioan Gutier. *in repet. c. quamuis pactum, num. 92. lib. 6.*

Quod † dictum est, intellige, nisi dolus in dicto arbitra- 24
mento interuenerit, nam reddit ipsum nullum, aut saltem elidit per actionem, vel exceptionem doli, *l. dolo, C. de inutilib. stipulation.* Et semper in tali casu reductio peti potest: *vt concludunt Doctores in supradictis locis, Anton. Gabr. in titul. de arbitr. concl. 3. nu. 39.* Quia † in omni actu & dispositione, dolus intelligitur exceptus, *l. creditor, §. Lucius. ff. mandati, vbi Alexand. in apost. post Bart. concord. adducit.* Est enim omnis dolus contra ius diuinum, *Afflict. decis. 403. num. 11.*

Quod † procedit, etiamsi calculatio & diuisio a partibus 25

fuisset approbata: nam talis approbatio dicitur fallax, & ratione calculi & diuisionis fraudulentæ irrita, quæ non sunt impedimento, quo minus retractari debeat calculatio & diuisio semel & sæpius, *l. vnic. C. de error. calcul. vbi omnes Doctores communiter, vbi Ias. col. final. Paris. cons. 89. num. 34. Corn. consil. 62. colum. 2. vers. his non obstantibus, lib. 4. Socin. consil. 92. colum.*
26 *pen. & vltim. nu. 19. lib. 2.* Nam † eodem errore, quo facta fuit calculatio & diuisio, censetur facta approbatio, & sic vtraque retractabitur, *l. doli mali, §. diuersum, ff. de donation. Bart. & alii l. si quis cum aliter ff. de verbor. oblig. Decius consil. 60. num. 6.*
27 Et † reductio arbitramenti petenda est coram iudice arbitratorum, *vt tenent Bart. & Bald. in l. 2. C. vbi & apud quem, Abb. in cap. Quintauallis, de iureiurand. col. 21.* Quod intelligendum est, nisi vnus ex arbitratoribus sit clericus, nam tunc coram iudice ecclesiastico peti debet: *ita Afflict. decis. 51. Rom. cons. 255. addition. ad Abb. in dict. c. Quintauallis num. 38. Ias. in l. imperium, col. 2. num. 3. ff. de iurisdict. omnium iudic. Bald. in l. præcipimus, C. de appellatio.* Et *l. 23. tit. 4. part. 3. in vers. Casi maliciosamente* videtur velle, quod dicta reductio sit petenda coram iudice ordinario loci, qui alias iudex competens caussæ erat, ibi: *De los iuezes ordinarios de aquel lugar, do tal cosa acaecicsse.* Quæ fuit Bart. opinio communiter recepta *in l. societatem, §. arbitratorum, num. 21. ff. pro socio, per tex. in l. cum hi, §. transactionem, ff. de transaction. & in l. vlt. C. de vulg. & pupill. & in l. vnde si Neruæ, ff. pro socio, Couar. in cap. 21. num. 1. lib. 2. variar. resol. vide Anton. Thess. in decis. Pedemon. dec. 14.* Et videtur quod ita possunt dictæ opiniones concordari, quod si fuerit appellatum ab arbitramento, procedat prima opinio. Et ita videtur sentire Greg. *in dict. l. part. vbi supra, ibi: saltem hodie;* cum arbitria mereantur exsecutionem, per leges Regni, *vt habetur in ordin. de Madrid. cap. fin.* vbi decernitur, quod arbitria exsecutioni mandentur, non obstante appellatione, vel nullitate & reclamatione: nam per appellationem caussa deuoluitur, non

non suspensiue ad superiores arbitratorum, *vt in d. l. de Madrid. quæ nunc est l. 4. titul. 21. lib. 4. nouæ collectionis Regni.*

Si vero non fuerit appellatum, sed tantum de nullitate dictum vel reclamatum procedat dicta communis opinio, quæ *in dict. l. partitæ* approbari videtur. Nota, quod † quando diuisio reformari desideratur & petitur, quia alterutri partium minor portio, quam oportuerat, adiudicata sit, non vero, quia nulla diuisio fuit, vel fieri nequiuerit, impetrata reformatione, diuisio non est retractanda, sed iudicis arbitrio læsio resarcietur. *Ita Gozadin. in cons. 44. num. 15.* vbi communem dicit Gabr. *in suis communib. opin. vol. 1. lib. 4. pag. mihi 194. num. 40. in fin. Bart. Bald. & Dd. in l. 1. C. commun. diuid.* 28

Dubium est, an † contra diuisionem iam factam, & postquam partes singulis heredibus adiudicatæ fuerunt minor possit contra dictam diuisionem restitui, quia in rebus, quæ ei adiudicatæ fuerunt, læsus fuit, quia in multum plus quam valebant, fuerunt taxatæ? 29

Et si deceptio vltra dimidiam sit, sicut alius quilibet maior contra diuisionem venire potest, remedio *l. 2. C. de rescindenda vendit.* Nam in diuisione, sicut in contractibus bonæ fidei dictum remedium *l. 2. datur, vt voluit gloss. in l. maioribus, C. commun. vtriusque iud. & gloss. in cap. cum dilecti. de emtion. & vend.* Et ita communiter tenetur, prout notatur in *dict. l. 2. C. de rescindend. vendit. & ibidem per Bald.* Et tunc non datur restitutio, quia remedium † ordinarium habet, *vt in l. in caussa, ff. de minor. Aymon cons. 7.* Sed Abbas *in cap. dilecti, de emtion. & vendition.* tenet, quod potest concurrere cum beneficio restitutionis in integrum, & in tali casu non datur electio decipientibus iustum pretium supplendi. Fulg. *in d. l. maioribus,* vbi communem dicit. Circa quod vide late Arias Pinel. *in d. l. 2 part. 2. cap. 1. num. 1.* Quia † diuisio reformari arbitrio iudicis debet, vt communem inquit Gozad. *consil. 44. numer. 15.* 30 31

fuisset approbata: nam talis approbatio dicitur fallax, & ratione calculi & diuisionis fraudulentæ irrita, quæ non sunt impedimento, quo minus retractari debeat calculatio & diuisio semel & sæpius, *l. vnic. C. de error. calcul. vbi omnes Doctores communiter, vbi Ias. col. final. Paris. cons. 89. num. 34. Corn. consil. 62. colum. 2. vers. his non obstantibus, lib. 4. Socin. consil. 92. colum.*
26 *pen. & vltim. nu. 19. lib. 2.* Nam † eodem errore, quo facta fuit calculatio & diuisio, censetur facta approbatio, & sic vtraque retractabitur, *l. doli mali, §. diuersum, ff. de donation. Bart. & alii l. si quis cum aliter ff. de verbor. oblig. Decius consil. 60. num. 6.*
27 Et † reductio arbitramenti petenda est coram iudice arbitratorum, *vt tenent Bart. & Bald. in l. 2. C. vbi & apud quem, Abb. in cap. Quintauallis, de iureiurand. col. 21.* Quod intelligendum est, nisi vnus ex arbitratoribus sit clericus, nam tunc coram iudice ecclesiastico peti debet: *ita Afflict. decis. 51. Rom. cons. 255. addition. ad Abb. in dict. c. Quintauallis num. 38. Ias. in l. imperium, col. 2. num. 3. ff de iurisdict. omnium iudic. Bald. in l. præcipimus, C. de appellatio.* Et *l. 23. tit. 4. part. 3. in vers. Casi maliciosamente* videtur velle, quod dicta reductio sit petenda coram iudice ordinario loci, qui alias iudex competens caussæ erat, ibi: *De los iuezes ordinarios de aquel lugar, do tal cosa acaecielle.* Quæ fuit Bart. opinio communiter recepta *in l. societatem, §. arbitratorum, num. 21. ff. pro socio, per tex. in l. cum hi, §. transactionem, ff. de transaction. & in l. vlt. C. de vulg. & pupill. & in l. vnde si Neruæ, ff. pro socio, Couar. in cap 21. num. 1. lib. 2. variar. resol. vide Anton. Thess. in decis. Pedemon. dec 14.* Et videtur quod ita possunt dictæ opiniones concordari, quod si fuerit appellatum ab arbitramento, procedat prima opinio. Et ita videtur sentire Greg. *in dict. l. part. vbi supra, ibi: saltem hodie;* cum arbitria mereantur exsecutionem, per leges Regni, *vt habetur in ordin. de Madrid. cap. fin.* vbi decernitur, quod arbitria exsecutioni mandentur, non obstante appellatione, vel nullitate & reclamatione: nam per appellationem caussa deuoluitur, non

non suspensiue ad superiores arbitratorum, *vt in d. l. de Madrid. quæ nunc est l. 4. titul. 21. lib. 4. nouæ collectionis Regni.*

Si vero non fuerit appellatum, sed tantum de nullitate dictum vel reclamatum procedat dicta communis opinio, quæ *in dict. l. partitæ* approbari videtur. Nota, quod † quando di- 28
uisio reformari desideratur & petitur, quia alterutri partium minor portio, quam oportuerat, adiudicata sit, non vero, quia nulla diuisio fuit, vel fieri nequiuerit, impetrata reformatione, diuisio non est retractanda, sed iudicis arbitrio læsio resarcietur. *Ita Gozadin. in cons. 44. num. 15.* vbi communem dicit Gabr. *in suis communib. opin. vol. 1. lib. 4. pag. mihi 194. num. 40. in fin. Bart. Bald. & Dd. in l. 1. C. commun. diuid.*

Dubium est, an † contra diuisionem iam factam, & post- 29
quam partes singulis heredibus adiudicatæ fuerunt minor possit contra dictam diuisionem restitui, quia in rebus, quæ ei adiudicatæ fuerunt, læsus fuit, quia in multum plus quam valebant, fuerunt taxatæ?

Et si deceptio vltra dimidiam sit, sicut alius quilibet maior contra diuisionem venire potest, remedio *l. 2. C. de rescindenda vendit.* Nam in diuisione, sicut in contractibus bonæ fidei dictum remedium *l. 2. datur, vt voluit gloss. in l. maioribus, C. commun. vtriusque iud. & gloss. in cap. cum dilecti. de emtion. & vend.* Et ita communiter tenetur, prout notatur in *dict. l. 2. C. de rescindend. vendit. & ibidem per Bald.* Et tunc non datur restitutio, quia remedium † ordinarium habet, *vt in l. in caussa,* 30
ff. de minor. Aymon cons. 7. Sed Abbas *in cap. dilecti, de emtion. & vendition.* tenet, quod potest concurrere cum beneficio restitutionis in integrum, & in tali casu non datur electio decipientibus iustum pretium supplendi. Fulg. *in d. l. maioribus,* vbi communem dicit. Circa quod vide late Arias Pinel. *in d. l. 2 part. 2. cap. 1. num. 1.* Quia † diuisio reformari arbitrio iu- 31
dicis debet, vt communem inquit Gozad. *consil. 44. numer. 15.*

32 Sed † ſi læſio vltra dimidiam partem pretii non ſit, & diui-
ſio facta fuit, iuris ſolemnitate non ſeruata, ſimiliter iure
ordinario dicens de nullitate diuiſionis, quia ipſo iure nulla
fuit, ius ſuum conſequetur, quia non præſtat impedimen-
tum, quod de iure non ſortitur, effectum rei non præſtat, *de
reg. iur. in 6. cum vulgar.*

33 Si vero † iuris ſolemnitate ſeruata diuiſio facta fuit, ante-
quam a iudice approbetur, minor contra eam reclamare po-
teſt, ſicut & maior petens, vt ſecundum arbitrium boni viri
reformetur, *vt in l. ſocietatem, §. arbitrorum, & ibi Bart. & com-
muniter ſcribentes, ff. pro ſocio.*

Et quia antequam a iudice approbata ſit, nullam vim ha-
bet, *vti in l. inſtar, C. de iur. fiſc. lib. 10.* Et ſi vt arbitri vel arbitra-
tores a partibus electi, diuiſionem fecerint, idem ſeruari de-
bet, *vt in dictis iuribus, & ibi Dd.*

34 Cum autem a iudice † approbata fuerit, contra diuiſio-
nem & iudicis ſententiam, dictam diuiſionem approban-
tem, minor reſtitui debet, *vt in toto tit. C. ſi aduerſus rem iudic.*
Et quod minor in diuiſione ſit reſtituendus, etiam in ſexta
parte tantum læſus, tenet Maurita, *in cap. 213. de reſtitut.* quem
refert & ſequitur Franc. Cald. *in l. ſi curatorem habens, in verb.
vel aduerſarii, numer. 14. C. de in integr. reſtit. minor.* Quia in-
35 quit, quod † diuiſio continet quẽdam contractum permuta-
tionis, *vt in l. cum pater, §. hereditatem, ff. de legat. 2. l. ſi filia, § ſi
pater, ff. famil. erciſcund. Iaſ. in rubr. de præſcript. verb. num. 2. Bald.
in l. ſi familiæ, 1. C. familiæ erciſc. in §. actionum, Inſtitut. de action.
numer. 530. & ſequent. Amb. de Opizon in l. filiusfamilias, §. diui, de
leg. 1. numer. 108. Curt. in l. debitori, in fin. C. de pact. Zucar. in l. 1.
36 num. 9. eodem tit. Mauric. de reſtit. c. 213.* Et † minore reſtituto,
maiores illæſi ſeruari debent, *vt in l. vnic. C. de reput. l. 2. titul.
25. part. 3. & ibi Gregorius, l. 8. verſicul. E el iuez. titul. 19. partita
ſexta.*

37 Quæ omnia † intellge, niſi pars in qua minor læſus fuit, ſor-
te illi

-te illi obuenerit: nam tunc, quia fecit, sicut maior non restituetur, *vt in l. non videtur, C. de in integr. restit. l. 6. in fin. tit. 19. p. 6.* Quia sicut sorte læsus fuit, potuit maior ipsa sorte lædi & ipse minor non, quod probatur *in l. 1. C. quand. & quib. quarta pars debeat. vbi not. vt Doct. Baldus in l. ait prætor, §. fin. ff. de minor. l. fin. in princ. C. commun. de leg. Aluer. l. ad officium, C. commu. diuid. Franc. Cald. in l. si curatorem habens, in verb. vel aduersarii, numer. 13. cum seqq. C. de in integr. restit.* nisi in mittenda sorte fraus interuenerit, *Caldas vbi supra.*

Item intellige, nisi omnes coheredes similiter in rebus, quæ illis adiudicatæ sunt, eandem læsionem in æstimatione patiantur: nã æqualitate seruata, nulla læsio ex parte minoris dari potest, *secundum Ayoram in tract. parti. 1. part. num. 31. & 32. cap. 3.* Quæ declaratio inutilis, & sine dubio videtur: nam dato, quod minor restitueretur, & maiores illæsi seruandi erant, *vt in dict. l. vnic. C. de reputat.* & nihil minor per restitutionem caussæ qui petierat, & sic frustra eam peteret.

Quod † si in diuisione omnia nomina debitorum minori 38
darentur, & alia bona maiori, non est dubium, nisi quod minor læsus inuenietur, quia non fuit seruata æqualitas: & est dubius euentus litium, *vt in l. eo tempore, ff. de pecul.* Et quia nomina debitorum sine vexatione non exiguntur, *Baldus consil. 146. numer. 16. lib. 2.* Et sic minor est restituendus, *per ea, quæ tradunt Dd. in l. maioribus, C. commun. vtriusque iud.*

Nota, quod † ad cognoscendum, an diuisio bona vel in- 39
commoda sit, oculorum inspectione fieri debet, *ita Ruinus in cons. 149. num. 4. volum. 4.*

SVMMARIA.

1 *Diuisio, cum sit facti, non præsumitur.*

2 *Diuisio, an ex diuturnitate temporis facta præsumatur? num. 2. cum seqq.*

3 *Res indiuisibilis est vni ex sociis adiudicanda, & est compellendus partem socii in pecunia soluere.*

4 *Diuisio domus non præsumitur per lapsum viginti annorum, si post decimum annum frater fuit protestatus de diuisione facienda.*


CAPVT XII.

Diuisio quando facta præsumatur.

1 DIuisio † cum sit facti, non præsumitur, *l penult. C. commun. diuidund. & ibi Doctores,* & potius præsumitur, fratres possidere gratia commodioris vsus, quam diuisionis, *secundum Tiraquellum in tractatu præscription. in verb. per decem annos,*
2 *gloss. 4.* Nisi † decem anni inter præsentes, & viginti inter absentes sint elapsi: nam tunc ex diuturnitate temporis diuisio præsumitur secundum glossam *in dict. l. penult. vers. si maior, C. commun. diuidund.* quam ibi Bartolus & Doctores sequuntur, quam dicit communiter approbari Paul. *in consil. 126. versic. non sequendo ordinem, libr. 2. Alexand. consil. 92. libr. 2. Baldus & Angel. in l. si certis annis, C. de pactis, Ripa in capitul. sæpe, numer. 2. in fine, de restitution. spoliator. Iasonius consil. 127. libr. 1. Boerius decis. 58. Balbus de præscriptionib. quæst. 10. num. 39. consil. 344. libr. 1.* Quod intelligunt communiter Doctores, quando partes æquales fratres possederunt, alias stante inæqualitate, dicunt diuisionem non præsumi. Ad quod allegat quamplurimos Doctores Menochius, & eos sequitur *in tractat. de præsumtion. libr. 3. præsumtion. 60. num. 6.* Communem inquit So-
3 cinus Iunior *consil. 50. num. 34. in fin. volum. 4.* Quorum † limitatio mihi vetita non videtur; nam prope semper in diuisionibus non seruatur æqualitas, maxime, quando res diuidenda de sua natura est indiuisibilis, vel non recipit commodam diuisionem; & tunc frater, cui adiudicatur, pecuniam fratri pro eius parte dare compellitur, iuxta textum *in l. ad officium, C. commun diuidund. §. fin. Institut. de offic. iudic. l. final. titul. 15. partit. 6.* Atque etiam in aliis rebus diuisibilibus, sæpe sæpius vide-

videmus, quod de consensu partium vni adiudicatur fundus, & alii aliæ res mobiles, & se mouentes; & si deficiant, satisfit pecunia. Et ita practicari inquit Salycetus in *dicta l. penultim. Alexand. in dict. consil. 92. numer. 5. libr. 2. Aretin. in §. vltim. Institut. de societat. Ias. consil. 2. colum. 10. libr. 3. Ruinus cons. 117. lib. 3. Ayor. in tractat. partition. 3. part. quæstion. 25. num. 112. Thesaur. in decis. Pedemont. decis. 205. num. 3.* Et coniecturas, per quas præsumitur diuisio, refert Menoch. *vbi supra, & Mascard. in tract. prob. lib. 1. concl 526.* quos vide.

Quæro, an † domus, quæ non fuit diuisa infra decem an- 4
nos, quam vnus frater possedit, si postea ab vno ex fratribus protestetur de diuisione facienda, & post protestationem alii decem anni currant, an diuisio præsumatur? Bald. *in consil. 396. num. 1. lib. 1.* tenet, quod non, quod verum puto.



LIBER SECVNDVS DE DIVISIONE BONORVM.

SVMMARIA.

1 *Societas est duorum pluriumue in idem consensus lucri caussa, & est corpus mixtum, ex pluribus nominibus constatum.*

2 *Societas alia est incidens, alia conuentionalis, & incidens non est proprie societas.*

3 *Societas ad tempus certum, & per tempus vitæ contrahi potest.*

4 *Societas contrahi non potest, ita vt ad heredes transeat, nisi in vectigalibus Regiis, vel in conductionibus rerum ciuitatum.*

5 *Societas cum incerta persona contrahi non potest.*

6 *Per contractum non potest quis ad certum heredem instituendum obligari.*

7 *Industria personæ videtur eligi, quando societas contrahitur.*

8 *Societas transit ad heredes, si iuramento adhibito actum fuit, vt transiret, & an ad primos heredes tantum transeat, vide ibi remissiue.*

9 *Societas in perpetuum contrahi potest, iuramento interposito.*

10 *Testator potest præcipere heredibus, vt in societate permaneant vsque ad certum tempus.*

11 *Societas potest contrahi, siue vniuersorum bonorum siue alicuius negotiationis siue vectigalis siue rei vnius.*

12 *Societas coiri non potest super rebus illicitis.*

CA-

CAPVT I.

Quid sit societas, & per quod tempus contrahi possit & qualiter.

ARbitros electos † ad calculandum & diuidendum res communes inter socios, naturam societatis & rerum communium nosse oportet. Societas est duorum pluriumue in idem consensus, lucri caussa, Bal. *in cons. 120. lib. 1. decis. Gen. 14. nu. 86. libr. 1. titul. 10. partit. 5.* Et societas est corpus mixtum, ex pluribus nominibus conflatum, *vt notatur in rubric. de societat. Institut. & per Baldum, Salycetum & Doctores in l. eius, C. de compensation.* Azo *in summ. cap. pro socio* inquit, quod societas est duorum, pluriumue conuentio contracta ob commodiorem vsum & vberiorem quæstum, *Antonius Capic. in decision. Neapolit. 147. nu. 2.* Societas alia † est incidens, alia conuentionalis, de quo Galli. *in l. stipulationes, num. 21. ff. de verborum. obligatione.* Et societas, quæ contrahitur incidenter propter communionem rei, *vt in l. heredes, §. non autem, ff. fam. erciscund. & in l. vt sit, & ibi glos. ff. pro soc.* non est proprie societas, *secundum gloss. in §. item si inter aliquos, in verb. si societate, Instit. de oblig. quæ ex quasi contr. nas. & Alex. in cons. 40. vol. 2. ad fin. Gregor. Lop. in l. 1. glos. 1. ad fin. tit. 10. part. 5.* Societas † pure & sub conditione ad tempus certum, & per tempus vitæ coiri potest, *vt in dict. l. 1. vers. E fazese, tit. 10. p. 5. l. 1. ff pro soc.* Et si pactum † inter socios fuerit, vt ad eorum heredes transeat, per tempus vitæ illorum tantum valebit, nisi in vectigalibus Regiis, vel in conductionibus rerum ciuitatum societas coita sit, nam tunc ad heredes transire potest, *vt l. adeo, & l. verum, §. in heredem, ff. pro soc. d. l. 1. tit. 10 p. 5.* Ratio quare societas ad heredes non transit, est secundum Bald. *in l. si fratres, §. idem respondit, ff. pro soc.* quia cum incerta persona non potest coiri; Aut † ergo inquit, certa persona heredis non specificatur, & non valet ratione incertitudinis; Aut specificatur, & tunc vi-

Margin numbers: 1 (line 1), 2 (line "Societas alia"), 3 (line "Societas † pure"), 4 (line "ctum † inter"), 5 (line "Aut † ergo").

detur se adstringere per contractum ad certũ heredem, q; est impossibile, *l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verb. oblig. & ibi*
6 *Dd. Ant. Cap.* † *in d. decis. Neap. 174. n. 6. Greg. Lup. in l. 1. in verb. heredes, tit. 10. p. 5.* & Aret. *in §. soluitur, Inst. de socie.* inquit, quod
7 ideo nõ transit † societas ad heredes, quia in societate eligitur industria personæ, & ignorat heres bonus, an prudens sit: ergo non transit ad heredes, *l. vnic. §. non autem, C. de cad. tol.* facit quod ait Bart. *in l. si sic, ff. de leg. 2. Capi. in d. dec. num. 9.* Quod
8 limita, nisi † contracta societas sit hinc inde iuramento præstito, nominibus heredum non specificatis: nam ratione iuramẽti ad heredes transiret: quia non est cõtra bonos mores, & potest sine interitu salutis æternæ seruari. *Ita Ioan. Faber in §. soluitur, Instit. de societat. & Anton. Capic. in dict. deci. Neap. 174. nu. 5. cum seqq. Greg. Lup. in l. 9. in glos. 1. in vers. limita tamen. tit. 10. part. 5. Aym. cons. 875. n. 13.* Et an societas iurata transeat tantum ad primos heredes, vel etiam ad vlteriores, tractat Ioan. Gutier *in tract. de iuram. confirm. part. 1. cap. 48. num. 7. cum se-*
9 *quentibus.* Dubium † est, an possit iuramento adhibito, societas & communio in perpetuum coiri, & Ioan. Gutier. *in dict. tract. de iuram. confirm. in 1. par. in c. 18.* refert contrarias opiniones, quæ pro vtraq; parte sunt. Et tãdem *cum Ias. & aliis* tenet, quod possit in perpetuum cũ iuramento cõtrahi, ita vt aliqua
10 parte inuita dissolui nequeat. Secundo † limita, nisi testator in suo testamento heredibus præceperit, vt in societate vsque ad tempus certum permaneant: nam tale præceptum valet, secundum Bal. *in l. 4. in princ. ff. de cond. inst. Dec. cons. 441.* Quia testator potest prohibere, ne diuisio bonorum vsq; ad certum tempus fiat, *vt Bal. vbi supr. & ibi Ang. Bar. in l. Quintus, §. argento, ff. de aur. & arg. legat. & Castren & Alex. in l. si nõ fortẽ, §. si centũ, ff. de cõd. ind.* Et maiores possent tali pcepto in eorũ fauorẽ facto renũtiare. *Oldr. in cons. 241. Greg. Lup. in l. 9. vers. secundo limita, tit. 10. p. 5. Ioan. And. in tit. de iud. in 4. p. § sequitur, vers. Item heres, in addit. mag. incip. ibi, hinc, §. ad hæc, in fin. ad Speculatorem,*

Palat.

Palat. in rubric. in repetit. rubr. de donation. inter virum & uxorem, in §. *54. num. 6.* Societas contrahi † potest, siue vniuersorum bonorum, siue alicuius negotiationis, siue vectigalis, siue etiam rei vnius, *l. 5. ff. pro soc. & Institut. de societate, in princ. l. 3. tit. 10. part. 5.* Super † rebus autem & contractibus illicitis coiri non potest, *l. iurisgentium, §. si ob maleficium, ff. de pact. l. neque praetermittendum, ff. pro socio.* Quia delictorum fœda & turpis communio est, *l. quod autem, ff. pro soc. l. 3. tit. 10. p. 5.* & ibi Greg. tenet, quod etiam ad expensas ex dicta societate actio non oritur, Anch. *cons. 184. num. 2.* 11 12

SVMMARIA.

1 *Societas omnium bonorum specialiter coiri debet.*

2 *Societas omnium bonorum contrahitur, si dicatur, quod ex quacunque caussa quæsita communicentur.*

3 *In societate omnium bonorum simpliciter contracta, bona etiam futura sunt communicanda.*

4 *Si mentio bonorum tantum præsentium fiat, quando societas contrahitur, bona futura non communicantur.*

5 *In societate omnium bonorum, omnia vndecunq; quæsita æqualiter inter socios diuidenda sunt, nulla ratione habita vnus expenderit, vel lucratus fuerit plus, quam alius.*

6 *Inter socios omnium bonorum, bona quasi castrensa & castrensia communicantur.*

7 *Expẽsæ & onera omnia sunt cõmunia inter socios omniũ bonorũ.*

8 *Quod vnus ex sociis expendit in honorem, vel in nuptiis contrahendis, vel in Doctoratu filiorum, societati imputatur.*

9 *Debita contracta ab vno sociorum omnium bonorum cum republica occasione magistratus, sunt communia.*

10 *Quod propter condemnationem socius omnium bonorum soluit, est commune, nisi eius culpa præcesserit.*

11 *Hereditas & legata, cuicunq; ex sociis obueniẽtia cõmunicantur.*

12 *Quod vnus sociorum omnium bonorum consequitur, ratione iniuriæ sibi illatæ, communicatur.*

13 *Dos lucrata ex pacto vel statuto, vel alia de caussa ab vno sociorum omnium bonorum communicatur.*

14 *Alimenta familiæ quorumlibet sociorum omnium bonorum sunt communia.*

15 *Quod per quamlibet familiam sociorum omnium bonorum acquiritur, communicatur.*

16 *In societate omnium bonorum communicatur, quod pater per iniuriam illatam filio acquirit, & quod frater Doctor lucratur.*

17 *Dos data filiæ vnius ex sociis omniũ bonorũ societati imputatur.*

18 *Dos & alimenta pari passu ambulant.*

19 *Societas tacita non differt ab expressa omnium bonorum.*

20 *Societas omnium bonorum qualiter contrahitur.*

21 *Societas tacita habet eosdem effectus, quos expressa, quia data paritate terminorum taciti & expressi, idem est iudicium.*

22 *Dos succedit in locum legitimæ.*

23 *Hereditas patris vel liberti, dicitur quasi debita filio vel patrono.*

24 *Quasi debitum iure naturæ acquiritur societati omnium bonorum, & ideo debitum quasi naturale dotandi illis imputatur.*

25 *Argumentum de alimentis ad dotem, validum est in iure.*

26 *Societas omnium bonorum non contrahitur inter fratres, ex eo, quod sint socii in bonis hereditatis.*

27 *Socius omnium bonorum tenetur communicare fundum suo nomine emtum, sed iure Regio Partit. ipso iure communicatur.*

28 *Socius omnium bonorum, si suo nomine fundum emerit, aliis sociis scientibus & patientibus, non tenetur communicare, quia videtur a societate recedere.*

29 *Societas omniũ bonorum cõtrahitur, quando vndecunque quæsita in communi ponuntur, etiamsi vnus sociorũ tantũ negotietur.*

30 *In societate omnium bonorum ratio laboris socii, qui negotia gessit, habenda est.*

31 *Quando vnus fratrum tantum negotiatur, & alii fratres nihil in commune ponunt, nulla societas contrahitur.*

32 *Ratio operarum & laborum filiorum fratris, circa bona heredita-*

reditaria communia, haberi debet in societate singulari.

33 *Sumtus magni facti in alimentando familiam fratris diuitis, illi imputantur in diuisione rerum communium, in eo, quod excedunt alios sumtus alterius fratris.*

34 *Fratres, qui mortuo patre, vna simul simpliciter viuunt, sunt socii singulares.*

35 *Quando fratres sunt socii singulares in diuisione bonorum, est seruanda æqualitas, ita vt habeatur ratio laboris & expensarum, quas quisque fecit.*

36 *Impensa parua non attenditur inter fratres.*

37 *Minor non potest donare.*

38 *Societas inter fratres & consanguineos præsumitur quoad lucra & alia bona contracta, quando omnium bona de communi consensu in castro & æstimo posita sunt.*

39 *Societas inter fratres & consanguineos præsumitur quoad lucra & alia bona, si extraiudicialiter confitentur se esse socios lucrorum & aliorũ bonorum, vel maioribus dicentib. consensissent.*

40 *Societas inter fratres & consanguineos, quoad lucra & alia bona præsumitur, quando reliqua bona tanquam communia longo tempore possederunt.*

41 *Societas inter fratres, quoad lucra & alia bona præsumitur, si aliqua prædia ex lucris emta fuissent.*

42 *Societas omnium bonorum, vt præsumatur, tria concurrere debent, communis habitatio, lucrorum communicatio, de administratis reddita ratio.*

CAPVT II.

De societate omnium bonorum.

SOcietas omnium bonorum specialiter cõtrahi debet, *l. 3. §. cum* † *specialiter, l. 3. & 6. tit. 10. p. 5.* Et idem erit, si dicatur, 1
quod ex quacunq; caussa quæsita cõmunicentur, *gl. in l. si fratres, §. idẽ Papin. in verb.* † *inuitũ, ff. pro soc. Greg. Lup. in d. l. 3. gl. 1.* 2
vide l. 47. & ibi Greg. tit. 28. p. 3. In societat. omniũ † bonor. sim- 3

pliciter contracta, bona etiam futura communicanda veniunt, *vt in l. si quis societatem contraxerit, ff. pro soc.* Et est de mente glos. *in l. 1. ff. eodem, Alber. & Aret. in dict. l. 3. §. cum specialiter.* Vide *l. 47. & ibi Greg. tit. 28. part. 3.* Et si † in coeunda societate bonorum præsentium tantum mentio facta fuisset, futura non venient, *gl. in d. l. 1. §. 1. & in l. societatem vniuersorum, ff. pro soc. l. 3. & ibi Greg. Lup. in gl. 2. tit. 10 p. 5.* In † diuidendis bonis societatis omniũ bonorum arbitri attendere debẽt, quod omnia bona vndecunque quæsita, sunt æqualiter diuidenda. Nec ad rem facit, quod vnus sociorũ lucratus fuerit, vel consumserit plus quam alter, *vt in l. si socius pro filia, ff. pro socio, Baldus in l. si patruus, col. fin. C. comm. vtriusque iud.*

4

5

6 Bona † etiam castrensia, & quasi castrensia, communicantur, *l. si fratres; in vers. idem Papinianus, & l. 1. §. 1. & l. 3. vers. cum specialiter, ff. pro soc. l. 6. tit. 10 p. 5.* Et sicut † lucra sunt communia inter socios omnium bonorum, ita & expensæ & onera communia esse debent, *l. societatem vniuersorum, ff. pro soc. l. cum duobus, §. per contrarium, & §. quidam sagariam, ff. eod.* Ex quo fit, quod † quidquid vnus sociorum omnium bonorum, in honorem liberorum suorum expendit, societati imputatur, *vt in l. societatem vniuersorum, §. maxime. ff. pro soc.* Et similiter erogata & impensa in Doctoratu, vel militia, vel etiam in nuptiis vnius ex filiis socii omnium bonorum communicantur. *ita Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. p. 6. q. 7. Menoch. in cons. 365. n. 8.* Et † inde est quod debita contracta per vnum ex sociis omnium bonorum cum republica occasione Magistratus, communia esse, *vt in l. ex parte, §. si filius, ff. famil. ercisc.* Et sic quando † vnus sociorum omniũ bonorum, actione iniuriarũ sine culpa sua aliquid erogare damnatus est, de communi præstari debet, text. *in l. cum duobus, §. per contrarium, ff. pro soc. Alex. in cons. 154. col. 1. & in consil. 70. col. 2. vol. 5.* Et † in societate omnium bonorum hereditates & legata cuicunque sociorum obuenientia, communicantur, *l. Et quia plerunque, iuncta.*

7

8

9

10

11

iuncta l. 3. §. 1. ff. pro soc. l. 12. in princ. tit. 10. part. 5. Et si ratione condemnationis † ex maleficio per aliũ facto, aliquid socius 12
consecutus fuerit, inter socios communicatur, *vt in l. si societatem vniuersorum, ff. pro soc* Notat † *Bald. de capitan. qui curiam* 13
vend. in princ. col. fin. versic. Formatur etiam alia quæstio. Item dos, quam ex pacto vel statuto, aut alia ex caussa vnus ex sociis lucratur, societati acquiritur, *ita gloss in l. quod si eo tempore, ff. pro socio, Alex. in l. si cum dotem, §. transgrediamur, ff. solut. matrimon. Ias. in cons. 3. col. fin. in princ. volum. 3. Dec. in cons. 68. col fin. Roman. in cons. 306. & in consil. 406. num. 2. Anch. in cons. 302. nu. 7. Dec. in cons. 63. col 3. vers. Non obstant allegata, Menoch. in tract. de præsumt. lib. 3. præsumt 56. num. 39.* Item † familia cuiuslibet so- 14
ciorum omnium bonorũ de communi ali debet, *Bal. in l cum duobus, § si fratres, ff. pro socio, in apostilla eius manuscripta, vt citat Petrus de Vbald. in tractatu societatis, quæstione 18. sexta partis.* Quia dos † in communi retinetur, *vt in l. actione, § fin. cum le-* 15
ge sequenti, ff. pro socio. Ergo idem in onere exhibitionis reliquæ familiæ: & quia, quod per totam familiam acquiritur, fit commune inter socios omnium bonorum. *l sicut ff. de oper. liberto l. cum duobus, § socium, ff. pro socio.* Vbi † quod acquirit pa- 16
ter per iniuriam illatam filio, sociis cõmunicatur. Item communicatur, quod frater Doctor lucratur, *Menoch. vbi supra numer. 4.* vbi alios Doctores refert.

Quæ omnia † optime faciunt ad quæstionem; *An filia v-* 17
nius ex sociis omnium bonorum de communi dotari debeat? In qua quæstione sunt duæ magis communes opiniones contrariæ. Et per supra dicta mihi verior videtur opinio Doctorum tenentium, quod de communi est dotanda: quod expresse videtur probari *in l. si socius pro filia, iuncta gloss. 1. in versic. verum, de leg.* Quatenus intelligit dictam legem, quod quando non interuenit pactum super dote danda, si dos filiæ vnius sociorum, antequam societas solueretur, data fuit, societati imputatur. Et ita intelligit *d. l. si socius pro filia,* Antonius de Butr.

in conf. 7. Ruinus in consil. 104. volum. 11. vers. sed praecedentis, volum. 1. Quos refert & sequitur Rolandus a Valle *in cons. 91. numer. 40. libr. 1.* Et quia, *vt inquit Ruinus in d. cons.* si filia de com-
18 muni est alenda, similiter & dotanda: quia † valet argumentum de vno ad aliud, *vt per Bald. & Ang. in l. 1. ff. solut. matrim.* & ibi est communis opinio Doctorum, *secundum Ruin. in dict. consil.* Idem tenet Bald. & alii quamplurimi Doctores, quos refert Roland *in dict. cons. num. 45. & 46. & 47.* & eam dicit communem Decius *in cons. 66. col. 4.* & magis communem vocat Menoch. *in cons. 375. num. 11. & in casu 127. num. 3. lib. 2. de arbitrar. iud.* Et hanc sequitur Greg. Lup. *in d. l. 6. in verb. com-*
19 *munales, in vers. & hoc videtur, tit. 10. p. 5.* Vbi † tenet idem seruandum fore in societate omnium bonorũ tacite contracta, quia militat eadem ratio, vtputa, quando fratres vel consan-
20 guinei † in communi hereditate communiter remanserunt, fructus omnes ac quaestus in communi ponentes, & lucra participantes, & rebus emtis communiter vsi sunt, nulla ratione reddita: *ita Angelus in cons. 112. Baldus in l. si patruus, colum. final. C. communia vtriusque iudic. & in cons. 19. volum. 1. & in consil. 452. lib. 3. Riminald. in cons. 466. num. 29. cum sequent. Iason. in consil. 2. colum. 5. volum. 3. & in cons. 3. volum. 3. eodem volum. Anchar. in cons. 302.* Quia societas solo consensu contrahitur, *vt Institut. de obligation. quae ex consensu, l. 1. ff pro socio, l. 1. tit. 10. partit. 5.* Et talis consensus declaratur ex actibus promiscuis, qui citra ius & nomen societatis tacite fieri non possunt, *vt per Bartolum in l. Titium, §. altero, ff. de administration. tut. & cur. & in l. si patruus, C. communia vtriusque iudic. Decius in consil. 66. colum. 2. & in consil. 68. column. 4. & consil. 304. column. final. & in*
21 *consil. 628. column. 1. & in consil. 548. colum. 2.* Vbi † inquit, hanc esse communem opinionem Doctorum, quod inter societatem tacitam & expressam, data terminorum paritate, nulla est differentia, quia ita tacita sicut expressa contrahi in omnibus potest, quia cum solo consensu contrahatur, par est
vis

vis taciti & expressi, *l. cum quid, ff. si certum petatur, Decius in rubrica C. qui testamentum facere poss.* Et hanc esse communem opinionem testatur Aymon *in cons. 26. colum. 2. volum. 1. Ruinus in consil. 104. colum. 9. vers. Non obstat etiam sexta ratio, volum. 1. & in consil. 121. columm. 1. in fin. volum. 5.* Vbi inquit apud se valde erroneum esse, dicere, quod si societas omnium bonorum sit tacite contracta, quod tantum quæstuaria veniant in ea, quia videntur repugnantia, quod sit omnium bonorum, & quod tantum quæstuaria in ea veniant: subdens hoc esse contra mentem omnium. Idem Rub. Alexand. *in consil. 87. per totum, quos refert & sequitur Rolandus a Valle in dict. consil. 91. numer. 28. & 29. volum. 1. additio. ad Romanum in consil. 291. numer. 5. in litera D.* vbi ad id multos Doctores refert, & hanc dicit magis communem opinionem, & magis veram, & eam sequitur Menoch. *in tractat. de præsumtion. lib. 3. præsumtion. 56. num. 37. Bursat. in consil. 328. num. 11. libr. 3.* Nec obstat additio ad Alexand. *in consil. 154. libr. 2.* vbi inquit, quod multum errant Doctores, & in re clarissima cœcutiunt, dum tenent, quod filia sit dotanda de communi, & quod dos sit societati imputanda, cum (vt ipse inquit) dos sit in locum legitimæ, seu totius, vel partis portionis † hereditariæ: & sic filia videtur do- 22
tem percipere, tanquam partem suam de bonis patris. Igitur, licet quamdiu durat societas, dos sit danda de communi, tamē societate finita, debet reputari in partem fratris sui dotantis in diuisione societatis, & omnium bonorum: & quod ita tenet Petr. de Ferrar. *in forma libell. in caussa societatis, versicul. vndecunque quæsita:* & alii, quos ibi refert. Nam additionator Alexandri potest eisdem verbis, quibus locutus est, reconueniri, & eius ratio facillime dissoluitur argumentis & rationibus, quas pro contraria parte tradit Rolandus a Valle *in dict. consil. 91. numer. 30. cum sequentibus, vsque ad numer. 45.* Et ea, quæ contra dictam rationem additionatoris faciunt referam. Roland. *vbi supra numer. 47.* inquit: Quin-

to corrobatur hæc sententia per text. *in l. quia plerunque, iuncta l. 4. §. final. ff. pro socio.* Dicitur enim *in dicto* §. simpliciter & absolute, quod socii omnium bonorum acquirunt hereditates, legata & vndecunque quæsita societati. Et sic hereditas,
23 quæ prouenit a patre vel a liberto, communicatur. Ex † quo simpliciter & absolute loquitur, q̃ hereditas patris vel liberti dicitur, quasi debita filio vel patrono, *d. l. quia plerunque.* Sicut ergo illud, quod quasi debitum iure naturæ vni ex sociis
24 omnium bonorũ acquiritur societati; Ergo † quasi debitum, ad quod vnus ex sociis omnium bonorum iure naturæ tenetur, debet esse omnibus commune. Sed dos dicitur a patre filiæ, quasi debita, vt est gloss. communiter approbata *in l. mulier, §. cum proponeretur, ff. ad Treb.* Igitur onus dotandi, debet esse commune. Et nota, quod ratione, qua fundatur Additio. Alex. fundat contrarium Roland. qui *num. 40.* dicit, quod dicta conclusio probatur *in d. l. si socius pro filia, vt supra, num. 17.* diximus, & *n. 41.* inquit, quod sicut dos, quæ ex pacto vel consuetudine lucratur, ab vno ex sociis communicatur, ita & onus dotandi communicari debet. Et *n. 42. cum seqq.* inquit, se-
25 cundum † Ruinum, quod sicut filia est de communi alimentanda, ita est dotanda de communi; quia valet argumentum de alimentis ad dotem, secundum communem opinionem Doctorum *in l. 1. ff sol. matr.* Et dictum est *sup. n. 18.* Nota, quod
26 non ex † eo, quod fratres sint socii in bonis hereditariis, præsumitur inter eos omnium bonorum contracta societas, nisi vndecunq; quæsita contulerint & communicauerint, *vt supra n. 20. diximus. Ita Alex. in cons. 110 in fin. lib. 3. Menoch. in cons.*
27 *375. num. 32. Aym in cons. 26. n. 4 lib. 1.* Quando † societas tacita omnium bonorum contracta fuerit, si vnus ex sociis fundum ab alio emisset nomine suo, communicare sociis tenetur, *secundum Bald. in l. 1. C. si quis alteri vel sibi, & in l. sicut proponis, in fin. C. de rei vend. & in l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ liber. probatur in l. si patruus, vbi notat Bald. C. comm. vtriusq; iud. Alex.*

in

in conſ. 49. vol. 1. & conſ. 37. vol. 4. Quia ſocii putant, quod no-
mine ſocietatis † emerit, *Ruinus in conſ. 90. n. 6. vol. 1. vbi allegat* 28
modernos in l. 1. C. qui teſtam. facer. poſſ. Et quod cogatur com-
municare rem ſuo nomine emtam, probatur *in l. ſi quis ſocie-
tatem contraxerit, ff. pro ſocio, Roman. in conſil. 191. numer. 10. An-
char. in conſ. 149. num. 4.* de quo vide late Matienc. *in l. 2. gloſ. 1. a
num. 29. vſque ad num. 35. tit. 9. libr. 5. noua Recop.* Hodie tamen
attenta *l. 47. in fin. tit. 28. part. 3.* videtur dicendum, quod di-
ctus fundus ipſo iure communicatur, licet ſuo nomine ſocius
emerit, nam ita in ſocietate vniuerſali expreſſa in d. cta lege
deciditur, *vt ibi Greg. Matienc. in l. 2. gloſ. 3. num. 9. tit. 9. libr. 5.
noua Recop.* Sed ſi emiſſet, ſocio vel ſociis ſcientibus & patien-
tibus, non teneretur communicare, nam per talem actum a
ſocietate recedere videtur, *l. itaque, iuncta l. 1. §. magiſtratum
autem, ff. de exercit. action. Bald. in l. ſi ſocius, ff. ſi certum petatur, A-
lex. in conſ. 137. volum. 5. Gregor. Lop. in l. 7. in verb. Vna coſa. in fin.
titul. 10. part. 5. Aymon in conſ. 26. num. 9.* Societas omnium bo-
norum † non impeditur ex eo, quod vnus ſociorum fratrum 29
negotietur, alter non, quia ſufficit, quod ille negotia commu-
ni nomine gerat, & lucra in communi ponat, *Alexand. in con-
ſil. 73. col. 2. verſ. idem eſſet dicendum, vol. 4. Veronenſ. in conſ. 40.
colum. 2. Socin. in conſil. 160. colum. 2. verſ. & ſi dicatur, & in conſ.
192. col. 2. in fin. verſ. Quinimo etiamſi vnus tantum, quos refert &
ſequitur Aymon in conſ. 159. num. 3. lib. 13. Baldus in l. 1. num. 15. C.
commun. vtriuſque iudic. Ancharan in conſ. 302. Cæpol. in conſ. 400.
numer. 1. in ciuilibus.* Quod etiam procedit in ſocietate tacita
omnium bonorum, *vt tenet Crau. in d. conſ. 15. nu. 3.* Quia non
eſt impedimento circa opera ruſtica, vnus vacet, & alter ne-
gotietur, quando lucra negotiationis & redditus communes
communicantur, *ſecundum Bal. in l. ſi patruus, C. commun. vtri-
uſque iudic. Alex. in conſ. 37. colum. 2. circa medium, verſ. & idem eſ-
ſet dicendum, lib. 4. Veronenſ. in dict. conſ. 40. col. 2. Anchar. in d.
conſil. 302.* Idem erit ſi alter nihil faciat, ſed tamen ponit in

communi lucra sua, vt puta redditus prębendæ, vel salaria sua, *Ias. in l. 1. column. 4. vers. tertius casus, C. qui testam. facer. poss. & in*
30 *consil. 2. col. 6. post med. & col. 10. lib. 3.* Sed † ratio operarum & laboris socii, qui negotia in societate omnium bonorum gessit, habēda est: Nam respectu laboris plus capitalis societati contulisse videtur, & ideo plus de lucris habere debet, *ita Decius in l. illud. in fin. C. de collatio. Corn. in cons. 23. libr. 1. & in cons. 58. col. 3. vers. & ex his alias, libr. 4. Crauet. in dict. cons. 159. num. 11. libr. 1.*
31 Quando † vnus fratrum vel consanguineorum tantum negotiaretur, & alii non, si aliunde quæsita non cōmunicarent, nulla societas inter eos contracta censetur. *secundum Bart. in l. Titium & Mæuiū, §. altero, ff. de administ. tut. & cur. Paul. de Cast. & Fulg. in l. si patruus, C. comm. vtr. iud. Ias. in l. .. n. 8. C. qui testam. fac. poss.* Quia in societate coeunda requiritur, quod ex vtraq; parte aliquid conferatur, vel in opera, vel in pecunia, *l. 5. pro*
32 *soc. Menoch. præsumt. lib. 3. præsumt. 56. nu. 4.* Dubium † autem est, quando mortuis parentibus duo vel tres fratres res hereditarias pro indiuiso, & in communi multo tempore possederunt, an in iudicio famil. ercisc. & comm. diuid. operarū ratio habenda sit, ita vt plus patri filiorum pro eorum operis adiudicetur, & Ang. *in l. ex duobus, ff. de neg. gest.* tenet, operarū rationem habendam esse, *arg. l. si id, §. si quas, ff. de donat. inter vir. & vxor.* Et idem videtur tenere Bal. *in additio. ad Bart. in tract. de duob fratrib.* vbi inquit, quod si sint duo fratres, quorum vnus habet filios, alter non, & filii in agro communi laborant, quod ratione operarum filiorum plus fructuum habere debet: & idem tenet *in l. si patruus, in penultim. quæstion. C. commu. vtriusque iud Angel. in consil. 10. Alexander in consil. 77. num. 2. libr. 5. Petr. de Vbald. in tractat. de duob fratrib. part. 3. quæstion. 2. & part. 6. q. 15. Alex. in cons 133. num. 1. & in cons. 99. per tot. libr 2. Ias. in consil. 5. lib. 1. Corn. in consil. 152. in fin. & cons. 199. nu. 1. lib. 3.*
33 *& consil. 58. lit. F. & cons. 299. lib 4.* Ad quod † facit, quod dicunt Angel. & Paul. *in l. fin. C. de collation.* Quod si vnus frater habet maio-

maiorem familiam, quam alter, ille alius poterit a fratre repetere, quatenus plus impensum est in alimētando familiam suam, si sumtus sunt magni, & frater habens maiorem familiam, erat diues. Vide Ruinum *in conf. 101. num. 1. lib. 4.* qui post Alexand. & Roman. intelligit Bald. *in l. filia cuius, in 3. notabil. C. familia ercifcund.* Qui contrarium † videtur tenere in modicis alimentorum expensis: quia mortuo patre, quando duo fratres vna simul simpliciter viuunt, singulares sunt socii, *secundum Baldum & alios Doctores in l. 1. C. qui testament. facer. poss. Idem Baldus in l. si patruus, C. comm. vtriusque iud.* Et communem dicit Ias. *in conf. 5. col. 1. libr. 1.* Vide Mascard. *in conclus. 31. lib. 1. de probat.* Et vt † æqualitas seruetur, ratio eius, quod plus expensum ab altero fratre est, haberi debet, *vt in l. si non fuerint, ff. pro socio.* Et quia quis non debet locupletari cum alterius iactura, *c. locupletari, de reg. iur. in 6.* Et quia nunquam præsumitur donatio, nisi probetur, *l. cum de indebito, ff. de prob. l. Campanus, de oper. liber.* Maxime quando coniectura administrationis concurrit, *l. Nesen. ff. de neg. gest. l. pen. tit. 12. p. 5.* Et qui plus laborat & expēdit, plus commodi consequi debet: circa quod arbitrium boni viri versatur, *l. secūdum natur. ff. de reg. iur. Bal. in l. 1. col. 2. vers. quæro, ff. pro soc. l. 5. vers. Otrosi dezimos. tit. 10. p 5.* Item, quia expensæ factæ in societate, & in eius vtilitatem ab vno ex sociis de communi; illi soluendæ sunt, *l. si fratres, §. si in communem, & l. si pro socio, §. 1. ff. pro soc.* Et ita, quod vnus ex fratribus, ob militiam siue dignitatem, siue in libros, siue in dotem alicuius filii vel filiæ impendit, in diuisione illi imputandum est, *Menoch. de arb. iud. cas. 127. nu. 7. lib. 2.* vbi † multos Dd. ad id refert, quod *ibi n. 8. & seqq.* limitat, nisi animus donādi ex coniecturis colligeretur, vel impensa sit parua: nam si esset magna, etiam in alimenta familiæ facta imputaretur: nisi frater † impendens esset minor viginti quinq; annis, quia donare non pōt, *l. vlt. §. vlt. C. si maior fact. alien. rat. hab. l. in caussa, §. item relatū. ff. de minor.* Quæ dicta sunt, pcedunt in societate

(margin numbers: 34 beside "Qui contrarium †", 35 beside "Et vt †", 36 beside "vbi † multos", 37 beside "frater †")

singulari; Nam si omnium bonorum esset societas, aliter dicendum esset, *vt supra num. 5. cum seqq. diximus.* Coniecturas, quibus præsumitur inter fratres & consanguineos, quoad lucra & alia bona, contracta societas, refert Menoch *in tract. de præsumt. lib. 3. præsumt. 56. a num. 31. vsque ad num. 35.* Quarum
38 prima est, quando † bona omnium de communi consensu, & communi nomine in castro & æstimo posita sunt, *secundum Roman. in cons. 291. & Barbat. in cons. 37. col. 4. lib. 2.* Secunda
39 coniectura † est, quando ex confessione extraiudiciali constaret eos dixisse, tam lucrorum quam aliorum bonorum socios esse, vel si consensissent alicui ex suis maioribus dicentibus, quod esse deberent omnium bonorum socii. *Ita Roman. in d. cons. 291. num. 7. vers. Secundo istud, & num. 8. vers. 3. nec eam, Ias. in cons. 2. colum. 7. vers. septimo vltra, lib. 3. Soc. Sen. in cons. 160.*
40 *col. 3. in fi. lib. 2.* Tertia † coniectura est, quando longo tempore reliqua bona, tanquam communia possederunt, *Barbat. in*
41 *d. cons. 37. colum. 4. vers. item in casu nostro, lib. 2.* Quarta † coniectura est, quando aliqua prædia communi nomine emta fu-
42 issent. *Ita Butricar. in consil. 71.* Ad hoc, quod † societas quoad reliqua bona, & omnium bonorum tacite præsumatur, tria concurrere debent, nempe communis habitatio, lucrorum communicatio, & de administratis non reddita ratio, *Bald. in l. si patruus, num. 16. C. commun. vtriusq. iud. Ancharan. in cons. 302.* Mascard. inquit de mente fere omnium Doctorum esse *in lib. 3. de probat. concl. 1310. nu. 23.* Vide Matienc. plures referentem *in 1. gl. §. 2. num. 26. tit. 9. lib. 5. Recop.*

SVMMARIA.

1. *Conuentiones licitæ inter socios facta, tempore contractæ societatis custodiendæ sunt.*
2. *Pactum quod alter socius de dolo non teneatur, non valet.*
3. *Pactum, quod vnus sociorum totum lucrum sentiat, & alter damnum, non valet, quia est leonina societas.*

4 Pa-

4 *Pactum, quod alter socius plus lucri quam alter habeat, valet, si plus laboris vel periculi pecuniaue societati contulerit.*

5 *Pactum, quod alter socius nullum damnum sentiat, valet, si eius industria, vel opera & periculum æquiualeat pecuniæ alterius.*

6 *Capitale si perdatur in societate, in qua vnus capitale posuit & alter operam, sunt duæ communes opiniones contrariæ circa damni diuisionem, & magis communis opinio est, quod diuidatur, quam non sequitur auctor sed Greg. Lup. distinctionem.*

7 *Consuetudo mercatorum loci, vbi fuit contracta societas, est seruanda circa lucra & damna, quæ societati obuenerint, quando super his nihil conuentum est.*

8 *Pactum, quod ponens operam, partem tantam lucri, quantam damni sentiat, valet, quia opera æquiparatur interusurio pecuniæ: quod intellige, vt ibi.*

9 *Pactum, quod ponens pecuniam deducat eam integram, valet, si opera & periculum alterius pecuniæ non æquiualeat.*

10 *Pactum, quod capitale cum ponente operam diuidatur, valet.*

11 *Capitale perit immittenti, quando super eo nihil conuentum fuit, secundum communem opinionem Doct. quam veram in foro conscientiæ dicit Nauarr.*

12 *Pactum de lucris æqualiter diuidendis, valet, etiamsi alter socius plus pecuniæ vel periculi, vel laboris societati contulerit.*

13 *Pactum de inæqualibus lucris non valet, quando capitale est æquale.*

14 *Quando nullum pactum super lucris factum fuit, lucra & damna sunt diuidenda æqualiter, si æqualiter socii contulerunt, sin minus, prout quisque contulit, in quo arbitrium iudicis versatur.*

15 *Socius, qui operam æqualem pecuniæ alterius posuit, si pecunia mutuo accepta negotietur, & quidquid lucratus fuerit, lucrum eius erit, sicut & periculum.*

16 *Actus voluntarii nostri non extenduntur vltra quam proferuntur.*

17 *Socius vnius negotiationis, qui suo nomine emit fundum, non tenetur aliis sociis communicare, sed pecuniam, qua emit, si communis erat.*

18 *Socius præsumitur semper de pecunia sua rem emisse, etiamsi communi nomine emat, secundum magis communem opinionem, nisi sint coniecturæ in contrarium.*

19 *Societate simpliciter contracta nulla rerum mentione facta, lucra quæstuaria tantum communicantur, nisi dictum sit, quod lucra diuidantur, nam tunc etiam lucra non quæstuaria communicantur.*

20 *Societate in iurisdictione contracta omnia acquisita iurisdictionis caussa, etiam pœnæ pecuniariæ ex delicto prouenientes communicantur.*

21 *Pœna pecuniaria, quæ ob iniuriam socio illatã illi applicata fuit, non fit communis in societate iurisdictionis.*

22 *Societate cum patre eiusque filiis contracta, pater cum filiis dimidiam partem lucri vel damni habere debent, & aliam dimidiam partem alter socius.*

23 *Societas alicuius rei vel negotiationis tacite contrahitur, vtputa, si margarita alicui detur, vt certo pretio vendat, & quod si plus vendiderit, illud plus sit vendentis.*

24 *Societas tacite contrahitur, si vnus emerit solum monumenti & alius construxerit, & actum sit, quod vendito monumento plus pretii habeat qui solum emit.*

25 *Societas tacite contrahitur, si res alicui detur, ita vt si melior fiat, communicetur vel eius pretium.*

26 *Societatis contractæ animus ex qualitate rei & personarum colligitur.*

27 *Societas censetur contracta inter fratres & consanguineos circa negotia, in quibus lucra communicantur.*

28 *Societas censetur contracta inter fratres & consanguineos, quãdo lucra communicantur, etiamsi singuli diuersas mercantias & negotia exerceant.*

28 So-

29 *Societas non censetur contracta cum pupillo, etiamsi fratres cum eo sociales actus agant, quia pupillus obligari non potest.*

30 *Societas cum furioso & cum his, qui legitimo consensu carent, non præsumitur: & idem est cum his, qui negotiari non possunt, vt sunt Clerici.*

31 *Societas non præsumitur contracta cum minore 25. annis curatorem habente, quia sine curatore obligari non potest.*

32 *Societas non contrahitur nec præsumitur cum pupillo & minore, etiamsi de eorum vtilitate agatur.*

33 *Pupillus factus pubes, potest ratificare quod cum eo est communicatum, & communi nomine factum in pupillari ætate si ei vtile sit.*

34 *Societas vniuersalis vel singularis cum pupillo contracta, censetur ex socialibus actibus cum eius tutore factis a fratribus vel consanguineis pupilli.*

35 *Societas cum pupillo præsumitur contracta, si patris præceptum negotiationis communione exercendæ præcessit.*

36 *Societas cum pupillo & minore contracta, censetur circa bonorum & lucrorum fructus.*

37 *Societas cœpta cum maioribus pupilli, cum eo continuari potest, & præsumitur ex actibus socialibus.*

38 *Societas præsumitur, si libri rationum communi nomine inscripti & intitulati sunt.*

39 *Societas præsumitur si inscribendis partitis aliquis socius nominetur.*

40 *Societas censetur contracta, si aliquid communi nomine ematur.*

41 *Societas præsumitur contracta inter eos, qui aliquem alicui negotiationi præposuerunt.*

42 *Societas præsumitur inter eos, quorum vnus ex conuentione ponit in societate pecuniam & alter operam.*

43 *Societas præsumitur, si conuentio de diuidendo lucro facta sit.*

44 *Societas præsumitur ex omnibus actibus, qui citra ius societatis fieri nequeunt.*

CAPVT III.

De societate cuiuslibet negotiationis, vel rei expresse vel tacite contracta.

1 QVando vnius † negotiationis vel rei societas coita est, in lucris diuidendis conuentiones inter socios factas, arbitri seruare tenentur, *vt in l. iurisgentium, §. Prator ait, ff. de pact. l. si conuenerit, ff. pro soc. l. 3. vers. E todos los pleytos. tit. 10. part. 5.*
2 Nisi pactum † fuerit, quod alter de dolo non teneatur: nam ex eo, quod dat caussam delinquendi, non valet, *l. 1. §. illud, ff. deposit. l. si vnus, §. illud, ff. de pactis, l. 9. in princip. tit. 10. part. 5.*
3 Idem † erit si conuentum sit, quod vnus totum lucrum sentiat, alter totum damnum: quia est leonina societas, quæ de iure reprobatur, *vt in l. si non fuerint, & ibi glos. ff. pro soc. decis. Gen. 183. n. 4. l. 4. in fin. tit. 10. part. 5.* Sed si conuenerit, quod v-
4 nus duas † vel tres partes lucri habeat, tale pactũ tenet, si modo aliquid plus societati contulerit vel pecuniæ, vel operæ, vel cuiuscunque alterius rei caussa; vt *in l. si non fuerint, ff. pro socio,*
5 *l. 4. tit. 10. part. 5.* Et similiter † possunt conuenire, quod alter nullum damnum sentiat, cum eius industria pecuniæ alterius æqualis est, vel tantundem eius labor & periculum societati
6 confert, *vt in d. l. si non fuerint, & in dict. l. part.* Dubium † magnum inter Doctores versatur, quando vnus ex sociis posuit in societate pecuniam, & alter operam; & pecunia peremta, societas soluta est: an qui posuit operam, ad dimidiam partem pecuniæ peremtæ teneatur? Et glo. *in d. l. si non fuerint, in §. 1. super verb. solus, & in l. 1. ff. pro soc. C.* tenet, periculum solius im mittentis pecuniam fore, & ideo alterũ non teneri. Idem tenent Bartol. Angel. Paul. de Castr. *in dict. l. 1.* Quam glossam dicit communiter approbatam Palat. Rub. *in repet. cap. per vestras, super text. col. 50.* Quia quatenus quis lucrum sentit, & damnum sentire debet, *vt in l. secundum naturam, ff. de regul. iuris, l. manifestissime, §. sed enim, C. de furt.* & qui operam ponit, lucrum

lucrum de capitali non capit. Ergo, &c. Salycet. & alii *in d. l. 1.* tenent contra dictam glos. quod damnum amissæ pecuniæ communicandum sit, per textum *in l. cum duobus*, §. *quidam sagariam, & l si id quod, § idem Celsus, ff. pro socio,* quia non datur differentia inter ponentem pecuniam in societate, & inter ponentem pecuniam, & ponẽtem operam, cum opera loco pecuniæ sit, *vt in d l. si non fuerit*, §. *1.* Hãc dicit cõmunem opinionẽ Tiber. Deci. *in cons. 69. n. 64. Burs. in cons. 220. n. 49. vol. 3.* Gregor. Lup. *in l. 10. in verb. Perdio, in vers. Ego vero,* concordando † dictas opiniones, sic inquit: quod si circa supradicta 7
esset consuetudo inter mercatores loci, vbi societas contracta fuit, consuetudo seruanda est, quia secundum consuetudinem societas contracta videtur, *l. semper in stipulationibus, ff. de regul. iuris, l. quod si nolit, § quia assidua, ff. de ædil. edict. auth. de fideiuss.* §. *fin.* Et † si pactum fuerit, quod ponens operam tan- 8
tam partem lucri, quantam partem damni sentiat, pactum seruabitur; quia opera æquiparatur interusurio pecuniæ: & sicut qui perdit pecuniam, perdit interusurium, ita ponens operam eam perdere debet: & ideo tale pactum valet, *secundum gloss. in cap. plerique, 14. quæst. 3.* Et videtur velle Abb. *in cap. nauigan i, colum. 2. de vsuris, Pal. Rub. vbi supra.* Quod intelligit Gregor. quando capitale, finita societate, diuidendum venit, alias, inquit, quod esset iniustum. Nisi † secundum Soc. *in con-* 9
sil. 265. volum. 2. opera vnius & periculum non æquipolleat pecuniæ alterius: nam ratione minus valoris operæ poterit in pactum deduci, quod ponens pecuniam integram habeat, per dictam *l. si non fuerint*, §. *1. ff. pro soc. &* §. *de illa, Inst. eodem titul. decis. Gen. 159. num. 2.* Sed si † non esset consuetudo, nec pa- 10
ctum & societas simpliciter contracta fuit; quia vnus pecuniam, alter operam posuit, pacto inito, quod finita societate, capitale inter eos communicaretur; tunc, si perdatur capitale, damnum communicandum est: quia qui sentit lucrum, & damnum sentire debet. Quod † si totum capitale immitten- 11

ti reseruatum sit, quod in dubio præsumitur; secundum communem opinionem Doctorum, immittenti perit, secundum d. gloss. *in d. l. 1. C. pro soc* communiter approbatam. Ita Greg. & bene. Quam etiam dicit communem opinionem Couar. *in c. 3. n. 2. lib. 3. variar. resol.* Et eam veram in foro conscientiæ
12 describit Nauar. *in Manual. confess. c. 17. n. 252.* Dubium † est, quando alter plus pecuniæ vel operæ & laboris societati cōtulit, an pactū de lucris æqualiter diuidendis valeat? Et Balb. *in cons. inci. Ex facto proponitur, quod Iulian. tenet quod sic*: quem sequitur Phil. Corn. *in cons. 266. ad finem, 1. col. vol. 3. & in l. si pa-*
13 *scenda, C. de pact. & in d. cons. 266.* intelligit † Azon. & gloss. *in d. l. si non fuerint*, quando æqualiter contulerunt, & de inæqualibus lucris conuenerunt: nam tale pactū non valet. Quando nullum pactū super lucris diuidendis factū fuit, & æqualiter in
14 pecunia † vel operis & labore societati socii cōtulerunt, lucra æqualiter diuidēda sunt: alias secundū quantitatem pecuniæ, vel portionis, vel laboris, ita vt qui plus pecuniç vel laboris cōtulit, plus lucri habeat, *vt in d. l. si nō fuerint, & l. 3. vers. E si sobre: tit. 10. par. 5.* Nam qui plus contulit, plus commodi habere debet, *vt in l. secund. naturam, ff. de reg. iuris, Bald. in l. 1. vers. quarto quæro, ff. pro soc.* Circa quod arbitrium boni viri versatur, *l. si societatem, ff. pro soc. l. 5. vers. Otrosi 2. tit. 10. part. 5.* Ex quibus sequi-
15 tur, quod † si vnus ex sociis, qui operam æqualem pecuniæ alterius posuit, pecuniam mutuo accepit, & cum ea negotiatus est, & lucrum est consecutus, totum lucrum eius erit, quia suo periculo pecuniam exposuit, & suo nomine negotium gessit, & sic damnum & lucrum eius erit, *l. si vnus ex sociis, §. si vnus, ff. pro soc. l. Idemque §. si mandauero ff. mandati, Bart. in l. quia poterat, in fine, ff. ad Trebell. Greg. Lup. in l. 5. gloss. fin. in fin. tit. 10. parti. 5. text. videtur expressus in l. 7. vers. Mas las otras ganancias que fizieren por otra razon, non las deuen partir entre si; antes deuen ser*
16 *propia del que las ganare. tit. 10. part. 5.* Idē procedit † in societate taciti contracta, quia actus nostri voluntarii non extendūtur
vltra-

vltra, quam proferuntur, *l. fin. C. ne vxor pro marito, l. 1. §. hoc interdicto, ff. de itin. actuq. priuato, Bart. in l. Titium & Mauiũ, §. altero, ff. de administ. tut. & cur.* vbi *in col. fi.* inquit, quod si vnus ex socius emeret † fundũ nomine suo, nõ teneretur fundũ communicare, sed pecuniam, qua emit fundũ, si societatis tacitæ pecunia fuisset, *vt in l. si vnus, §. 1. ff. pro soc. quē refert & sequitur Alex. in cons. 152. nu. 5. vol. 7.* vbi inquit, secundum Bart. *in l. cum proponas, per illum text. C. pro soc. & Bart. in l. si patruus, C. communia vtriusque iu. & Bald. in l. penult. C. si quis alteri vel sibi.* Quod in dubio † præsumitur de propria pecunia emisse. Quã dicit magis communem opinionem idem Alex. *in cons. 134. num. 7. lib. 5.* Etiamsi nomine communi socius emisset, nisi in instrumẽto emtionis dictum sit, quod pecunia soluta erat communis. *Ita Alex. in d. cons. 134. num. 7.* Nisi adsint coniecturæ in contrarium: *Anchar. in cons. 302. num. 9.* & quando socius rem suo nomine emtam teneatur aliis sociis communicare, Vide late per Matienz. *in l. 2. glos. 1. num. 29. cum sequent. vsque ad numer. 35. tit. 9. lib. 5. noua Recopil.* Quando † societas simpliciter, nulla rerum expressione facta contrahitur, lucra quæstuaria diuidenda sunt, *l. coiri, ff. pro socio, l. 7. in princip. tit. 10. part. 5.* Nisi additum sit; quod lucra diuidantur; tunc lucra etiam non quæstuaria communia erunt, *vt in l. sed si adiiciatur ff. pro soc.* Si societas iurisdictionis † cõtracta sit, omnia iurisdictionis caussa acquisita communicãda sunt, et pœnæ pecuniariæ ex delictis prouenientes, *l. creditor, in princ ff. de act. emt.* Nisi † essent pœnæ pecuniariæ impositæ, propter iniuriam alicui ex sociis iurisdictionis illatã, quia illud, q alicui in vindictã propriæ iniuriæ debetur, alteri non cõfertur, *l. 1. §. si emãcipato, ff. de collat. bonor. l. at vbi, ff. de petitione hered. l. bouem, §. si quis seruo, ff. de adil. edict. Bal. post Oldral. de Capitan. qui curiam vendid. in princip. col. fin.* Et quia † dominus fert pœnam in vltionem iniuriæ, *c. 1. §. pen. quæ fuit prima cauf. benef. amit. Greg. in l. 8. verb. parti. tit. 10. part. 9.* Societate cũ patre, eiusq; filiis cõtracta pater & filii por-

Margin numbers (right margin, in order): 17, 18, 19, 20, 21, 22

tionem dimidiam lucri vel damni consequentur, aliam dimidiam alter socius; quia pater & filii vna persona reputãtur, *Ang. in consil. 112. quem refert Sebast. Sapia in l. fin. numer. 9. & ibi Curt. Iunior num. 8. C. de impuberum & aliis subst. Menoch. de præ-*
23 *sumt. libr. 4. præsumt. 18. num. 28.* Societas alicuius † rei vel negotiationis etiam tacite contrahi potest, *vt in l. si margaritam, ff. pro socio:* Nam in dicta *l. si margaritam*, dicitur, quod si tibi vendendam margaritam dedero, & quod si eam decem vendidisses, redderes mihi decẽ; si pluris, illud plus decem tuum sit, erit societas, si animo contrahendi societatem actum sit. Ad idem facit text. *in l. si fratres, §. item ex facto, ff. eodem tit.* Vbi
24 si † vnus solum monumenti emit, & alius monumentum construxerit, & actum fuit, quod vendito monumento plus
25 pretii habeat, qui † solum monumenti emit, datur pro socio actio, *& l. si tibi area, ff. de præscript. verb.* Vbi si res tradita sit, vt melior facta ab accipiente communicetur vel eius pretium,
26 actio pro socio competit. Et † glos. *in dicta l. si margaritam*, inquit, quod animus societatis ex qualitate personarum & negotiorum colligitur. Nam si is, qui recepit margaritam, erat venditor magaritarum, non erit actio pro socio, sed præscriptis verb. *vt in l. si tibi rem, ff. de præscriptis verb.* Sed si recipiens promisisset Romam ad vendendum ire, erit pro socio actio, *vt in d. l. si margaritam, & in dicta l. si fratres, §. item ex facto.* Vide
27 dict. gloss. † *in d. l. si margaritam, & Anton. Capic. in decis. Neap. 174. num. 4.* Quod procedit maxime in fratribus, vel consanguineis & affinibus negotiantibus, & lucra communicantibus: nam quoad dicta negotia, societas inter eos contracta præsumitur, *Bart. in Titium & Meuium, §. altero, num. 5. versic. tertio casu, ff. de administr. tut. Roman. in cons. 291. numer. 4. Barb. in cons. 22. lib. 2. Ias. in l. 1. num. 10. C. qui test. am facere poss. Dec. consil. 21. num. 3. & cons. 628. num. 3. Socin. Sen. in consil. 57. numer. 8. vers. circa secundum libr. 1. Alciat. in tract. præsumt. reg. 1. præsumt. 25. num. 2. vers. item quando, Aym. in cons. 26. num. 1. Cæpol. in consil. 247.*

sil.247.num.26.libr.2. Menoch.in cons.12.num.19.lib.1.& in tract.at.de præsumt.lib.3.præsumt.56 num.25.vsque ad nu. 29. Quod Menoch. *ibi num.30.* extendit † ad fratres & affines varias & 28
diuersas negotiationes exercentes, *secundum Bart.in d. §.altero,nu.6.* vtputa; quia vnus esset mercator seruorum, alter pannorum, & alter argentarius, & lucra communicarent, & ad idem allegat Alc. *vbi supra,num.2. Alex in cons.78.lib.2. Roman. in consil. 291. num.5. contra Bald. in d. l.si patruus, num.16.& Barbat. in cons.37. col.13. Ias. in d. l. 1. numer.12.vers.quid tenendum.* Quod † dictum est, intellige, nisi vnus ex fratribus & consan- 29
guineis sit pupillus; nam tunc ex promiscuis & socialibus actibus societas contracta cum pupillo non censetur, quia pupillus obligari non potest, *l.obligari,ff.de auct. tutor.l.in negotiis,l. pupillos,ff.de regul.iuris,l.3.C.de auctorit.præst.Bart.in l.Titium & Mæuium, §. altero, numer.5.vers.ex prædictis. ff.de adminiſtr tut. & in l.si patruus & ibi Bald.numer.15.C.communia vtriusque iud. & in l.cum oportet,colum.10.C.de bonis quæ lib.& in cons.260.libr. 1. Ang.in cons.60 & in cons.113. Alex. in cons.49.numer.1.libr.1. Corn.in consil.1.num.2.lib.2.Roman.in consil 413.num.14.Paul. de Castr.in consil.350. Menoch.in tract.de præsumt.lib.3.præsumt.56. num. 6.* vbi alios Doct. refert, & inquit, id probari in *l. vt in conductionib.ff.pro socio.* Idem † procedit in furioso, & in aliis, qui 30
legitimo sensu carent. *Ita Alciat. in tractat.præsumt.reg.1.præsumt.25. numer.2. Barbat.in consil.37.col.12.vers.& adduco quod voluit,volum.2.* Idem erit in aliis, qui negotiari non possunt, vt sunt Clerici, *Federic.de Senis,in cons 207.col. 2. Menoch.in dict. præsumt.56 numer.8.& in consil.12.numer.12.libr.1.* Idem seruabitur † in minore vigintiquinque annis curatorem habente: 31
nam sine curatore obligari non potest, *l.si curatorem habens,C. de in integrum restitut. minorum.* Ita Alexand. *in dict. consil.49. numer.4. lib.1. & in cons.154. num.7.lib.2.Ias.in l.1.num 6.C.qui testam.facer poss.* Quod extende, etiam si de vtilitate pupilli vel minoris † tractaretur, *secundum Bald. in d. ct. l. cum oportet, in* 32

princip. numer. 9. vers. si autem, C. de bonis quæ lib. & Ias. in l. 1. numer. 6 vers. amplia istam, C qui testam. facere poss. Menoch. in d.
33 *præsumt. 56. nu. 11.* Quamuis † societas contracta cum pupillo non censetur, & illam pupillus contrahere nequit, si aliquid sit cum pupillo communicatũ, vel cõmuni nomine factum, si vtiliter gestum fuerit, poterit pupillus, cum pupillarem ætatem excesserit, ratum habere. *Ita Alex. in dict. cons. 49. num. 2. vers. hoc probatur, lib. 1.* & ad idem allegat Bald. *in additionibus suis*, quas fecit ad tractatum de duobus fratribus editum per Bart. qui fundatur *in l. si pupilli, ff. de nouation.* Idem tenet Ias. *in l. 1. n. 6. vers. vltimo limita, C. qui testam. facere poss.* & Petrus de Vbald. *in tract. de duob. fratribus, 3. part. principali. col. 2. Crauet. cons. 286. col. 2. Dec. cons. 2. col 1. Corn. in cons. 213. num. 1. lib. 3. Socin. Sen. in cons. 160. col. 4. vers. respondeo, libr. 2. Menoch. in d. præsumt. 56. nu. 27. Paris. in cons. 86. num. 13. vol. 1. Bursat. in cons. 228.*
34 *n. 13. vol. 3.* Et si † pupillus tutorẽ haberet, qui fratribus pupilli negociationes & bona cõmunicaret, & illi fratres secundum qualitatem actuum & negotiationis, vel bonorum omnium societas contracta censeretur, *Baldus in l. si patruus, num. 15. C. communia vtriusque iud. idem Bald. in l. mandatum, in secunda oppositione, C. mandati, Ias. in l. 1. num. 6. vers. primo limita, C. qui testam. facer. poss. Crauetta in cons. 286. col. 1. vers. secundo dico, Corn. in cons. 1. num. 8. libr. 1. Tiraq. in tractat. de legib. connub. glos. 5. numer. 20. Abbas in cons. 87. libr. 2. Barbat. in cons. 10. col. 6. vers. circa hoc est, libr. 4. Alex. in cons. 49. num. 2. in fin. lib. 1. Menoch. in dict. præsumt. 56. num. 2. lib. 3. Ioann. Gutierr. de iuram. confirm. part. 1.*
35 *cap. 48. num. 2.* Et † probatur in *l. vt in conductionibus, ff. pro soc.* Idem erit, quando pater pupillæ præcepisset, negotiationem cõmuni nomine exerceri, *secundum Bald. in dict. l. cum oportet, in princ. num. 9. vers. si autem, C. de bonis quæ lib.* Nam tunc contracta societas dicitur, etiamsi alter fratrũ pupillus vel minor esset, *vt tenet Bald. ibi: & Alex. in cons. 49. num. 1. libr. 1. Ias. in l. 1. numer. 6. vers. secundo notabiliter limita, C. qui testam. facere poss.*

Barbat.

Barbat. in consf. 31. col. 3. lib. 1. moti auctoritate text. *in l. qui negotiationem, in princip. ff. de administr. tutor.* Idem † procedit quo- 36
ad fructus & redditus bonorum, & lucrorum negotiationis, qui indies consumuntur; nam in his contracta cum pupillo & minore societas præsumitur. *Ita Alex. in d. consf. 49. num. 4. lib. 1. Menoch. in d. præsumt. 56. num. 18.* vbi *nu. 19* inquit † idem, esse 37
cum † agitur de societate continuanda, quæ cum maioribus ipsius pupilli cœpta fuit: quia cum pupillo contracta & continuata censetur, *secundum Bald. in d. l. si patruus, num 16. C. commun. vtriusq. iud.* Et alios Doctores, quos ibi refert Menoch. vbi vide & Greg. Lup. qui idem tenet *in d. l. 10. in verbo Por la muerte. vers. tertio limita, tit. 10. part. 5. Ioan. Gutier. de iuram. confirm. part. 1. c. 48. num. 2. Bursat. consf. 328. num. 12. vol. 3.* Item so- 38
cietas † cõtracta præsumitur, si libri rationum communi nomine inscripti & intitulati sint, *Bart. & Baldus in d. l. si patruus, C. communis vtriusque iud. Socin. in consf. 87. col. fin. vol. 1.* Idem erit, si † in conscribendis partitis, aliquis socius vocetur & no- 39
minetur, *Bald. vbi supra Rim. Senior in consf. 245. vol. 2.* Item † si 40
communi nomine aliquid comparatũ sit, societas inter ipsos contracta censetur, *l. cũ duob. & ibi Bart. & Bal ff. pro socio, l. cum proponas, & ibi gloss. Bart. & Bald. C. eodem tit. Bart. in l. Titium & Meuium, §. altero, ff. de administr. tut. & cur. Corneus consf. 1 col. 2. volum. 3. Socin in consf. 160. col 2. in princ. Petrus de Vbaldis in tract. de duobus fratribus, part. 5. quæst. 1. colum. 2. & 3. Guid. Papa consf. 20. nu. 12.* Idem seruandum † erit, si duo vel tres, aut plu- 41
res aliquem cõmuni nomine alicui negotiationi perficiendæ præposuerunt: nam ex eo societas inter eos contracta præsumitur, *l. institor, l. in eum, ff. de inst. act. 1. & 2. & ibi gloss. & Doctores, ff. de exercit. act. l. si tamen, & ibi Bart. & Paulus de Castr. ff. eodem tit.* Et si † inter aliquos conuentũ sit, ꝙ in aliqua negotia- 42
tione vnus ponat pecuniam, & alter operã, societas inter eos contracta censetur: *gloss. in l. si non fuerint, §. 1. vers. solus, & ibi Bart. & communiter Doctores, ff. pro socio, l. 1. & ibi Bart. Bald. &*

omnes, C. eodem. Idem seruatur, si conuentio de lucro diuidendo
43 † facta sit, *l. societas contrahitur, l. coiri, l. quæst. ff. pro socio*. Et
44 generaliter † dicendum est, quod omnes actus, qui citra ius & nomen societatis fieri nequeunt, societatem contractam inducunt, *vt notat Bart. in d. l. Titium & Meuium, §. altero, ff. de administrat. tut. & cur. & in d. l. si patruus, in fine, C. communia vtriusque iud. Socin. in cons. 87. col. 4. Hippol. Riminald. in cons. 280. numer. 27.*

SVMMARIA.

1 *Socius non obligatur de eo, quod alter socius suo tantum nomine gessit.*

2 *Socius remanet obligatus de eo quod alter socius nomine societatis gesserit, vel quando, vt institor societatis gessit.*

3 *Quando sunt duo socii in diuersis locis, vnam negotiationem exercentes, in solidum tenentur, quia inuicem præpositi videntur.*

4 *Institores sunt, qui alienæ negotiationi a mercatoribus præponuntur.*

5 *Socii negotiationi præpositi, sunt procuratores consociorum: & ideo si decoxerint, ipso iure mandatum reuocatum censetur.*

6 *Verbum,* videtur, *denotat improprietatem.*

7 *Propter mutuam vicissitudinariam exercitationem & commutationem, quasi videntur socii se inuicem negotiationi præponere.*

8 *Mandatum tacitum generaliter inter socios non præsumitur.*

9 *Socius sine mandato expresso consocii potest de rebus venalibus disponere.*

10 *Socius vni negotiationi præpositus, non potest in alia socios obligare.*

11 *Nuntiatio ab vno ex sociis facta non prodest aliis, quia tacitum mandatum ab illis non habet, etiamsi partim suo nomine, partim alieno nuntiasse videatur.*

12 *Socius non dicitur habere mandatum debitum remittendi.*

13 Man-

13 *Mandatum datum socio, intelligitur circa societatem & eius res venales.*

14 *Socius non obligat socios, negotium non demandatum nomine societatis gerens.*

15 *Socius potest rem totam gerere, quando pro parte geri non potest, & de vtiliter gestis actiones datur.*

16 *Domus potest ab vno ex sociis locari, quando ad id est destinata, quia pro parte locari non potest.*

17 *Socius societatis incidentis non obligat alium.*

18 *Socius societatis conuentionalis non potest obligare socium, nisi pro virili in casibus, in quibus eum obligare valet.*

19 *Socii obligantur in solidum de gestis a socio, qui vni negotiationi ab omnibus praepositus est.*

20 *Socii, durante societate, tenentur in solidum de collatis in bursam communem.*

21 *Socius non obligat socium, nisi nomine societatis contrahat.*

22 *Socii, declarati ab eo, qui gessit pro se & declarandis, censentur actores principales.*

23 *Socius, qui non gessit, non potest a socio conueniri, nisi prius conueniatur, qui gessit.*

24 *Socius, qui non gessit, non tenetur personaliter in solidum, nisi pro pecuniis, quas in societate posuit.*

25 *Socii aliis sociis regulariter non obligantur in solidum, creditoribus autem sic de consuetudine mercatoria.*

26 *Vnus sociorum potest conuenire & conueniri pro omnibus in solidum, si alii sciant & consentiant, vel si ita conuentum sit.*

27 *Socius eiusdem actionum potest pro aliis conueniri, si non reperiantur.*

28 *Socius, qui alicui mandauit gerere negotium societatis, potest conuenire mandatarium de dolo & culpa in negotio commissi.*

29 *Qui mandati actionem habet, actionem negotiorum gestorum exercere non potest.*

30 *Ex mandato socii datur actio negotiorum gestorum alteri socio, qui non mandauit contra mandatarium.*

31 *Actiones mandati & negotiorum gestorum sunt correlatiuæ, quia vbi datur actio negotiorum gestorum vel mandati directa, datur & contraria.*

33 *Contractus claudicare non debet.*

34 *Actio negotiorum gestorum datur domino contra gerentem, putantem alterius rem gerere.*

CAPVT IV.

Qualiter socii inter se & inter alios obligentur.

DE eo, quod socius proprio nomine gessit alter socius non
1 obligatur, *l. iure † societatis, ff. pro soc. Ancharan in cons. 333. alias 332. incipit, pro clariori decisione, Bald. in l. si patruus, C. comm. vtriusque iud. col. pen. Alex. in consil. 139. col. fin. vol. 5. Decius &*
2 *Doctores in l. si socius, ff. si certum petatur*: vbi Doctores † tenent, quod ad hoc, quod gesta per socium, alium socium obligent, requiritur, quod gerens fuerit institor vel nomine societatis gesserit, *Bald. in l. iure societatis, ff. pro soc. Alex. in cons. 134. vbi Apostill. volum. 5. Dec. in l. si socius, numer. 4 ff. si certum petat & in consil. 98. numer. 2. Natta in consil. 164. Bursat. in consil. 298. num.*
3 *9. volum. 3.* Sed † Bart. *in l. eandem, in princip. quæst. 7. ff. de duobus reis, & in auth. hoc ita, C. de duobus reis, in l. seruus communis, ff. de stipulat. seruorum*, tenet, quod quando sunt duo socii, vnam negotiationem in diuersis locis exercentes, vtputa: vnus Romæ, alter vero Florētiæ, quod tenentur in solidum; quoniam tunc institores inuicem præpositi videntur, Angel. *l. eius qui, ff. si certum petat. & l. iure prouisum, C. de fabricensibus, lib. 11. Paris. in consil. 93. volum. 1. decis. Gen. 30. numer. 6* contra Bartol. *vbi supra; tenet Fulgos. in d. l. eius qui, § quod si stipulatus, num. 16. per leg. iure societatis, ff. pro soc.* qui socius non potest tacite parti socii præponere, nisi tantum sua. Et Straccа *in tractat. de mercatura 3. part. num. 51.* videtur sentire, quod socii tacite non sunt institores;

tores, dum † inquit, institores esse qui alienæ negotiationi a 4
mercatoribus † præponuntur, vel socios, qui ab aliis procura- 5
tores constituuntur, eo ipso reuocatos intelligi, quod deco-
xerint, quia deterioris conditionis fiunt, *l. si Cornelius, vbi Dyn. Bartol. & Paulus de Castro, ff. de solution. Angel. in consil. 262. numer. 51. volum. 4. & in l. rogasti, §. si fugitiuus, & ibi Iason, ff. si certum petat.* & decis. Genuen. 14. *numer. 17.* inquit, quod ex eo,
quod † Bartol. dicit, quod videntur institores, non sunt vere 6
institores, quia verbum, *videtur*, denotat improprietatem, *vt in l. mercis, iuncta glossa, ff. de verborum significat.* & sic erunt ad instar institorum, *vt in l. liberto, in princ. ff. de negotiis gest. & ibi glos. l. in* [illegible]*um, l. quidemque, §. item Fullonum, l. si villico, ff. de institor. l. fin. C. de exercit.* Quo casu daretur actio exemplo institoriæ, seu vtilis actio, nec semper sunt quasi institores socii, nisi vbi concurrunt quædam circumstantiæ, quæ eos facere tales videantur. Et ideo † in casu supra dicto a Bart. proposito, vi- 7
dentur socii se inuicem præponere, propter mutuam illam & vicissitudinariam exercitationem, & quasi commutationem. Baldus *consil. 262. volum. 5.* Et dicta decis. *Gen. 14. nu. 67.* inquit,
quod verior † & receptior sentētia est contra glos. *in l. nemo ex* 8
sociis. ff. pro socio; scilicet, quod generaliter non præsumitur tacitum mandatum inter socios, & quod dicta gloss. reprobatur a Roman. *in l. stipulationes non diuiduntur, ff. de verbor. obligat. & in l. de pupillo, §. si plurium, ff. de noui operis nuntiat.* Vbi Alex. Ias. & alii. Crauetta *cons. 129.* Et omnes Doctores tenent,
quod † socii inter seipsos mutuo tacite mandasse intelligūtur, 9
vt ea, quæ ad vtilitatem societatis tendunt, per vtrumque fieri debeant; & ita intelligit dictam glos. & eam notabilem vocat Roman. *in consil. 298. num. 1. Crauetta in dict. consil. 129. numer. 1.*
Et dicta † dec. Gen. dicit æquissimum posse socium sine man- 10
dato expresso † de rebus venalibus disponere, & ideo socius 11
præpositus vni negotiationi, non potest socios in alia obligare, *Anch. cons. 332. n. 5.* Quod socius non habet tacitū mandatū,

nisi circa negotia societatis, probatur *in l. de pupillo, §. si pla-*
12 *rium. ff. de noui oper. nunt.* Vbi † nuntiatio vnius ex sociis, non prodest aliis; & si mandatum habuisset, prodesset, quia partim proprio, partim alieno nomine nuntiasse videtur, *vt in l.*
13 *si vnus, in princ. ff. de pactis.* Et † socius non dicitur a socio habere mandatũ debitum remittẽdi, *l. nemo ex sociis, in princ. & ibid. Bart. ff. pro soc. l. 2. C. de cõsortibus eiusdem litis, l. 1. & 2. C. commun.*
14 *rer. alienat. Alex. in consil. 386. num. 4. vol. 6.* Et ideo † mandatum intelligitur, quatenus ad ea, in quibus contracta est societas; & sic quoad res venales. *Bart. & Bald. in rub. C. pro socio, Alex. in consil. 186. volum. 2. & in cons. 185. d. vol. 2. Decius cons. 98.*
15 *num 1. & cons. 556.* Et ita, si † negotium non demandatum, nomine societatis gesserit socius, non obligat alios. *Anchar. in cons. 332. Paris. in cons. 94. num. 23. & 27.* Sed vbicunque nego-
16 tium † pro parte expediri non potest, facultas de re communi disponendi socio dabitur, *vt in l. filia, C. famil. ercisc und.* vbi propter partem suam quis communem rem gessit, quia partem suam gerere non potuit, quin totam rem gereret: & ideo datur actio gerenti in communi diuidundo iudicio contra alios, in quorum vtilitatem gessit, *vt in l. his consequenter, §.*
17 *vlt. ff. familiae erciscund.* Et ita † seruatur in locatione, quia pro parte expediri non potest: nam si ad id destinata sit domus, *secundum Ruin. in consil. 65. num. 7. vers. nec praedictis, vol. 5.* Quilibet socius potest eam locare, *Dec. in l. si socius, in fin. ff. pro socio, Bart. in l. & haec stipulatio, §. cum fundum, ff. locati, per text. in l. heredes, § si nulli, ff. famil. ercisc. Alex. in l. serui electione ff. de lega. 1.*
18 In societate † vero incidenti vnus socius non obligat alium, *l. ex parte § filius, ff. fam. ercisc. l. proprium, in fin. C. commun. praed. auth. si quando, C. de inoffic. testam. l. qui in aliena, ff. de negot. gest.* Et
19 in societate † conuentionali, socius non potest, nisi pro virili socium obligare, *Bart. in l. eandem, quaest. 7 ff. de duobus reis, Alex. in cons. 139. num. 1. vol. 5. Ias. in l. si vnus, num. 2 ff. de pactis, Alex. in consil. 147. in princ. vol. 2. Angel. in l. si tamen plures ff. de exercit.*

ercit. act. decis. Gen. 15. numer. 1. Quod † non procedit, quando 20
plures socii vnam mercaturam ministerio vnius exercent, quia tunc omnes in solidum obligantur, *vt in l. si tamen, vers. sed si vnum ex numero suo magistrum fecerint, huius nomine in solidum poterunt conueniri, & ibid. Bartol. & Doctores, ff. de exercit. act. Paul. de Castr. in l. eius qui, in fin. ff. si certum petatur, l. reos, & l. in duobus §. 1. ff. de duobus reis, l. 1. §. vlt. ff. de exercit. act. Capic. decis. Neapol. 180. num. 3. decis. Pedemon. 149. alias 150. numer. 7.* Et est conclusio ab omnibus approbata, *secundum decis. Gen. 14. numer. 20.* Item † socii de collatis in bursam communem in 21
solidum, durante societate tenentur, *l. iure societatis, ff. pro socio, dec. Gen. 161. num. 820.* Ad hoc † quod socius obliget socios, 22
requiritur, quod nomine societatis contrahat, *vt supra num. 2. diximus, argument. text. in leg. si seruus, §. 1. ibi, societatis nomine, ff. pro socio, decis. Gen. 14. num. 100. Bald. in l. iure societatis, ff. pro socio, & in consil. 125. volum. 5. Alex. consil. 76. libr. 4. & in consil. vlt. vol. 7. Petrus de Vbald. in tractat. de duobus fratribus, Socin. consil. 174. vers. Secundus casus, refert & sequitur Dec. in cons. 98. num. 2. & in leg. si socius, num. 13. ff. si certum petatur, Paris. consil. 93. nu. 27. & in consil. 94. num. 22.* Quia plurimum refert, cuius nomine sit contractum, *l. eum qui, C. si certum petatur, Dec. consil. 510. colum. 2. Paris. consil. 94. num. 50.* vbi *num. 29.* inquit, quod si non exprimantur nomina sociorum, illis non quæritur. Nota, quod † socii declarati ab illo, qui egit pro se, & declarandis, a- 23
ctores principales censentur, *vt decis. Gen. 14. numer. 130.* Et socius qui † non gessit, non potest conueniri a socio, nisi prius 24
excusso socio administratore qui gessit, *vt est text. in l. actione, § si communis & ibi Fulgos. ff. pro socio, Socin in consil. 24. num. 42. vers. quarto confirmatur, & vers. Alius casus est.* Socius † qui non 25
gessit, non tenetur personaliter in solidum, nisi pro pecuniis, quas ipse in societate posuit, etiamsi aliquem in participem accipiendum mandauerit, *l. nemo, 2. ff. pro soc. l. qui aliena, ff. de neg. gest. Roman. & Alexand. in l. de pupillis, §. si plurium, ff. de*

noui operis nuntiat. Fulgos. & Paul. & expresse Alexand. in l. si vnus,
26 *ff. de pact.* Quod † procedit in sociis, quia quilibet regulariter non habet contra alium actionem in solidum, extraneis autem creditoribus de consuetudine mercatoria socii obligantur, *Bartol. in l. eandem, ff. de duobus reis, decis. Gen. 46. numer. 3.*
27 *& 4.* Sed † quare vnus sociorum possit pro omnib. in solidum conuenire & conueniri, tenet Alexand. *in consil. 162. lib. 5. notant Bald. Ang. Aretin. in l. iustissime, §. praeponitur actio, ff. de aedilit. edicto, & l. 1. & ibi gloss. in vers. socioue, de loco publico fruend. cum notat. in l. 3. per gloss. & Doctor. ff. pro soc. Boer. in cons. 45. numer. 1.* vbi *numer. 2.* inquit, quod dictum est procedere, si alii socii non contradicant & consentiant, per text. *in l. ex parte heres, ff. famil. ercisc und.* vel nisi inter eos actum & conuentum ita sit. Et ibi Additio. *in litera A.* limitat, non habere locum in
28 sociis † aedilium actionum, quia vnus pro aliis tenetur & conueniri potest: nam si sint plures socii equorum & boum, & aliqui ex his reperiantur morbosi, tunc vnus solus tenetur in solidum, si alii socii non reperiantur, *l. iustissime, §. 1. ff. de aedil. edict. vide Bald. & Salycetum in l. si praedium, C. de aedilic. act.* Hic se offert quaestio quam in facti contingentia habui. Petrus ab Arrriscado, ciuis Hispalensis, & Petrus a Santo Stephano, ciuis Canariensis, societatem negotiationis ad mittēdum merces ad Indos coiuerūt, & cum dictus Petrus a Sancto Stephano, cum aliquib. mercibus in insulam Dominicam nauigasset, dictus Petrus ab Arriscado epistolam cuidam Zeonelo Aluaro, ciui Canariensi, misit, qua illi praecepit, vt ducēta vasa vini optimi emeret & dicto Petro a S. Stephano, eius socio, in dictam insulam Dominicam mitteret: dictus mandatarius, vinum dictum emit & misit; & quia non seruauit mandatum; & vinum non optimum comparauit, cum vinum in dictam insulam Dominicam peruenit, acidum & corruptum in naui inuetum fuit. Dictus Petrus a Sancto Stephano petiit a dicto socio, vt ei actiones cederet contra dictum mandatarium: &

quia

quia cedere noluit, dictus Petrus a S. Stephano pro parte sua damnum & interesse a dicto mandatario petiit, & mandatarius ad damni & interesse solutionem pro parte ad dictum actorem pertinente condemnatus a iudice ordinario fuit; & appellatione a dicto reo interposita iudices appellationum Audientiæ Regalis dictæ insulæ Canariensis dictam sententiam rouocauerunt, & ab obseruatione iudicii reum absoluerunt; quia ex parte rei allegatum fuit, quod dictus actor nullam actionem contra eum habebat, & quod solus dictus Petrus ab Arriscado, qui ei mandauit, eum conuenire poterat, per text. quem † expressum esse allegaui *in l. 21. in fin. titul. 12. part. 5.* quæ lex *in modio* loquitur in nostro casu, quando mandatum fit gratia mandantis & alterius. Et hoc prosequens, in fine ita concludit. *E si aquel que recibio el mandado fizo algun enganno en aquello que huuo de hazer, o de recaudar, o por su culpa auiene danno o menoscabo en ello, tenudo es de lo pechar a aquel de quien recebio el mandado.* 29

Pro † quo ēt facit, quod quādo datur actio mandati, actio negotiorū gestor. locū non habet, *vt in §. igitur, Inst. de oblig. quæ ex quasi contract. nascunt.* Et cū a dicta sententia iudicū appellationū a dicto actore supplicatū esset, & a me consiliū & patrociniū petitū, & quia ꝓ parte actoris iustitia versari videbatur, illam his rationibus defendi. Quod, licet verū sit, quod dictus actor non habebat mādati actionem, *vt in d. l. Part. cauetur:* & quādo quis habet actionē mandati, actionē negotiorū gestorū exercere non potest, *vt in d. §. igitur, & ibi scribētes.* Illud ꝓcedit respectu vnius eiusdemq; personæ, qui cū actionē mandati † haberet, actionē negotiorum gest. mouere nō posset: sed respectu tertii, ꝙ non mandauit, quia actionē mandati nō habet, negotiorum gestor. actio ei a iure conceditꝰ, ꝗ actionē d. actor sine dubio habebat. Quod expresse ꝓbatur *in l. si pup. § sed si quis, vers. nā si cui ff. de neg. gest.* Cuius verba sunt *Nā & si cui mandauero, vt meū negotiū gerat, ꝙ mihi tecū erat, com-* 30

mune dicendum esse Labeo ait, si & tuum gessit sciens, negotiorum gestorum eum tibi teneri. Idem probatur in *l. si mandatum, C. de negot gest. Si mandatum,* inquit, solius mariti secutus, tam ipsius quam vxoris eius negotium gessisti, tam tibi quam mulieri inuicem negotiorum gestorum competit actio. Et dictam legem Partit. ego inducebam in fauorem actoris, vbi in vers. *Otro, si,* inquit: *El otro, a quien nombro en el mandado, deue dar su parte, si lo que assi pecho, entro en su poder.* Ecce vbi datur mãdatario actio negotiorum gestorum contra tertium, qui nõ mandauit: ergo & tertio actio negotiorum gestorum contra mandatarium dari debet: quia † actiones mandati & negotiorum
32 gestorũ sunt correlatiuæ: quia vbi datur directa, datur & contraria, & vna sine alia esse nõ potest, *vt in d. §. igitur & d. l. si mandatum, C. de neg. gestis:* alias † claudicaret contractus, quod esse
33 non debet, *l. Iulianus, § si. ff. de act. emtibus emti.* Et † quod plus
34 est, dicebam, quod etiam si dictus mandatarius ignorans dictum negotium ad dictum actorem pertinere, gessisset, dicta actione negotiorum gestorum illi teneretur: Quod tenet glos. *in d. l. si pupilli, in d. vers. nam si cui, in verb. sciens, quam sequitur Paul. in l.... ff. de negotiis gest.* Et dict. gloss. videtur approbari *per l. 31. titul. 12 part. 5.* Quibus fundamentis moti dicti iudices appellationum, suam sententiam absolutoriam ab obseruatione iudicii reuocauerunt, & sententiam ordinarii confirmauerunt.

SVMMARIA.

1 *Sicut lucrum inter socios diuiditur, ita & damnum est diuidendum.*

2 *Damnum quod dolo vel culpa vnius socii societati obuenit, illi soli imputandum est.*

3 *Damnum quod dolo socii societati obuenit, illi imputatur, & non compensatur cum lucro ab eo in societate facto.*

4 *Damnum quod culpa socii societati obuenit, illi imputatur, & non*

non compensatur cum lucro ab eo facto in societate: & ibi agitur de intellectu leg. 22. tit. 14. part. 5.

5 *Socius in rebus communibus eandem diligentiam, quam in rebus suis præstare tenetur.*

6 *Quando socius inuitis sociis se exposuit periculo, & aliquid lucratus est, totum lucrum eius erit sicut & damnum foret.*

7 *Socius res societatis auferens, præsumitur iure societatis facere, nisi aliter quam iure communionis liceret, faciat, tenetur tamen res vel pretium sociis pro rata soluere.*

8 *Socius verberans seruum communem, videtur iure societatis facere, nisi modum excedat.*

CAPVT V.

Qualiter damnum inter socios sit diuidendum.

SIcut † lucrum inter socios diuiditur, ita & damnum diuidi 1
debet, *leg. cum duobus, §. damna, ff. pro socio, l. 3. in fin. & leg. 7. in versic. Otrosi dezimos. tit. 10. partit. 5.* Nisi damnum † dolo vel 2
culpa vnius ex sociis societati obuenerit; tunc enim illi, qui dolum vel culpam commisit, imputandum est, *vt in d. l. cum duobus, §. 1 erit autem, & dict. §. damna, ff pro soc. & dict. l. 7. vers. Fueras ende.* Et ideo, si vnus ex sociis ab hostibus culpa sua captus fuerit, in damnum eius tantum, & non societatis imputandum erit, *Alex. in cons. 99. num. 7. vol. 2.* Et damnum, quod dolo vnius † ex sociis societati obuenit, cum lucro ab eo in so- 3
cietate facto, non est compensandum, *l. de illo, & l. non ob eam, ff. pro soc. l. 13. tit. 10. part. 5.* Et idem videtur dicendum de damno, quod culpa vnius ex sociis societati obuetum est, quod cum lucro ab eo facto non compensetur, *vt in d. l. de illo, §. fin. & l. non ob eam probatur,* & est communis opinio, de qua testatur Gregor Lup. *in l. 22. tit. 14. part. 5.* pro qua communi opinione est textus *in l. 7. tit. 10. part. 5. in vers. Fueras ende,* vbi damnum, quod culpa societati † successit, æquiparatur damno, 4
quod dolo illatum est. Neq; obstat *d. l. 22. tit. 14. part. 5.* quate-

nus iubet, quod damnum culpa vnius ex sociis societati obuentum, compensetur cum lucro a dicto socio, qui culpam
5 commisit † facto; quia debet intelligi, quando culpa non est lata neque leuis, quæ de iure socio imputari possit, & sic quando socius in societate commisit eandem culpam, quam in rebus suis cōmittere solet, *vt in d. l. 7.* & sic nō videtur tenendus intellectus, quē dat Greg. Lup. *ad d. l. 22.* Nam per eius intellectum corrigerētur *d. l. 7. & l. de illo, & l. non ob eam*, & cōmunis opinio Dd. quę correctio vitanda est, *vt in l. præcipimus, cū vulgarib. C. de appell. & d. l. 7.* præcipit, q damnum dolo vel culpa socii in societate caussatū, totum imputetur socio culposo vel doloso, qui damni caussa fuit. Ibi: *Fueras ende, si los dannos, y los menoscabos acaecieſſen por culpa, o por enganno de alguno de los companneros, ca estonce tan solamēte a aquel pertenece e no a los otros:* Ergo nō est locus cōpensationi. Et inferius inquit: *Pero si este, por cuya culpa auino el danno el menoscabo, pudiere prouar, que puso aquella guarda que fiziera si suyas fueſſen aquellas cosas, entonces por tal culpa no sera tenudo de pechar el menoscabo, antes dezimos que deue alcācar a cada vno dellos su parte.* Et in hoc casu *d. l. 22.* videtur intelligenda. Cogita quia multū restringitur, secundū hunc intellectū, sed alias dicta iura corrigerentur. *Et d. l. 7. in fine* concordat cū iure cōmuni; secundum quod socius nō tenetur in rebus communibus maiorem diligentiam, q̄ in propriis præstare, *vt in l. socius socio, ff. pro soc. l. heredes, §. non tantū, ff. fam. ercisc. & §. fin. Inst. de societate, Bart. in l. quod Nerua, ff. depositi, Alex. in cons. 209. num. 1. vol. 7.* Nota, quod si vnus ex † sociis suo periculo inuitis aliis sociis merces ad Indos nauigauit, de lucro, quod fecit, alii socii nihil habere debent; Nam sicut periculum tātum socii, qui nauigauit, fuit, ita & lucrum eius esse debet. *Ita Bart. in l. quia poterat, in fin. ff. ad Trebellian. & ibi Alex. Decius in l. secundum naturam, ff. de reg. iuris, Hippolyt. Riminald.*
6 *in cons. 209. num. 1. vol. 7.*

7 *in cons. 508. num. 15.* Socius qui † aliquas res de societate abstulit, præsumitur, iure suo fecisse, nisi aliter quam iure communionis,

pionis permittitur, fecerit, tenetur tamen res quas abstulit, vel earum æstimationem sociis, & eorum heredibus pro rata soluere, *l. merito, ff. pro soc. l. duo fratres, & ibi Doctores, ff de acquirend. hered. l. fin. & ibid. Gregor. Lup. in verbo: E su parte, titul. 10. partit. 5.* Si socius † seruum communem verberibus affe- 8
cerit, præsumitur iure suo & emendationis gratia fecisse, nisi modum nimis excesserit. *Ita Alt. de præsumtionib. reg. 13. præsumtion. 24. Menochius de præsumtion. cap. 19. libr. 5. Lucas de Penna in leg. 3. column. 6. in vers. 85. præsumt. C. de Apochis public. lib. 10. per text. in leg. item apud Labeonem, §. si communem quis seruum, ff. de iniuriis.*

SVMMARIA.

1 *Furto vel alio delicto cuiuslibet ex sociis acquisitum, non est inter socios diuidendum.*

2 *Si male acquisita ab vno ex sociis inter socios non scientes diuisa fuerint, socio ad restitutionem condemnato singuli partem receptam tenentur illi restituere.*

3 *Si male acquisita ab vno ex sociis inter socios scientes male acquisita esse, diuisa fuerint, quilibet in solidum ad earum restitutionem tenetur.*

CAPVT VI.

Quæ res inter socios diuidi non possunt?

QVod vnus † ex sociis furto vel alio delicto acquisierit, 1
quia est turpe lucrum, non est inter socios diuidendum, *vt in leg. quod autem, cum sequentib. vsque ad l. nec prætermittendum, ff. pro socio, l. 8. titul. 10. partit. 5.* Et si † inter socios igno- 2
rantes male acquisita, diuisa fuerint, si socius qui ea acquisiuit, ad earum restitutionem condemnatus fuerit, ceteri socii partes, quas acceperunt, illi restituere tenentur, *vt in d. leg. quod autem, & leg. nec quicquam, ff. pro socio, dict. leg. 8. titul. 10. partit. 5.* Quod est speciale in societate, ne cōtra eius naturā alter

ſocius cum ſocii iactura fiat locupletior. Et in hoc caſu limitatur lex *ſi plures tutela, ff. de administrat. tutorum & curat. & quod ibi notat gloſſ. Albericus, & Salycet. poſt Iacob. de Rauen. in l. 1. C. de condict. furt.* Ita *Gregorius Lup. vbi ſupra, & quod habetur in leg. mancipia, C. de ſeruis fugitiuis*: quia ex improbitate ſua conſequitur actionem contra leg. *itaque, ff. de furt. & Gregor. Lup. in*
3 *d. l. 8. in verſ. Tenudo es de tornar.* Si vero † omnes ſocii, ſcientes male acquiſita eſſe, inter ſe diuiſerunt, omnes in ſolidum, ſicut qui delicto ea acquiſiuit, ad earum reſtitutionem tenentur; nam per diuiſionem ſocii furto & delicto conſentire videntur, *vt in dicta l. ſi igitur, ff. pro ſocio, & dict. l. 8. in fin. titul. 10. partit. 5.*

SVMMARIA.

1 *Societas ſoluitur morte vnius ex ſociis, niſi actum ſit, quod vno mortuo, inter ſuperſtites ſocietas duret.*

2 *Societas finitur maxima vel media capitis diminutione vnius ſociorum.*

3 *Societas ſoluitur, ſi vnus ſociorum mole debiti grauatus, bonis ceſſerit.*

4 *Societas finitur capitali peremto, vel eius qualitate mutata.*

5 *Societas non ſoluitur fuga vel captura vnius ſociorum.*

6 *Societas renuntiatione finitur.*

7 *Socius qui intempeſtiue ſocietati renuntiauit, tenetur ſociis ad intereſſe, niſi ſocietati ſit vtilis renuntiatio.*

8 *Socius poteſt quandocunque a ſocietate recedere, ſi ita conuentum fuit.*

9 *Renuntiatio ſocietatis doloſe facta valet tantum in præiudicium renuntiantis, & ſociis non præiudicat.*

10 *Renuntiatio hereditatis maternæ, ob non ſoluendam pecuniam, in quam erat condemnatus filius, qui renuntiauit, non valet.*

11 *Societas ex cauſſa diſſolui poteſt, vtputa, ſi ſocius ſit rixoſus, vel ob aliam iuſtam cauſſam, vt ibi.*

12. Scho-

12 *Scholaris insolens, & incorrigibilis poterit de domo expelli.*

13 *Conductor ponens meretrices in domo conducta, potest de domo expelli.*

14 *Pupillus propter socium rixosum, potest ad diuisionem prouocare.*

15 *Homo cauillosus, & qui sine lite non solueret, non est idoneus fideiussor.*

16 *Societate ad certum tempus contracta, ita vt capitale ante tempus finitum peti non possit, mortuo vno ex sociis, potest statim & ante tempus taxatum capitale peti.*

17 *Cessante caussa dilationis, cessat dilatio.*

18 *Cessante caussa mandati, mandatum cessat.*

19 *Omnis dispositio & pactum habet tacitam conditionem, si res in eodem statu permanserint.*

20 *Societas ad tempus certum contracta, tempore præterito finitur.*

21 *Permissum ad tempus, post tempus non producit effectum.*

22 *Electo in prætorem ciuitatis per sex menses, non est tempus prorogandum, si impeditus non potuit primis duobus mensibus vti.*

23 *De famulo, qui infirmatus non potuit per tempus conuentum seruire, vide remissiue.*

Societas alicuius negotiationis, finita negotiatione, finitur.

24 *Societate finita, eius effectus durant, donec pertinentia ad societatem exacta fuerint.*

25 *De gestis, finita societate, non datur actio pro socio, sed communi diuidundo.*

26 *Societas tacito consensu dissoluitur.*

27 *Societas soluitur mutatione inscribendi libros rationum, & mutatione modi negotiandi.*

28 *Societas distrahitur, quando negotia diuersa a primis negotiantur, & a primo exercitio disceditur.*

29 *Societas distrahitur quando singuli socii sua negotia separatim sociis scient, bus gerunt.*

CAPVT VII.

Quibus modis societas soluitur.

1 SOcietas, morte vnius ex sociis, quoad omnes dissoluitur, *l. actione, §. morte, & l. socium, ff. pro socio, §. fin. Inst. de societate, leg. 10. in princip. tit. 10. part. 5.* Nisi inter eos actum sit, quod societas in superstites, vno moriente, duret, *vt in §. soluitur,*
2 *Inst. de societate, dict. l. 10. tit. 10. part. 5.* Item media † & maxima capitis diminutione vnius sociorum, societas soluitur, *l. actione, §. publicatione, l. verum, §. final. ff. pro socio, §. soluitur, Inst.*
3 *eodem tit. dict. l. 10. part. in versic. (Otrosi)* Et similiter † soluitur, si vnus ex sociis mole debiti grauatus bonis cesserit, *l. 4. §. 1. ff. pro soc. §. item si quis, Inst. eodem tit. l. 10. in vers. E aun.* Item solui-
4 tur societas † capitali peremto, vel eius qualitate mutata, veluti, si domus, quæ societatis caussa erat, sacra efficitur, *l. si id quod, in princ. & §. item Celsus, ff. pro socio, d. l. 10. in fin. tit. 10. par. 5. facit l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. obligat.* Per solam
5 autem † fugam & capturam vnius ex sociis, societas non soluitur, *Paris. cons. 82. nu. 4. Stracca in tractat. de mercatura, in tit. de decoctorib. 3. p. n. 5. post Castrum, ibi per eũ allegatum.* Item renũ-
6 tiatione † societas soluitur; nã si vnus socius aliis dicat, se velle a societate recedere, & recedat, societas dissoluta manet, *vt in l. si socius, §. si absenti, & l. actione, §. renuntiare, & §. diximus,*
7 *ff. pro soc. l. tamdiu, C. eodem, l. 11. tit. 10. part. 5.* Et si † intempestiue societati renuntiauerit, aliis ad interesse tenetur, nisi societati dicta renuntiatio expediat; nam tunc, licet vni ex sociis conueniat, ne renuntiatio fiat, ad nihilum tenetur, *vt in d. l. a-*
8 *ctione, §. diximus, in vers. Labeo autem, & d. l. 11. & ibi Greg. in verbo: A los otros, tit. 10. p. 5.* Idem erit, si † quando societas fuit contracta, pactum fuit interpositum, quod quilibet ex sociis ad libitum possit, quando vellet a societate discedere, *vt in d. §. diximus, & in d. l. 11. & ibi Greg. tit. 10. par. 5.* Sed † si vnus ex sociis
9 dolose intempestiue societati renũtiauerit, vtputa; quia cum

sciret

sciret maximum lucrũ alicuius rei sibi obuenire, vt solus haberet, societati renuntiauerit, & talis renuntiatio in præiudidicium sociorum non valet, & in eius damnum tenebit, & ita socii totum lucrum consequentur, *vt in d.l. actione, §. diximus, in vers. quid ergo, ff. pro soc. & §. manet, Inst. eodem tit. l. 12. tit. 10. part. 5. vide Gregor. Lup. in d.l. 12. in verbo: Engannosamente.* vbi ponit quæstionem de eo, qui cum condemnatus esset, propter delictum † ab eo commissum, in certam quantitatẽ pe- 10
cuniæ, ne dictam pœnam solueret, hereditatẽ matris sibi delatam, repudiauit, & nõ obstante renuntiatione, in bonis hereditariis matris exsecutio sententię facta fuit. Ex † caussa po- 11
test societas ante tẽpus dissolui; vtputa, si vnus ex sociis rixosus sit, vel si reipublicæ caussa abesse debeat, vel illi pacta inita, quando societas fuit contracta, non seruentur ab aliis sociis; vel quia cum alicui negotiationi alicuius prouinciæ, vel ciuitatis, vel villæ præpositus a Principe esset, vellent socii eum alii negotiationi præponere, *tex. in l. si conuenerit, & ibidem Bartol. Bald. & Alberic. & l. vel quod eare, ff. pro soc. l. 14. tit. 10. parti. 5. vbi vide Gregor. Lup. in gloss. magn. vbi refert Abbat. in cap. inter dilectos, in fin. de fide instrumentorum*, vbi tenet, quod † scholaris insolens & incorrigibilis, poterit de domo expelli, & Bal- 12
dus in *l. fidem, in fine, C. locati, de inquilino*, qui ponit meretrices in † domo cõducta, propter quod potest de domo expel- 13
li, vt probatur in *leg. 6. in vers. (La tercera) tit. 8. part. 5. & Bart. in l. 1. C. de colleg. illicit.* de statuto collegii, quod † homo rixosus & 14
turbulentus non recipiatur. Et Bartolus in *dicta l. si conuenerit*, quod pupillus propter socium rixosum potest ad diuisionem prouocare. Et Bartolus & Ias. *in l. si quis stipulatus, §. 1. ff. de verborum oblgat.* quod homo † cauillosus, & qui sine litigio non 15
solueret, non est idoneus fideiussor. Dubium est, societate ad tempus certum contracta, eo pacto, vt ante dictum tempus finitum, capitale † peti nõ possit; mortuo socio ante tem- 16
pus statutum, capitale ab altero socio statim post mortẽ socii

peti queat? Et Ancharan. *in consil. 394. per totum consilium* hoc
17 dubiũ † tractat, & concludit repeti posse; quia cessante caussa dilationis, dilatio cessare debet, *l. a filia, §. final. ad Trebell. cap.*
18 *cum cessante, de appellationibus.* Sicut † cessante caussa mandati,
19 mandatum cessat, *cap. si pauper clericus, de præb. lib. 6.* Et † quia omne pactum, omnisq; dispositio habet tacitam cõditionem, si res in eodem statu permanserint, *vt in cap. quemadmodum, de*
20 *iureiur. & ibi gl. vide Anch. in d. cons.* Societas † ad certum tempus contracta tempore præterito soluitur, *l. actione, §. item qui societatem in tempus; ff. pro socio, Paulus de Castr. in l. 1. § non autem, ff. de institor. actione*, & dicit se ita consuluisse Florentiæ Decius *in l. si socius, num. 4. ff. si certum petatur, Stracca in tractat. de mercatur. numer. 13.* qui alios refert, decis. *Gen. 14. num. 43. Petrus de Vbaldis in tractat. de duobus fratribus, 11. part. princip. post*
21 *num. 5.* Qui † enim temporis taxationem habet, cum omnis termini natura sit restrictiua, post tempus videtur prohibitus,
22 *Bald. in cons. 323. lib. 1.* Et quia † limitata caussa limitatum parit effectum, *l. in agros. ff. de acquir. rer. domin.* & ideo ad tempus limitatum, post tempus non producit effectum, *Anchar. in consil. 118. col. 2. Decius cons. 61. num. 14. Tiraquel. in tractat. de retractu, titul. 2. §. 1. gloss. 2. numer. 42. vsque ad num. 45.* vbi *num. 44.* inquit, supradicta procedere ex natura limitati temporis, & non virtute argumenti a contrario sensu, *secundum Bald. in l. obseruare, §. proficisci, post numer. 5. ff. de offic. proconsulis & legat.*
23 Quod † commendat Alexand. *in cons. 3. numer. 6. libr. 7.* Ad quod facit quod tradit Bartol. *in l. si prius, numer. 30. ff. de noui operis nunt.* Quod si aliquis sit electus in Prætorem ciuitatis per sex menses, & casu fortuito sit impeditus tribus primis mensibus officio magistratus vti, quod illi tres menses non sunt redintegrandi, & Bartol. sequitur Angel. *in l. si ita stipulatus, numer. 5. ff. de verborum obligat. & ibid. Aret. post num. 2. & Alex. num. 7. Ias. num. 15.* vbi inquit Bart. opinionem magis communem esse; *& in l. & ideo, num. 15. ff. de verb. oblig.* dicit Bart. opinionem

nionem communiter receptam. Et de famulo, qui promisit per certum tempus seruire, & infirmatus est, vide Bart. *in l. si vno, §. item cum quidam, post num. 9 ff. locati, Bald. in l. liberti post num. 15. C. de oper. libert.* Quando † autem societas alicuius rei 25
vel negotiationis contracta est, eatenus durat, quatenus finis negotio impositus fuerit, *vt in dict. l. actione, §. item si alicuius, ff. pro socio, & §. item si alicuius, Inst. de societate, Petrus de Vbaldis in tractat. de duobus fratribus, 11. part. princip. num. 10.* Et † finita so- 26
cietate, adhuc effectus societatis durant, donec pertinentia ad societatem exigantur, *decis. Gen. 71. num. 7. & 8. Corn. in cons. 134. num. 11. vol. 1. Bursat. in cons. 321. num 59. in vers. secundo, lib. 3.* Sed † de gestis exstincta societate, actione pro socio ge ens, 27
conuenire non potest, sed in communi diuid. iudicio ratio habenda est, *l. actione, §. si post distractam, ff. pro soc.* Tacito † et- 28
iam consensu, societas dissoluitur, *vt tenet Angel. in § soluitur, Inst. de societate, Riminald. Sen. in cons. 144. num. 12. vol. 1.* Et † id- 29
eo si socius mutauit formam inscribendi libros rationum, & in literis, & in negotiis contrahendis non fecit de sociis mentionem, præsumitur velle a societate discedere. *Ita Riminald. in cons. 201. num. 5. & 6. vol. 2. Alex. in cons. 132. num. 2. & 10. libr. 5. Menoch. in cons. 121. num. 92. vol. 2.* Et similiter † videtur socie- 30
tas dissoluta, quando diuersa negotia a primis incoantur, & a primæuo exercitio disceditur. *Ita Decius in cons. 36. num. 53 lib. 1. Ludouicus in conclus. 53. vers. quinto modo finitur societas, & versic. 2. præsumtio dissolutæ societatis.* Idem procedit, quando singuli socii separatim negotia sua & suo nomine palam & sociis scientibus tractare & gerere cœperunt, *l. Titium & Meuium, §. altero ff. de administr. tutor. & curat. Baldus in l. si socius, ff. si certum petat. Riminald. in cons. 201. num. 6. vol. 2. Boer. decis. 57. num. 6. Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1311. num. 3. 4. 5. & 6.*

SVMMARIA.

1 *Mortuo socio, superstites possunt societatem renouare.*

2 *Societas tacite renouatur, si eisdem institoribus, & rebus societatis socii vel heredes eorum vtantur.*

3 *Societate finita, & ratione reddita, & lucris diuisis, si capitale remansit apud socium, qui solitus erat suo tantum nomine negotiari & lucrum communicare, non videtur renouata societas, si de communicatione lucri non apparet post dimissum capitale.*

4 *Societas renouata censetur, quando ex pacto conuento cum socio defuncto, societas transit ad heredem, & societatis forma non mutatur, & heres dimisit capitale apud socium, qui suo tantum nomine solitus erat negotiari.*

5 *Societas tacite renouata videtur, quando redditis rationibus quilibet socius partem suam lucri & capitalis accepit, & non mutata forma societatis, neque facta mentione de societate, iterum capitale in communi ponunt.*

6 *Societas videtur reuocata ex inscriptione & præfatione libri.*

7 *Societas non præsumitur renouata, sed dissoluta, si in præfatione libri vnius tantum socii nomen sit.*

8 *Varietas inscribendi & negotiandi, arguit dissensum inscribentis & negotiantis.*

9 *Societas censetur renouata, si lucra denuo inter socios communicentur.*

10 *Societas renouata præsumitur, ex cõsuetudine mercatorum: nam si sit consuetudo, quod si tacuerint, censeatur renouata, si nihil dixerint, renouata videtur.*

11 *Societas in dubio censetur renouata, secundum consuetudinem mercatoriam.*

12 *Societas præsumitur renouata, si bona societatis iam diuisa in communi possidentur.*

13 *Societas censetur renouata cum illis modis, conditionibus & temporibus, cum quibus a principio contracta fuit.*

14 *Instrumentum exsecutiuum in prima societate in societate renouata exsecutiuum non erit.*

CA-

CAPVT VIII.

Quibus modis societas expresse & tacite renouetur.

MOrte vnius † ex sociis, societate finita, qui superuixerint, dictam societatem renouare poterunt, *vt in l. plane, ff. pro socio*, Quæ † renouatio etiam tacite fieri potest, vtputa, quando rebus & institoribus societatis, sicut antea vtuntur: quod etiam in heredibus socii defuncti procedit, qui similiter renouare societatem poterunt, *secundum Baldum in l. mandatum, vers. tertio oppono, C. mandat. & in l. si patruus, colum. 3. vers. aut continuatur negotium solitum, C. commun. vtriusq. iud. Alex. in cons. 132. num. 13. lib. 5. Barbat. in cons. 10. col. 7. vers. nec obstat, lib. 4. Socin. Sen. in cons. 160. num. 14. libr. 2. & in cons. 87. num. 14. vers. & hac præsumtio, & vers. confirmatur etiam, libr. 1. Petr. de Vbald. in tractat. de duob. fratribus, part. 11. quæst. 12. num. 102. Menoch. in tract. de præsumt. libr. 3. præsumt. 57. num. 4. & in cons. 121. num. 73. lib. 2. Greg. Lup. in l. 10. vers. Por la muerte. titul. 10 part. 5. Ioan. Gutierr. de iuram. confirm. part. 1. cap. 78. num. 2. Mascard. de prob. lib. 3. concl. 1311. nu. 10.* Dubium † est, quando finita societate & ratione reddita, & capitali & lucro diuiso, capitale remansit apud socium, qui solitus erat suo nomine tantum expresse negotiari, & in libris rationum suum solum nomen inscribebat, & literas circa negotia suo dabat nomine, & lucrum communicabat, an societas renouata videatur, etiamsi de communicatione lucri post dimissum capitale non constet? Et circa hunc articulum variæ sunt opiniones, quas refert Menoch. *in consil. 121. a num. 73. vers. secundus est casus, vsque ad num. 87.* & ipse sequitur opinionem tenentium, quod non sit renouata societas: cuius opinio mihi vera videtur per ea, quæ in dicto consilio adducit. Idem tenet Menoch. *in d. cap. de præsumt. 57. num. 5. & 6. lib. 3. Mascard. de probat. libr. 3. conclus. 1311. num. 14.* concordat dictas opiniones. Item † tacite videtur societas renouata, quando ex pacto conuento, here-

ditas a socio primo in heredem ipsius socii transit, & ipsius societatis forma & modus non immutatur, & heres socii defuncti dimittit capitale apud socium, qui suo solo nomine negotiabatur. *Ita Paris. in cons. 82. num. 36. & 37. libr. 1.* quem refert & sequitur Menoch. *in dict. consil. 121. numer. 88. libr. 2.* Nam dimissio capitalis declarat, voluntatem heredis esse in societate defuncti remanere & eam continuare: & arguit, eandem esse voluntatem socii retinentis: & in quo differat iste casus a superiori, declarat Menochius *vbi supra, & in dicta*
5 *præsumtione 57. num. 8. libr. 3.* Item † tacite renouatur societas, quando redditis rationibus, quilibet socius tam lucri quam capitalis partem suam accepit, & postea in communi capitale posuerunt, & nihil de coeunda societate dictum est, & non constat primæ negotiationis formam mutatam esse: *ita Paulus de Castro in cons. 73. in caussa, quæ vertitur inter Gabrielem, colum. 1. libr. 2. Menoch. in dict. cons. 121. num. 89. vers. quartus est casus*, quia voluntas facto declaratur, *l. Paulus, ff. rem ratam haberi, Ancharanus in cons. 302. num. 2. Menochius in dict. præsumtion. 57. num. 10. & 11. & 12. libr. 3. Mascard. in dict. conclus. 1311.*
6 *num. 12. libr. 3. de probation.* Item ex † titulo seu præfatione libri societas renouata censetur: ita tenet Additionator ad Bartol. *in l. Titium & Mæuium, §. altero, ff. de administration. tutor. & curator.* quam sequitur Benuenutus Ancomitanus *in tractat. de mercatura, in 2. parte, num. 4. fol. 73. Barbat. in consil. 10.*
7 *num. 18. volum. 4.* Vbi † inquit, quod si vnius socii tantum nomen in præfatione libri sit, societas soluta & non renouata videtur: quem refert & sequitur Ioannes Gutierr. *in tractatu de iuramento confirmatorio, 1. part. quæstion. 47. numer. 3.* Quia
8 varietas inscribendi † libros & negotiandi, arguit dissensum inscribentis & negotiantis: *ita Alexander in consil. 132. num. 11. libr. 1.* Et huius sententiæ plures refert *in consil. 12. num. 16. Riminald. Senior in consil. 201. num. 5. & 7. libr. 2. quos refert & sequitur Menoch. in dict. consil. 121. num. 90. vers. quintus & vltimus,*

mus, & numer. 91. libr. 2. vbi vide, & idem Menoch. in dict. præsumt. 57. nume. 13. vsque ad finem, vbi † inquit, quod quando de- 9
nuo lucra communicantur, societas renouata videtur, *secundum Petrum de Vbald. in tract. de duob. fratribus, part. 3. q. 2. num. 36. & Socin. consil. 192. col. 3. vers. confirmatur hæc, lib. 2.*

Item † societatis renouatio ex consuetudine mercatorum 10
inducitur: nam si sit consuetudo inter mercatores, quod si nihil socii dixerint & tacuerint, societas renouata censeatur: talis consuetudo seruanda est, *secundum Socinum Sen. in consil. 160. numer. 8. & in consil. 162. num. 11. lib. 2. quem sequitur Menoch. in consil. 121. num. 106. lib. 2. & in tract. de præsumt. lib. 3. præsumt. 57. numer. 15.* Nam † in dubio societas, secundum con 11
suetudinem mercatorum contracta censetur, vt tenet Baldus *in l. 1. quæst. 2. C. pro socio, Paris. in consil. 90. numer. 45. libr. 1. Gregor. Lop. in l. 10. in verbo, Perdiendose. in vers. ego vero, titul. 10. partit. 5. per text. in l. semper in stipulationibus, ff. de reg. iuris, l. quod si nolit, §. quia assidua, ff. de ædil. edict. authentic. de fideiuss. § final.* Idem seruabitur, si bona † societatis iam diuisa, in communi 12
socii possident: nam societas videtur renouata. *Ita Romanus in consil. 418. & Menochius in consil. 122. numer. 51. libr. 2. Crauetta in consil. 73. numer. 33.* Et si † non appareat, cum quibus mo- 13
dis seu conditionibus societas sit renouata, præsumitur renouata cum eisdem modis, temporibus & conditionibus, cum quibus a principio contracta fuit, *vt in l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locati, l. Labeo, ff. de arbitr. & l. in his, §. vxor, ff. soluto matrimonio, Bursatus in consil. 321. num. 60. volum. 3. Ludouicus in conclus. 53. vers. secunda præsumtio, & vers. tertia præsumtio, quem refert Mascard. de probation. libr. 3. conclus. 1311. numer. 18. idem tenet decis. Genuen. 71. numer. 2.* Sed si in prima societate instrumentum † publicum interuenit, quod in aliquibus exsecu- 14
tionem paratam habebat, in societate tacite renouata, exsecutiuum non erit, cum ad hoc publica scriptura requiratur, quæ legi & conspici debet, *Bald. in l. legem, C. locati*, loquens

in tacita reconductione, *Gregor. Lup. in 20. in verb. Entiendese. vers. secundo limita, tit. 8 part. 5.*

SVMMARIA.

1 *Socius, qui negotia societatis gessit & administrauit, aliis sociis rationem reddere debet, etsi omnes administrauerunt, quilibet pro sua gestione rationem reddere tenetur.*

2 *Socius, qui negotia gessit societatis & administrauit, tenetur per librum rationum rationem reddere.*

3 *Non solum institores aut factores, sed etiam qualibet persona, quæ administrauit alterius bona, per librum rationem reddere debet.*

4 *Liber rationum non potest pro parte approbari, & pro parte improbari.*

5 *Liber rationum, si non exhibeatur, an possit contra non exhibentem iuramentum in litem deferri? vide Remissiue.*

6 *Liber rationum inter socios, probat pro scribente, & contra scribentem, si verosimilia contineat.*

7 *Liber rationum a socio præposito negotiationi conscriptus, non solum inter socios, & pro scribente, sed etiam in fauorem tertii fidem facit.*

8 *Liber scriptus a socio probat inter socios, si illis scientibus & patientibus scriptus sit, etiamsi scriptus sit sine sociorum mandato, & a non præposito.*

9 *Liber rationum probat, etiamsi non manu propria, sed alterius scribentis rationes, scribatur.*

10 *Liber rationum probat contra scribentes & eorum heredes & singulares successores.*

11 *Socius, qui administrauit, si sit in mora in reddendo rationem, tenetur sociis fructus, & damna, & interesse soluere.*

12 *Socius, qui administrauit expensas, quas in societate fecit, sunt soluendæ in rationis redditione.*

13 *Socio, qui administrauit, est a ceteris cautio indemnitatis præstanda de debito, ratione societatis ab eo contracto.*

14 *Socius, qui administrauit, si ratione societatis debeat debitum aliquod per instrumentum exsecutiuum, vel ad soluendum illud sit condemnatus, potest, cum rationem reddit, bona societatis retinere, de quibus soluat.*

15 *Socius, qui posuit capitale in societate, si super eo habuerit instrumentum exsecutiuum, potest ante rationem redditam pro capitali exsecutionem petere.*

16 *Capitale in dubio saluum esse præsumitur.*

17 *Capitale societatis vti expēsum in rationis redditione tractatur.*

18 *Societatis natura est, quod capitale soluatur de rebus in societate exsistentibus.*

19 *Capitale societatis est in pecunia soluendum, cum negotia societatis prospere cedunt.*

20 *Ratione reddita, potest constare, quid damni lucriue societati obuenerit, alias non.*

21 *Ratione reddita, si non est damnum in societate, capitale debet esse saluum socio immittenti.*

22 *Socius, qui cœpit administrare pauper, si, quando rationem reddit, diues inueniatur, præsumitur de rebus communibus acquisiuisse, nisi industriosus & diligens sit, vel bonam rationem reddiderit.*

23 *Socius, qui gessit, si non sit soluendo, nō potest a sociis vltra, quam facere possit, conueniri, quod procedit etiā in societate omnium bonorum, etsi ex alia caussa ratione societatis conueniatur.*

24 *Socius, qui negauit societatem vsque ad litis contestationem, vel promisit integram quantitatem sine aliqua exceptione iuris, vel de facto soluere, vel si socius eadem paupertate laboret, vel habeat officium vnde viuere possit, potest vltra quam facere potest, conueniri.*

25 *Socius administrans potest compelli, vt reddat rationem ante finitam societatem.*

CAPVT IX.

De ratione reddendi, societate finita.

FInita societate, modis, de quibus supra *in cap.* egimus, socius, qui negotia gessit, & res societatis administrauit, aliis
1 sociis, qui † non gesserunt neque administrauerunt, rationem reddere tenetur, *l. quaedam, in princi. ff. de edendo, l. 1. §. officio, ff. de tutel. & ration. distrah.* Et si omnes socii administrauerunt, omnes pro sua gestione rationem reddere debent, *So-*
2 *cinus in cons. 24. col. 11. vol. 1. decis. Gen. 29. num. 3.* Ad † dictam rationem reddendam, socius vel socii, qui negotia gesserunt, libros rationum edere debent: nam qui alicui rationem reddere tenetur, illarum libros in primis edere cogendus est, vt est communis resolutio Doctor. *Bart. in l. 1. §. quod de frumentaria, ff. de admin str. rer. ad ciuitat. pertin. & in d. l. 1. §. officio, ff. de tutel. & rat. distrah. idem Bart. in l. vltim. §. 1. ff. de lib. legat. idem Bart. & Paul. in l. cum seruus, ff. de condition. & demonstrat. Dec. in cons. 178 & 192.* Quae opinio sine dubio procedit in seruis vel institoribus, aut factoribus, *secundum Imolam & Cumanum in*
3 *d. l. cum seruus ff. de condition. & demonst.* Licet † receptior sententia sit, quod in quibuscunque personis res alterius administrantibus & gerentibus, dicta doctrina Bart. procedat, vt testatur Gabr. *in suis communib. opinion. lib. 6. vol. 2. pag. 261. nu. 50.*
4 vbi inquit † esse communem opinionem, *secund. Viuium lib. 10. opinion. 259. cum Corn. in cons. 81 libr. 4* quod liber rationum
5 in parte improbari non potest Si † liber rationum non exhibeatur a socio vel institore, qui negotia gessit, an contra eum possit iuramentum in litem deferri? Vide text. & ibi Dd. *in l. argentarius, §. cum autem, ff. de edend. & Petr. de Vbald. in tractat. de duob fratribus. cap. incip circa duodecima, & Mascard. in tract. de probat. volum. 2. conclus. 934. a num. 13. vsque ad numer. 17.* Li-
6 ber rationum, si † vero similia contineat, non solum contra scribentem inter socios, sed etiam pro scribente probat, *ita*

Bald.

Bald. in rubr. de fide instru. Ripa in l. admonendi, n. 129. ff. de iureiurand. Alex. in consi. 186. vol. 2. Crauet. in tract. de antiquit. temp. in 1. part. sect. quarto limitatur, num. 55. cum seqq. Socin. in consi. 140. nu. 6 & consi. 201. num. 14. vol 2. Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 1. casu. 92. in princip. Quod si † liber rationum sit conscriptus a socio negotiationi ab aliis sociis præposito, non solum pro scribente, & contra scribentem inter socios probat, sed etiam in fauorem tertii fidem facit, quia illi cēsetur mandatum ab his, qui secum contrahunt, vt omnia inter eos gesta scribat, *Decius in l. quædam, §. Nummularios. ff. de edendo, Baldus in l. 1. C. de edendo, & ibi Decius, Baldus in l. rationes, C. de probation. Ripa in l. admonendi, num. 118. ff. de iureiur. Dec. in cap. 2. de fide instrum.* & probat pro scribente, quia eius persona a sociis approbata videtur, *Socin. in consi. 291. volum. 2. Crauet. in d. tract. num. 51. Paul. de Castr. in consi. 314. volum. 2. Menoch. in d. casu 92. nu. 9.* Nisi liber contineret solum data per socium scribentem: & non accepta: nam tunc pro scribente non probaret, quia non esset liber rationum dati & accepti, *Bald. in l. rationes, num. 1. ff. de probation. Ias. in rep. dict. l. admonendi, num. 111. & ibi Purpuratus, num. 199. Menoch. in dict. casu 92. num. 6.* Liber 7

rationum † scriptus a socio probat inter socios, etiamsi scriptus sit sine sociorum mandato, & a non præposito, si tamen sociis scientibus & patientibus scriptus sit. *Ruin. in consi. 101. numer. 13. cum seqq. libr. 1. Rip. in l. admonendi, num. 129 ff. de iureiurand. Crauet. in tractat. de antiquita. tempo. part. 1. sectione, nono limitatur, num. 55. Alexand. in consi. 186. lib. 2. decis. Genuens. 173. numer. 5.* Et † liber rationum probat, etiamsi manu propria non scribatur, sed alterius, suas rationes scribentis. *Ita Ias. in d. l. admonendi, num. 112. & ibi Rip. num. 119. Anton. Butr. in cap. 2. colum. 5. de fide instrum. & ibi Abb. & Felin. sub num. 13. Ias. in dict. l. admonendi, nu. 94. & 95. quem vide in numeris ibi sequentibus.* Liber rationum † non solum contra scribentes, sed etiam contra eorum heredes & singulares successores probat, *l. Publia, § fi.* 8 9 10

ff. deposit. Bald. in consil. 275. colum. 2. libr. 3. Gennens. consil. Mascard. in dict. volum. 2. de probation. conclus. 976. num. 12. vbi alios
11 Doctores refert. Si † socius, qui bona societatis administrauit, & negotia gessit, moram in reddendo rationem, & in communicando bona commiserit aliis sociis, & eorum heredibus fructus & commoda ex rebus societatis prouenientia, & etiam interesse soluere tenetur, *l. 3. C. pro soc. l. verum, §. in hereditatem, leg. socium qui meum, §. 1. ff. pro socio, Roman. in consil. 168. num. 3. & 4. Greg. Lup. in l. 10. in glos. mag. in versic. tertio limita, in fin.* quatenus dicit, quod socius non tenetur ad interesse,
12 debet intelligi, quando mora non præcessit. Socio † tamē vel institori, qui administrauit, expensæ in vtilitatem societatis ab eo factæ, de communi in rationis redditione soluēdæ sunt, *l. si fratres, §. si in communem, & l. si pro socio, §. 1. ff. pro socio. Bart. in*
13 *l. filiusfamil. nu. 7. ff. de donation. l. 16. tit. 10. part. 5.* Et si † socius, qui administrauit aliquod debitum in diem, vel sub conditione, ratione societatis contraxerit, in diuisione & rationis redditione cautio indemnitatis a ceteris sociis illi est præstanda, *vt in l. omne as, & l. cum socii, ff. pro soc. l. 16. in fin. tit. 10. part. 5.* Ni-
14 si ad † soluendum sit iam cōdemnatus, vel per instrumentum guarentigium ad soluendum sit obligatus: tunc enim poterit de rebus communibus necessarium ad debitum soluendum retinere, *Bald. & Angel. in l. frater a fratre, ff. de condiction. indeb. Gregorius Lup. in dict. l. 16. in verb. commun.* Si aliquis ex sociis,
15 qui † capitale certū in societate posuit, super eo instrumētum guarētigium habuerit, poterit ante redditionem rationis pro capitali exsecutionem petere, *Bal. in cons. 393. vol. 4. Greg. in l. 8.*
16 *in glos. mag. in fine tit. 10. part. 5.* Quia capitale † in dubio saluum semper præsumitur, nisi contrarium probetur, *l. 1. vbi Bartol. & Da. C. si aduers. rem iud. Socin. in cons. 24. Alex. in cons. 170. nu. 3. lib. 2. Ruin. cons. 140. col. pen. lib. 1. decis. Genuens. 124. num. 2.* Licet
17 vti expēsum capitale † rationis redditione tractet, in qua habenda est ratio, in quib. capitale societatis expensum fuit, *ita de-*

decis.Genuen. 29. num. 5. Nota, quod de † natura societatis est, 18
quod capitale de rebus in societate exsistētibus, & non in pecunia soluatur: *ita Socin. in cons. 265. vers. confirmatur, lib. 2. Ias. in cons. 174. Bursat. in cons. 321. num. 19. vol. 3.* Nisi † negotia societa- 19
tis prospere cedant, tunc enim in genere pecunia soluenda est, *l. 1. C. pro soc. Bald. in cons. 453. num. 2. in fin. vol. 3. Bursat. in d. cons. 321. nu. 45. vol. 3.* Ratione † reddita constabit, quid lucri, 20
damniue societati obuenerit: nam aliter constare nō potest, *vt l. mutuis, ff. pro soc. Paris. cons. 9. n. 43. lib. 1. Pet. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. part. 12. col. 1. Salyc. in l. tam diu, ff. pro soc.* Capitale
semper † debet esse saluū immittēti, nisi in rationis redditio- 21
ne constiterit aliquid de capitali perditū esse, *Bal. in l. 1. col. 2. C. pro soc. decis. Gen. 24. num. 5. & 6.* Nota, quod † si socius, qui ad- 22
ministrauit, tempore quo administrare cœpit, erat pauper, & cum reddit rationem, diues inueniatur, præsumitur de bonis communibus societatis acquisiuisse? *Ita Ludouic. Rom. in cons. 346. num. 17. & in cons. 273. Curt. Iun. in l. 1. nu. 12. C. de furt. Addition. ad Rom. in d. cons. 346. in liter. I.* Quod videtur intelligendum, nisi socius, qui administrauit, sit industriosus & diligens, nam tunc de propriis bonis acquisiuisse præsumeretur, sicut filius, qui bona patris administrauit, *Ruin. in cons. 23. num. 37. vol. 5. Ioan. Crot. in l. frater a fratre, num. 119. ff. de cond. indeb.* Vel nisi bonam rationem reddiderit: tunc enim ex suo labore & industria acquisiuisse credendum est: ita in officiali fisci bona administrante tenet Guillel. de Cun. *in authent. licentiam, C. de Episcop. & Cleric. quem sequitur Bald. in cap. 1. de content. inter domin. & fideius. in vsib. feud.* Quod notatu dignum dicit Franc. Luc. *in tract. de fisc. & eius priuileg. in 1. part. princip. n. 30. Barbat. in tractat. de præstant. Card. in 3. quæstion. prima part. numer. 22. vers. potest etiam, Marc. Anton. Peregr. in tract. de iur. fisc. lib. 6. tit. 3. num. 6. cum seqq. quem vide.* Si socius, qui † negotia gessit, non 23
sit soluendo, non potest a sociis, vltra quam facere possit conueniri, *vt in l. verū, in princ. ff. pro soc. l. sunt qui in id, ff. de re iud,*

l. 5. vers. Otrosi dezimos, tit. 10. part. 5. Quod procedit tam in societate omnium bonorum, quam in societate vnius negotiationis, *gloss. & Dd. in dictis legibus, Ias. in § sunt praeterea, vers. sed & si quis, num. 6. Instit, de action.* Et probatur in *d. §. in d. vers. & in dicta l. Part.* Et idem erit, si socius conueniatur a socio, alia actione, quam societatis, dum tamen occasione societatis procedat, *Ias. in d. §. praeterea, num. 6. & ibi Faber. & Ang. text. in*
24 *l. socium qui in eo, § fin. ff. pro soc.* Quae † dicta sunt limita, nisi socius conuentus vsque ad litis contestationem societatem negaret; *l. si seruus, §. vltim. ff. pro soc. glos. in dict. vers. sed et si quis, in verb. socio, & ibi Additiona. Instit. de action.* Vel nisi promiserit integram quantitatem, vel sine aliqua exceptione iuris vel facti restituere: *ita Palat. Rub. in repet. capit. per vestras, § fin. numer. 14. de donat. inter virum & vxorem.* Vel nisi socius actor sit in eadem paupertate, & egeat. *Greg. Lup. in d. l. 15. in verb. Viuir.* Et generale est in omnibus qui non tenentur vltra quam facere possunt: *Paulus & omnes in l. si maritus, ff. soluto matrimo.* Idem erit, si socius conuentus industria suae personae, & aliquo officio viuere queat; *glos. in d. l. si maritus, in verb. neq; mandare.* Vide de hoc late per Ioann. Gutier. *in tractat. de iuramen. confirmat. 3. part. capit. 15. per totum*, vbi *numer. 13. cum sequentibus* tractat, an hoc beneficium fideiussori competat? Nota,
25 quod ratio † potest peti a socio de administratis, etiam ante finitam societatem, *Bald. in rubr. & in l. tamdiu, ff. pro soc. Petrus de Vbald. in tractatu, de duobus fratribus, circa decimam tertiam, num. 2.* Nisi per annum sit contracta societas, nam tunc ante annum ratio peti non potest. *Petr. de Vbald. vbi supra, cap. incip. circa duodecimam, num. 11.* Vide Gregor. *in l. 13. in princip. titul. 10. partit. 5.*

SVMMARIA.

1 *Arbitrium boni viri in diuisione bonorum versatur.*

2 *Diuisio bonorum societatis vniuersalis, est facienda aequaliter in socie-*

societate rei vel negotiationis secundum pacta conuenta, & secundum pecuniam & operam, & periculũ cuiuslibet sociorum.

3 *Res indiuisibilis vni adiudicanda est, ita vt aliis partes suas in pecunia soluat.*

4 *Res indiuisibilis potest licitari, & plus offerenti dari.*

5 *Pretium rei indiuisibilis per æstimatores a partibus electos taxatum, potest a quolibet socio augeri, & offerre statim post factam taxationem, & si volens offerri sit pauper, potest supponere personam, quæ faciat.*

6 *Diuisibilis rei partes æquales factæ, possũt sorte sociis adiudicari.*

7 *Licitatione amota, res est adiudicanda illi, qui maiorem partem vel maius ius in re habet.*

8 *Pars rei diuidendæ, quæ cohæret fundo vel rei alicuius ex sociis, adiudicari debet socio, cuius rei cohæret.*

9 *Mulier pro dote potest petere res & bona sibi cohærentia.*

10 *Si res indiuisibilis licitetur, ille vincet, qui eius maiorem partem habere debet offerendo pretium ab alio oblatum.*

11 *Licitatio, per q̃ tempus fieri debeat, arbitrio iudicis relinquitur.*

12 *Licitatio potest pluries fieri.*

13 *In licitatione præfertur qui statim pretium soluendum offert, etiamsi alius plus cum dilatione offerat, nisi partes dilationi assentiant.*

14 *Aditus & gradus per quos ad suas domos socii ingrediuntur, non possunt diuidi neque licitari.*

15 *Nomina debitorum societatis per cessionem diuiduntur.*

CAPVT X.

Qualiter diuisio bonorum societatis conuentionalis facienda sit.

QVæ omnia, si † arbitri electi ad calculandum & diuidendum res communes inter socios ante oculos habuerint, maxima cum æquitate diuisionem faciunt. In qua diuisione facienda arbitrium boni viri versatur, secundum magis rece- 1

l. 5. verſ. Otroſi dezimos, tit. 10. part. 5. Quod procedit tam in ſocietate omnium bonorum, quam in ſocietate vnius negotiationis, *gloſſ. & Dd. in dictis legibus, Iaſ. in § ſunt praeterea, verſ. ſed & ſi quis, num. 6. Inſtit. de action.* Et probatur in *d. §. in d. verſ. & in dicta l. Part.* Et idem erit, ſi ſocius conueniatur a ſocio, alia actione, quam ſocietatis, dum tamen occaſione ſocietatis procedat, *Iaſ. in d. §. praeterea, num. 6. & ibi Faber. & Ang. text. in*
24 *l. ſocium qui in eo, § fin. ff. pro ſoc.* Quae † dicta ſunt limita, niſi ſocius conuentus vſque ad litis conteſtationem ſocietatem negaret; *l. ſi ſeruus, § vltim. ff. pro ſoc. gloſ. in dict. verſ. ſed et ſi quis, in verb. ſocio, & ibi Additiona. Inſtit. de action.* Vel niſi promiſerit integram quantitatem, vel ſine aliqua exceptione iuris vel facti reſtituere: *ita Palat. Rub. in repet. capit. per veſtras, § fin. numer. 14. de donat. inter virum & vxorem.* Vel niſi ſocius actor ſit in eadem paupertate, & egeat. *Greg. Lup. in d. l. 15. in verb. Viuir.* Et generale eſt in omnibus qui non tenentur vltra quam facere poſſunt: *Paulus & omnes in l. ſi maritus, ff. ſoluto matrimo.* Idem erit, ſi ſocius conuentus induſtria ſuae perſonae, & aliquo officio viuere queat; *gloſ. in d. l. ſi maritus, in verb. neq; mandare.* Vide de hoc late per Ioann. Gutier. *in tractat. de iuramen. confirmat. 3. part. capit. 15. per totum*, vbi *numer. 13. cum ſequentibus* tractat, an hoc beneficium fideiuſſori competat? Nota,
25 quod ratio † poteſt peti a ſocio de adminiſtratis, etiam ante finitam ſocietatem, *Bald. in rubr. & in l. tamdiu, ff. pro ſoc. Petrus de Vbald. in tractatu, de duobus fratribus, circa decimam tertiam, num. 2.* Niſi per annum ſit contracta ſocietas, nam tunc ante annum ratio peti non poteſt. *Petr. de Vbald. vbi ſupra, cap. incip. circa duodecimam, num. 11.* Vide Gregor. *in l. 13. in princip. titul. 10. partit. 5.*

SVMMARIA.

1 *Arbitrium boni viri in diuiſione bonorum verſatur.*

2 *Diuiſio bonorum ſocietatis vniuerſalis, eſt facienda aequaliter in ſocie-*

societate rei vel negotiationis secundum pacta conuenta, & secundum pecuniam & operam, & periculũ cuiuslibet sociorum.

3 *Res indiuisibilis vni adiudicanda est, ita vt aliis partes suas in pecunia soluat.*

4 *Res indiuisibilis potest licitari, & plus offerenti dari.*

5 *Pretium rei indiuisibilis per æstimatores a partibus electos taxatum, potest a quolibet socio augeri, & offerre statim post factam taxationem, & si volens offerri sit pauper, potest supponere personam, quæ faciat.*

6 *Diuisibilis rei partes æquales factæ, possũt sorte sociis adiudicari.*

7 *Licitatione amota, res est adiudicanda illi, qui maiorem partem vel maius ius in re habet.*

8 *Pars rei diuidendæ, quæ cohæret fundo vel rei alicuius ex sociis, adiudicari debet socio, cuius rei cohæret.*

9 *Mulier pro dote potest petere res & bona sibi cohærentia.*

10 *Si res indiuisibilis licitetur, ille vincet, qui eius maiorem partem habere debet offerendo pretium ab alio oblatum.*

11 *Licitatio, per q̃ tempus fieri debeat, arbitrio iudicis relinquitur.*

12 *Licitatio potest pluries fieri.*

13 *In licitatione præfertur qui statim pretium soluendum offert, etiamsi alius plus cum dilatione offerat, nisi partes dilationi assentiant.*

14 *Aditus & gradus per quos ad suas domos socii ingrediuntur, non possunt diuidi neque licitari.*

15 *Nomina debitorum societatis per cessionem diuiduntur.*

CAPVT X.

Qualiter diuisio bonorum societatis conuentionalis facienda sit.

QVæ omnia, si † arbitri electi ad calculandum & diuidendum res communes inter socios ante oculos habuerint, maxima cum æquitate diuisionem faciunt. In qua diuisione facienda arbitrium boni viri versatur, secundum magis rece- 1

ptam sententiam Doctorum, de qua attestatur Tiraq. *in tra-*
2 *ctat. de iur. primog. quaest. 60. n. 10.* Nam † si res diuisibiles sint, in societate omnium bonorum labore socii, qui operam maiorem posuit attento, aequaliter diuidendae sunt: in societate vero singulari, cuilibet socio pars rerum diuisibilium pro rata capitalis & laboris adiudicari debent. Circa quod pacta inita in lucris & damnis diuidendis, custodienda sunt secundum formam supra in suo loco traditam: etsi pactum super lucris
3 & damnis factum non fuerit, equaliter diuidentur. Si † autem res indiuisibilis fuerit, vel commode diuidi non possit: poterunt arbitri vni rem adiudicare, & eum condemnare ad dandum aliis singulis certam pecuniae quãtitatem, secundũ aestimationem ab aestimatoribus factam, *l. item Labeo, §. 1. cum l. antepen. ff famil. ercisc. §. si famil. Instit. de offic. iud. l. 1. & l. ad offic. C.*
4 *comm. diuid. l. fi. tit. 15. part. 6.* Vel poterunt † arbitri, si aestimatio facta † non sit, socios ad licitationem admittere, & plus of-
5 ferenti rem dare, *d. l. ad officium, & ibi Aluer. C. comm. diuidun. Bart. in d. l. fin.* Et etiam † si rei aestimatio per aestimatores a partibus electos facta fuerit, poterit quilibet ex sociis pretium taxatum augere & offerre: & si pauper sit, supponere personam quae id faciat, *vt in dict. l. ad officium, & ibi communiter Doctores*: quod facere debet statim post taxationem factam. *Ayor.*
6 *in tractat. de partit. 1. part. cap. 3. num. 30.* Quando † autem rei diuisibilis partes aequales factae fuerint, sorte dirimi poterit, quae pars singulis danda sit: qui modus diuidendi apud Papienses vsu receptus est, *vt tradit Menoch. in tract. de arbitrar. iud. cas. 123. lib. 2.* cuius meminit Angel. *in l. sancimus, §. ne autem, C.*
7 *de donat. Ang. Aret. in §. Quadam, num. 9. Instit. de act.* Si † licitatio amota fuerit, socio, qui maiorem partem, & maius ius in re habet, res adiudicanda est. *Ita Aret. in cons. 157. col. 2. Ay-*
8 *mon. Crauet. in cons. 377. n. 8.* Et † si aliqua domus, vel fundus diuidendus sit, & vnus ex sociis domũ propriam iuxta domũ diuidendam, vel fundum, iuxta fundũ diuidendum habuerit,

domus,

domus, vel fundi diuidendi pars, quæ eius domui, vel fundo cohæret, illi adiudicari debet, *l. 2. C. de metat. lib. 12. facit l. quicunque, de omn. agr. desert. lib. 12. per quam legem ibi col. 8. tenet Lucas de Pen.* Quod mulier † pro dote potest petere res & castra 9
vicina, & sibi cohærentia: quem refert & sequitur Capic. *in decis. Neapol. 24. num. 3.* Et tenet, quod de dicta adiudicatione dictum est, *secundum Petrum de Vbald. in tract. societat. 11. part. vers. duodecimo quaro.* Quod si † in diuisione partes æquales non 10
sint faciendæ, quia plus ad vnũ quam ad alium pertineat, vel quia aliqua res diuisibilis sit, ad licitationem deuentum est, is in licitatione obtinere debet, qui maiorem partem habet, offerendo æquale pretium, quod pars aduersa obtulerit; *l. sancimus, § sin autem amplioris, & ibi glos. C. de donat. l. 2. C. quand. & quibus quart. pars, l. 2. C. de metat. libr. 12. Petr. de Vbald. in tractat. de societ. 12. part. princip. 12. quæstion. Gregor. Lup. in l. fin. in glos. 4. tit. 15. part. 6. Anton. Capic. in decision. 36. num. 1.* qui *num. 3.* tenet, idem esse seruandum, si socius, qui maiorem partem habet, non iure proprio acquisierit, vtputa, quia vnam partem a consocio emit, *per text. in l. maiorem ff. de pactis.* Vbi considerata maiore parte creditorum, si æquales in credito sint, numerus personarum præualet: & refert Aret. ita tenentem, circa diuisionem faciendam in *conclus. 157. volum. 3. vers. & dat, quod ille solus.* Et † ibidem Capic. tenet, quod arbitrio iudicis 11
relinquitur, per quantũ tempus sit licitatio facienda, *l. si tempora,* & ibi Ioan. de Plat. C. *de fid. instr. lib. 10 & num. 5.* quærit, an pluries licitatio fieri possit? Et † inquit, quod glos. in *dicta l.* 12
si tempora, tenet, quod non, per text. *in l. 2. C. de locat. præd. ciuil.* Et ibi Ioan. de Platea eam limitat; nisi nullus in primo termino obtulisset: nam si quis obtulit, in eius præiudiciũ, quia ius quæsitum habet, licitatio iterari non debet, nisi ecclesia, vel minor interuenerit, *l. & si sint, §. certis, ff. de minor.* & Capic. concludit, quod dicta licitatio poterit indistincte pluries fieri, *per l. 1. & l. ad officium, C. commun. diuidund.* per verbum,

venire, quod pluralitatem denotat. In licitatione is, qui pre-
13 tium † statim soluendum offert, præfertur alii, qui ad soluendum dilationem ponit, licet plus offerat: *text. in l. in lege Falcidia hoc esse seruandum, in fin. & ibi Bart. & ceteri scriben. ff. ad legem Falcid. & in l. a diuo Pio, §. sed si emtor, de re iudic.* Nisi partes plus offerenti cum dilatione assentiant, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter, *l. in re mandata, C. mand. Ayor. in tract.*
14 *partit. 1. part. cap. 3. num. 29.* Nota, quod † quando sunt aliqui gradus communes, vel aliquis aditus, per quem socii ad domos suas ingrediuntur, dictorum graduum & aditus licitatio admitti non debet, quia domus sine gradu & sine aditu inutiles redderentur: *ita Capic. in decision. Neapol. t. 63. per textum in l. arbor, §. de vestibulo. ff. commun. prædiorum.* vbi Baldus notabiliter dicit, quod portæ, per quas in plures domos diuersorum ingreditur, non veniunt in diuisione neque licitatione, vbicunque licitatio non potest fieri. *Azo in summ. C. comm. diuid.*

15 Nomina vero † debitorum per cessionem iurium & actionum diuidenda sunt, *vt in l. 3. & ibi glos. & Dd. ff. pro socio.*

SVMMARIA.

1 Contrariorum idem est iudicium.

2 Lucra, constante matrimonio, quæsita, communicantur inter virum & vxorem.

3 Cohabitatio simultanea non requiritur, vt lucra communicentur, quia sufficit matrimonium durare.

4 Bona comparata communi pecunia mariti & vxoris, communicantur, nec referri, cuius nomine comparentur, siue mariti, siue vxoris.

5 Res emta pecunia mariti vel vxoris, de iure Regio cõmunicatur.

6 Res emta pecunia, quæ processit ex fundo mariti vel vxoris vendito, communicatur, quia res emta videtur subrogata in locum fundi venditi.

7 Res

7 *Res uxoris vel mariti, si cum alia permutetur, res permutata efficitur eius, cuius res permutata fuit.*

8 *Fundus emtus a marito, solo, & suo nomine de pecunia dotali, interueniente consensu uxoris, efficitur dotalis in subsidium.*

9 *Acquisita in bello a marito, qui nullo constituto stipendio, communibus expensis militauit, efficiuntur communia inter virum & uxorem.*

10 *Commoditas vsusfructus consolidati cum proprietate vnius coniugum, inter eos communicatur.*

11 *Pretium fundi patrimonialis, quem ratione sanguinis maritus retraxit, communicatur, ipse autem fundus nō erit communis.*

12 *Aestimatio officii Decurionatus, vel tabellionatus, aut procurationis constante matrimonio acquisiti, communicatur inter virum & uxorem.*

13 *Aestimatio officiorum, quae de facili cum licentia Principis vendi possunt, confertur & in legitimam imputatur.*

14 *Ius patronatus acquisitum a marito fundatione, aut constitutione, siue donatione alicuius ecclesiae, communicatur.*

15 *Lucrum, constante matrimonio, quaesitum ab alterutro coniugum, communicatur.*

16 *Societas omnium bonorum non impeditur ex eo, quod vnus ex sociis non laboret neque negocietur.*

17 *Fructus & redditus omnium bonorum, tam uxoris, quam mariti, cuiuscunque qualitatis bona sint, inter virum & uxorem communicantur.*

18 *Fructus rerum dotalium ab sponso collecti ante nuptias, augent dotem.*

19 *Redditus annui census ad vitam, an inter virum & uxorem communicentur, si dotalis census sit? nu. 19. cum seq. vsq; ad n. 37.*

20 *Annui redditus cōstituti in vltima voluntate, sunt plura legata.*

21 *Redditus annui, per contractum constituti, vnam stipulationem & contractum faciunt.*

22 *Fructus, qui consumūt substantiam rei, non pertinēt ad maritū.*

23 *Lapidicina rei dotalis, quæ non renascitur, non pertinet ad maritum.*

24 *Fructus & redditus æquiparantur de iure.*

25 *Redditus est nomen generale, sub se comprehendens fructus.*

26 *Fructus pecuniarii de iure communi ad maritum pertinent.*

27 *Fundus est caussa cẽsus, & vita omnis est caussa census ad vitam, & deficiente fundo aut vita, census deficit.*

28 *Redditus census perpetui dotalis pertinet ad maritum de iure communi.*

29 *Redditus de iure Regio communicãtur inter virum & vxorem.*

30 *Consuetudo regionis & communis vsus loquendi est seruandus.*

31 *Communis vsus loquendi facit, vt a proprietate verborum recedatur.*

32 *Differentia nulla fit a Doctoribus inter fructus & redditus & libellos.*

33 *Solutione eius, quod debetur, obligatio tollitur.*

34 *Lapidicinam patentem in fundo dotali videtur mulier in dotem dare, & eius fructus erunt mariti de iure cõmuni, secus si non sit patens & non renascatur lapidicina.*

35 *Actio personalis nominis debitoris expresse in dotem dati, transit in maritum ipso iure.*

36 *Bonorum appellatione iura & actiones continentur.*

37 *Æqualitas est seruanda inter virum & vxorem, & qui sentit damnum, sentire debet & commodum, & sic redditus census ad vitam sunt communicandi.*

38 *Donatio remuneratoria communicatur inter virũ & vxorem.*

39 *Donatio remuneratoria facta a patre filio in sua potestate existenti, valet de iure communi.*

40 *Donatio remuneratoria valet inter virum & vxorem: & etiam Prælatus potest res ecclesiæ ob benemerita donare.*

41 *Donatio in dubio præsumitur ob benemerita facta.*

42 *Donatio remuneratoria dicitur, quatenus benemeritis & seruitiis æquiualet.*

43 *Donatio remuneratoria communicatur inter virum & vxorem, quatenus seruitiis aequipollet, & non plus.*

44 *Benemerita arbitrio iudicis taxantur.*

45 *Donatio facta a Rege marito propter seruitia in bello, communibus expensis siue stipendiis facta, communicatur.*

46 *Acquisita a marito Aduocato, Medico, Iudice, Auditore, ratione officii, siue officio, communicantur.*

47 *Pretium rei, quam ratione pacti de retrouendendo facti ante matrimonium maritus redemit, communicatur, non autem res sic redemta.*

48 *Partus ancillarum, siue ancillae sint vxoris, siue mariti, communicantur.*

49 *Valor ancillae vxoris, quae mortua fuit, durante matrimonio, est de lucris resarciendus.*

50 *Pretium protocollorum, quod vbi viget consuetudo, soluitur, communicatur inter virum & vxorem.*

CAPVT XI.

De societate coniugali, circa lucra, durante matrimonio quaesita.

QVia superius de societate conuentionali, tam vniuersali, quam singulari, & de bonis in dicta societate quaesitis, & de eorum † diuisione egimus, non abs re, imo consequens e- 1
rit, vt de societate coniugali, quae ratione matrimonii inter virum & vxorem, secundum consuetudinē huius Regni, lege approbatam fit, & de lucris in ea quaesitis diuidēdis agamus: Cū de quaesitis constante matrimonio diuidendis inter vxorem vel eius heredes, & maritum vel eius heredes agitur, arbitri necesse habent cognoscere, qualia sunt diuidenda, & ideo videamus de his, quae diuidenda sunt: nam si ista cognouerimus, simul intelligemus, quae communicanda non sunt, *vt* §. *1. Instit. de his, qui sunt sui vel alieni iuris, l. 1. ff. eodem tit.*

Itaque † inter maritum & vxorem omnia bona quaesita 2

constante matrimonio communicantur *in l. 2. tit. 9. lib. 5. noua*
3 *collect. Reg.* Neque † ad hoc, quod dicta bona quæsita communicentur, simultanea cohabitatio requiritur, *vt tenet Couarru. in 4. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 6. fol. 90. vbi refert Palat. Rub. idem tenentem.* Idem *Auenda. in responsione, 20 limita. 6. Gama decis. Lusit. 357. in princip. Ioann. Gutierr. de iuram. confirm. 1. part. cap. 1. num. 56. & 66.* Sufficit enim matrimonium esse & durare: *ita tenet Palat. Rube. in rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 64. num. 15. Gomez de Leon in sua cent. informat. cap. 1. num. 11. Azebed. in l. 2. in gloss. in verb. Estando de consuno, num. 14. & idem in l. 6. in fin. vbi ex dicta lege notat tit. 9. lib. 5. nou. collect. Reg. Matienc. 20. in dict. l. 2. in glos. 5. num. 42. & 43. tit. 9. lib. 9. Recop. Gomez A-*
4 *rias in l. 12. Taur. num. 15.* Bona constante † matrimonio quæsita, quæ inter virum & vxorem communicantur, sunt quæ ex pecunia communi mariti & vxoris comparantur, vt in *in c. 2. de don. inter vir. & vxor. & ibi Doct. notant, Couarr. in cap. 19. n. 2. lib. 3. var. resol.* Quod intellige, siue maritus solus, siue sola vxor de licentia mariti bona emerit, nam ipso iure communicantur, *vt ita Segur. in repet. l. 3. §. vlt. numer. 70. 71. ff. de liber. & posth. Matienc. in d. l. 2. gloss. 2. num. 1,* vbi reprobat, & bene, Tellum contrarium tenentem in *l. 16. Taur. num. 15. & Palat. Rub.*
5 *ibid. n. 25. & 26.* Nec refert † si pecunia mariti tantum vel vxoris tantum, non de iure Regio res emta pecunia mariti vel vxoris communis efficitur. *Ita Ioan. Gutierr. in quæst. 69. super Recopil. quæst. 110. num. 3. secundum Ioan. Lup. & Palat. Rub. in repet. rubric. de donat. inter virum & vxorem, §. 62. num. 3. in fin. & Ma-*
6 *tienc. vbi supra in d. l. 2. gloss. 2. nu. 46.* Quod † limitat, nisi fundo viri vel vxoris vendito, ex pecunia de tali fundo redacta alius fundus vel res emeretur: nam tunc subrogatio fundi venditi facta videtur, & res emta erit vel mariti, vel vxoris, cuius fundus vel res vendita erat.

7 Idem † seruari debet, si res vxoris vel mariti cum alia permutaretur, *vt in l. 11. tit. 4. de las labores, lib. 3. for. Pal. Rub. de donat.*

nat. inter virum & vxorem, §. *62. num. 4. Roderic. Suar. in d. l. for. vers. secundo limita hanc legem, nisi emta, Matienc. vbi supra, numer. 4. Azebed. in d. l. 2. nu. 16. tit. 9. lib. 5. nouæ collect.* Quod † videtur intelligendum, nisi fundus de pecunia dotali a marito sit emtus, qui suo nomine & sibi, interueniente consensu vxoris emit, tunc enim tantum in subsidium fundus dotalis efficietur, *vt in l. si fundus, ff. de fund. dot. l. 49. in fin. & ibi Greg. tit. 5. part. 5. alias erit semper dotalis, l. ita constante, l. res quæ, ff. de iur. dot. d. l. Partit.* Itē acquisita † per maritum bello, quando nullo constituto stipendio communibus expensis militauit, inter virum & vxorem cōmunicantur, *vt in l. 3. tit. 9. lib. 5. Recop. Greg. Lup. in l. 3. in glos. mag. in fin. tit. 10. part. 5. Palat. Rub. in repet. rub. de donat. inter virum & vxorem*, §. *62. num. 72. Matienc. in l. 5. glos. 4. tit. 9. lib. 5. nou. collectio.* Commoditas † etiam vsusfructus consolidati, constante matrimonio cum proprietate vnius coniugum, inter eos communicatur, *vt tenet Palat. Rub. in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor* §. *62. n. 13. Ayor. in tract. de part. 1. part. cap. 8. nu 20. Ioan. Gutier. in quæst. suis super noua Recop. q. 116. nu. 4. lib. 2.* Vsusfructus vero non communicabitur, secundum magis veram communiorem opinionem, *vt tenet Palat. Rub. vbi supra, Greg. Lup. in l. 18. in verb. estimada no fuesse, tit. 11. part. 4. Dida. Per. in l. 4. tit. 4. libr. 5. ordin. Reg fol. 166. Cou. in 4. par. 2. cap. 7.* §. *1. num. 9. Ant. Gom. in tom. varia. cap. 15. num. 19. idem in l. 70. Taur. num. 28. circa finem.* Rursus confirmatur Matienc. *in l. 2 glos. 1. num. 87. tit. 9. libr. 5. nouæ collectio. Ioan. Gutier. in d. quæst. 116. num. 1. & 2.* Et † similiter fit commune inter virum & vxorem pretium fundi patrimonialis, quem maritus ratione sanguinis retraxit: ipse autem fundus non erit communis, *vt tenet Anton. Gomez in d. l. 70. Taur. num. 28. Castell. in d. l. 70. Taur. in gloss. magna, col. fin. Didac. Per. in l. 4. titul. 4. libr. 5. ordin. Reg. fol. 165. Matienco in l. 7. glos. 12. num. 10. tit. 11. libr. 5. noua collect. Reg. Gutierr. in d. quæst. 116. numer. 3. Gomez Arias in dict. l. 70. num. 48.* Licet contrarium teneat, & male, Auen-

Margin numbers: 8 (at "Quod † videtur"), 9 (at "Itē acquisita"), 10 (at "Commoditas"), 11 (at "Et † similiter").

danus, *in respons. 39.* alias esset periurus maritus, cum iurat sibi & non alii retrahere. Æstimatio quoque officii Decurionatus vel † tabellionatus, vel procurationis, quod maritus constante matrimonio acquisiuit, inter virum & vxorem cõmunicatur: nã de consuetudine de licentia tacita Principis dicta officia publice vendũtur, & vt in ceteris bonis, in illis fit exsecutio, & sicut alia bona iudicantur: *vt tenet Couar. in cap. 19. in fin. lib. 3. var. resol. Ant. Gom. in l. 29. Taur. n. 21. & Auend. in resp. Matienc. in l. 5. gloss. 4. num. 6. lib. 5. nouæ collectionis Regni*, & ita

13 quotidie † practicare videmus, & de iure communi æstimatio officiorum similium, quæ de facili cum licentia Principis vendi possunt, confertur, & imputatur in legitimam, tanquam ad heredes transmissibilis, *l. omnimodo, §. imputari, & ibi Baldus & communiter Doctores, C. de inofficios. testament. l. illud, & ibi Iason numer 86. C. de collation. Rip. in l. in quartam, numer. 16. ff. ad legem Falcidiam.* Idem seruandum † est in iure patronatus acquisito per maritum, durante matrimonio, fundatione, constructione, vel dotatione alicuius ecclesiæ, nam tale ius patronatus communicatur, *vt tenet Palatios Rub. in dicto §. 62. num. 23. Matienc. in dicta l. 5. glos. 4. num. 5. lib. 5. titul. 9. Recop.*.

15 Item omne lucrum, constante † matrimonio quæsitum, siue a marito & vxore simul eorum industria & labore, siue ab alterutro eorum fuerit quæsitum, communicatur, *vt in d. l. 5. & ibi Matienc. in gloss. 9.* quod dicit colligi ex Paul. Castrensi in *l. si pater puellæ, ad fin. C. de inofficios. testam. argum. text. in l. sed e fideicommisso, C. de transaction. ex Rip. in l. fœminæ, num. 43. C. de secund. nup. ex Bertrand. in l hac edictali, num. 32. C. eod. tit. ex Ioan. Lup. in repetit. rubr. de donation. inter vir. & vxor. §. 50. colum. fin. & §. 67. vers. ex quo, & vers. sed nec vera, Couar. in epitom. de sponsa.*

16 *2. par. cap. 7. §. 1. num. 8.* Ad quod † facit, quod supra in hoc *lib. in cap. 2. nu. 29. diximus*, circa societatem omnium bonorum, quod non impeditur societas ex eo, quod vnus negotietur, alter

ter non, & vnus ex sociis laboret, alter nihil faciat, *secundum Bald. in l. si patruus, C. commun. vtriusq; iud. Alex. in cons. 37. col. 2. circa med. vers. & idem esset dicendum, lib. 4. Beronens. in cons. 40. colum. 2. Anchar. in cons. 302. Ias. in l. 1. col. 4. vers. tertius casus, C. qui testam. facer. poss. idem cons. 2. colum. 6. post med. & col. 10. lib. 3.* Fructus & † redditus omniũ bonorũ, tam mariti quã vxoris, 17
cuiuscunq; generis & qualitatis bona sint, siue sint dotalia, siue paraphernalia, siue castrensia, siue quasi castrẽsia, siue bona maioratus, siue alter ex coniugibus sit diues, alter pauper, hodie inter virum & vxorem communicantur, *vt cauetur in l. fin. tit. 3. lib. 3. for. quæ est l. 4. tit. 9. lib. 5. nouæ Recopilationis, Montalu. in dict. l. final. in gloss. 1. Ant. Gomez. in l. 52. Taur. num. 11. & nu. 33. Matienc. in l. 5. gloss. 5. lib. 5. nouæ collectionis.* Quod † in- 18
tellige de fructibus, cõstante matrimonio quæsitis: nã fructus a sponso collecti ante nuptias, dotem sponsæ augent. *l. si ante nuptias, ff. sol. matrim. l. dotis fructus, ff. de iur. dot. l. 28. tit. 11. partit. 4.* Dubium † est, an annui redditus census, qui vulgo nun- 19
cupãtur ad vitam, quos mulier in dotem dedit marito, communicentur? & videtur dicendum, quod non, sed quod maritus tenetur eorum æstimationem, tanquam bona dotalia soluto matrimonio vxori reddere: q̃a siue dicti annui redditus sint constituti † vltima volũtate, quo casu plura sunt legata, *vt* 20
l. si singulos, ff. de annuis legat. & l. pater Seuerinam, §. si in fin. ff. de conditionib. & demonstration. Siue † ex contractu, quo casu est 21
vna stipulatio seu contractus: *vt in l. Stychum, §. 1. ff. de verbor. obligation.* Si in vtroq; casu fierent mariti, consumeretur vna obligatio, & sic dotem maritus consumeret sine obligatione restituendi dotem datam, quod videtur non posse de iure procedere. Secundo quia † fructus, qui consumunt substan- 22
tiam rei, non pertinent ad maritum, *vt in l. diuortio, §. si vir, ff. solut. matrim.* Et hi fructus sunt tales, vt nulla sit substantia propter fructus: Ergo nõ pertinẽt ad maritũ, ita vt liber remaneat ab eorũ solutione. Tertio, facit text. *in l. vxori, ff. de vsuf. leg.*

vbi in vsufructu omnium bonorum veniunt fructus calendarii, & vsuræ pecuniarum debitarum, non tamen ipsa pecunia: ergo maritus non potest vti dictis redditibus, & suos facere absque eo, quod eos restituat, cum sit capitale, & illis con-
23 sumtis nihil remaneat. Quarto † facit text. *in dict. l. diuortio, §. Si vir*, finge ibi esse lapidicinam, *quæ non renascatur, possit tamen viginti annis durare, certe maritus non facit suos lapides: quia licet lapidicina duret, tamen id, quod isto anno extrahitur, nunquam renascitur*. Ita in casu nostro isti annui census, licet forsan duraturi sint quinquaginta vel sexaginta annis, exactionibus tota substantia consumitur. Ad quod facit, quod ibi Bart. de protocollis notat. Per quæ fundamenta Sarmient. *in lib. 3. select. cap. 10 num. 6.* tenet, quod maritus tenetur restituere vxori, soluto matrimonio, dictos redditus, tanquam bona dotalia vxoris, quando dicti redditus non fuerunt specialiter in dotem dati, alias secus, si mulier alia bona in dotem marito daret In quibus bonis dicti annui redditus continebantur, & de redditibus mentionem fecit, non teneretur maritus eos restituere. Quam distinctionem inquit probari *in l. si fundus in dotem, ff. solut. matrimon.* vbi si fundus fuit marito specialiter in dotem datus, in quo iam apparebat lapidicina, quæ non renascitur, mariti sunt lapides, qui deducuntur ex ea: secus si non dentur specialiter, sed iure suo vsus velit maritus lapides extrahere. Ex quo infertur sententia, quod si mulier omnia bona sua in dotem dedisset, quæ haberet in fundo vsumfructum, quod maritus teneretur restituere vxori pretium vsusfructus, quo constante matrimonio vsus fuit. Quibus non obstantibus mihi videtur dicendum & tenendum, quod dicti annui redditus de iure communi pertinent ad maritum: de iure autem Regio inter virum & vxorem communican-
24 tur: nam † fructus & redditus æquiparantur de iure, *vt in l. 7. ff. de vsufruct.* licet in aliquibus differant, *secundum glos. in c. generali, de elect. in 6. in verb. redditus, Tiraquell. in libr. 1. de retract. §. 1.*

§. 1. gloss. 6. in princ. Arias Pinel. in l. 1. part. 2. num. 13. C. de bon. matern. Nam redditus est nomen generale sub se comprehendens fructus, quia partus ancillarum sub redditu comprehenduntur, non † tamen sub fructibus, *vt in §. in pecudum, Instit. de rer. diuis. l. in pecudum, §. partus, ff. de vsur.* & mariti fructus 25
sunt, *l. cum fundo, ff. de iur. dot. l. vsufructu, ff. solut matr.* Et † sicut 26
fructus naturales sunt mariti, ita fructus pecuniarii, *vt in l. diuortio, §. de pension ib. ff. soluto matrimon.* Et dicti fructus ad maritum de iure pertinent pro oneribus matimonii, *l. pro oneribus, C. de iur. dot.* Ergo, &c. Item quia daretur absurdum, si dicti redditus mariti nó essent: quia dos in dictis redditib. consistens, de nihilo marito seruiret, nec haberet vnde onera matrimonii sustinere posset contra dictam *l. pro oneribus*, & alia multa iura: quod absurdum euitãdum est, *l. nam absurdum, ff. de oper. libert.* Non obstat quod maritus poterit vti pecunia ex redditib. habita, *vt in l. si ex lapidicinis, ff. de iur. dotium.* Nam idem potest responderi in ceteris fructibus, qui mariti de iure efficiuntur: & sic non est ratio concludens Item, quia eadem ratio militat † in redditu census ad vitã, quæ in redditu census
redimibilis, impositi secundum motum proprium Pii V. vel 27
perpetui, quia sicut fundamentum census est fundus ex quo soluitur, vel in quo imponitur, ita est persona & eius vita caussa & fundamentum census ad vitam, cum ex vita pendeat: & sicut homine mortuo, census ad vitam perit, ita fundo consumto & destructo, dummodo octaua pars fundi non remaneat, census redimibilis & perpetuus perit, *l. formam, §. illam, ff. de censib. l. 1. & ibi glos. C. de iur. emphyt. l. 2. C. de alluu. & palud. Roman. in cons. 417. num. 4. l. 28. vers. Otrosi, tit. 8. part. 5.* quæ declarat, quod dictum est de octaua parte, nam de iure commu-
ni non † erit pars certa signata neque taxata. Et Sarmi. vbi 28
supra tenet, quod dicta conclusio non habet locum, nec procedit in censu perpetuo; ergo nec in censu ad vitam, cum militet eadem ratio secundum supradicta. Ergo idem ius, *l. a Ti-*

tio, ff. de verbor. obligationibus, l. illud. ff. ad legem Aquiliam. Item,
29 quia de † iure Regio videtur esse sine dubio, per text. *in l. 5. tit. 9. lib. 5 nouæ collect. ibi: Frutos y rentas*, qua disponitur esse inter virum & vxorem redditus diuidendos, tanquã bona lucrata,
30 vbi Matienc. in glossa quinta. Item, quia † debet attendi consuetudo regionis circa nomina, & communis vsus loquendi seruandus est, *l. librorum, §. quod tamen Zasius, ff. de legat. 3 l. Labeo, ff. de supellectil. legat. l. cum de lanionis, §. Asinam ff. de fundo instructo, instrument. legat. & ibi Bart. Bal. in cap. 1. num. 8. de capit.*
31 *qui cur. vend.* Et † quod a proprietate verborũ recedatur propter communem vsum loquendi aperte colligitur ex *l. cũ antiquitas, cum gloss. in verb. esse relictum, C. de vsufruct.* Et de consuetudine orta in Hispania appellatione huius verbi, censos, cõprehenduntur omnes census ad vitã, & perpetui, & fructus.
32 Et quia inter † fructus & redditus, & libellas passim Doctores nullam faciunt differentiam, vt omnes tradunt in *Clem. exiui, ex illo textu in versic. cumque annui redditus, de verborum signification. Menoch. in cons. 382. num. 4. in fin. & num. 5. Et non obstat*
33 *l. si in singulos, & l. pater Seuerinam, §. fin.* Nam † in dictis iuribus annua præstatio, est principalis obligatio, quæ solutione tollitur, *vt in §. 1. Institut. quibus mod. toll. obligatio.* Nam tot sunt legata, quot anni, & in dictis annuis redditibus caussa formalis est persona, ex qua pendent, vt dictum est: & redditibus consumtis non consumitur persona, neque principalis obligatio tollitur. Et idem respondetur ad dict. *l. Stychum, §. 1.* & ad dict. *l. diuortio, §. si vir, & ad l. vxori, de vsufr. legat.* respondetur, quod facit pro nostra opinione: nam sicut ibi pecunia seruatur, & vsuræ sunt mariti: ita in casu nostro, persona quæ est caussa census, salua permanet, & redditus erunt mariti. Item non obstat dicta *l. si fundus*, quia ex superius dictis satisfactum remanet, imo nostram partem iuuat, nam ibi non ex-
34 pressit mulier, quod dabat in dotem † lapidicinam, sed fundum, in quo patens lapidicina erat, & sic fuit visa dare vsumfru-

fructum lapidicinæ, in d. *l. diuortio, §. si vir, non erat patens lapidicina*, nimirum si mulier non dedit in dotem, & sic non potest ea reddere maritus, si non renascatur, nam tenetur soluto matrimonio reddere bona dotalia, qualia recepit, si essent res, quæ caussa temporis non perirent, de quo late per Palat. Rub. *in repetit. cap. per vestras, §. 12. num. 11. vt in l. etiam, §. 1. & ibi Doctor. ff. solut. matrimon.* Ad quod † facit, quod tenet Ruinus *in cons. 53. col. pen. & final. volum. 2.* vbi dicit, quod sicut mu- 35
lier quando dat expresse in dotem nomen debitoris, in maritum transfertur ipso iure, & sine cessione actio personalis contra heredes primi mariti, *vt in l. 2. C. de action. & obligation.* Ita etiam quando non constat, quod dictum nomen debitoris sit datum secundo marito in dotem, quia tacite intelligitur datum, ex quo dos non erat adhuc exacta, quanto magis in nostro casu videtur dicendum, quod dicti annui redditus ad vitam sub comprehensione bonorum veniunt, similiter atque si specificati a muliere essent. Et licet dictum Corn. in se non sit verum, in quantum attinet ad exercitium actionis, *vt tenet Roland. a Vall. in quæstion. de lucr. Dec. quæstion. 81.* In eo quod ad casum nostrum pertinet, verum est; nam bonorum appellatione sunt, & actiones continentur, *l. bonorum, ff. de verborum signification.* Et † non obstat, quod consumtis dictis 36
redditibus mulier indotata maneret, nam eadem ratio circa maritum versatur: nam si statim post contractum matrimoniũ persona, ex cuius vita dicti annui redditus pendent, mortem obiret, maritus inuenietur cum vxore, & sine dote ad onera matrimonii sustinenda, & sic est seruanda æqualitas, *argum. text. in l. de fideicommisso, C. de transaction. & l. si pater puellæ, C. de inofficios. testament.* Et † secundum naturam est, commo- 37
da cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur. C. qui sentit, de regul. iur. in 6. l. 3. in princip. ff. de instit. action. l. 1. §. pro secundo, C. de caduc. tollend.* Ex quibus sequitur, quod dicti annui redditus in dotem

dati marito, erunt, tanquã bona constante matrimonio quæsita, inter maritum & vxorem diuidendi: & similiter commoditas vsusfructus, quem mulier in dotem dedit diuidetur, licet ipse vsusfructus, tanquam bona dotalia diuidi non possent: ad quod facit quod supra de vsufructu cum proprietate consolidato diximus *num. 10. ita tenet Gregor. in l. 25. in gloss.*
38 *magn. in fin. tit. 11. part. 4.* Donatio † remuneratoria, tanquam bona durante matrimonio quæsita, inter virum & vxorem communicatur: quia donatio remuneratoria nõ est proprie donatio, *vt in l. Atilius Regulus, & ibi Bart. ff. de donation. Abb. in rubr. de donation. Rip. in l. si vnquam, quæstion. 14. C. de reuocand. donat. Tiraquell. in d. l. si vnquam, in verb. donatione largitus, nu-*
39 *mer. 11. cum seqq.* vbi † alios multos Doctores refert, propter quod valet de iure communi donatio a patre filio in sua potestate constituto, facta, secundum glos. communiter approbatam in authent. *Vnde si parens, C. de inoffic. testament. Doctor. in l. si donatione, C. de collation.* Et eadem de caussa valet donatio inter maritum & vxorem ob benemerita facta. Et idem
40 est in † prælato, qui licet non possit res Ecclesiæ alienare, poterit tamen propter benemerita in vtilitatem Ecclesiæ facta in remuneratione seruitiorum, vel meritorum donare. Hæc & alia exempla late prosequitur Tiraq. *vbi supra, num. 20.* Et
41 in dubio † semper præsumitur donatio ob benemerita facta, vt *in l. nec adduxit, & ibi Bald ff. pro socio,* & colligitur *ex l. 1. C. de annon. ciuilib. lib. 11. Bald. in l. illud, in colum. pen. q. 4. nu. 8. C. de sacrosanct. Eccles. Menoch. in consil. 12. num. 49. cum sequent. Tiraq.*
42 *vbi supra, num. 71.* In casu † tamen proposito, vt donatio ob benemerita facta cõmunicetur, videtur necessarium, quod probetur merita & beneficia cum valore bonorum donatorum concurrere; *vt tenet Stephan. Bertrand. consil. 153. volum. 1. in consil. 138. num. 21. par. 2. volum. 2.* vbi testatur, ita communiter scribentes sentire in dict. *l. si donatione, C. de collatio. Tiraq. vbi supra, num. 70. Menoch. in cons. 79. num. 20. idem in tract. de arbitr.*

bitr. in dict. cas. 134. libr. 2. Et † in quantum benemerita & seruitia fuerint æqualia donationi, fiet inter maritum & vxorem communicatio, & non vltra: *ita Greg. Lup. in l. 3. in v. rb. Igualmente. tit. 10. partit. 5. Couar. in cap. cum officiis, num. fin. de testament. Roder. Suar. in l. 1. titul. 3. De las ganancias. libr. 3. fori, limita. 3. versic. & si dicatur, Ioann. Gutier. in quæst. super noua Recopilat. quæst. 119. libr. 2.* Quorum opinio est vera & tenenda contra Pinel contrarium tenentem *in l. 1. part. 3. num. 60. in fin. C. de bonis matern.* quem sequitur Matienco *in l. 3. glos. 6. & 7. titul. 9. lib. 5. nouæ collect. Reg.* Quia, inquit, quod † non potest dari certitudo æstimationis meritorum. Quæ ratio friuola est, cum tunc arbitrium iudicii versetur: nam inspectis probationibus & coniecturis iudex valorem meritorum & seruitiorum æstimabit: quæ coniecturæ arbitrio iudicis relinquuntur, *vt tenet Tiraq. in dict. l. si vnquam, in verb. donatione, num. 102. in fi. & sentit Alciat. in tract. præsumtion. regul. 1. præsumtion. 16. num. 3. & respon. 584. num. 5. dum citat l. etiam, §. 1. ibi: æstimare debebit iudex. ff. de manu. vind.* quem refert & sequitur Menoch. *in dict. casu 134. in fin. lib. 2. de arbitr. iudic.* Dubium † inter Doctores Regni huius versatur, an quando maritus expensis communibus sine stipendio in bello fuit, & propter seruitia in bello facta Rex aliquid marito donauit, an si donatum inter maritum & vxorem commune fiat? Et Ioann. Gutierr. *in quæst. super noua Recopil. quæst. 119. a num. 6. vsque ad finem refert Doctores,* qui pro vtraque parte sunt, & ipse sequitur Roderic. Suar. & Gregor. qui tenent inter maritum & vxorem esse communicandum: quorum opinio vera mihi videtur, per ea, quę ibi supra Gutier. adducit, & quia non potest ratio differentiæ inter hunc casum & superiorem de donatione remuneratoria assignari. Ergo idem ius, *l. a Titio. ff. de verborum oblig. l. illud. ff. ad leg. Aquil.* Quod videtur intelligendum, quatenus donatio seruitiis in bello communibus expensis factis æquiualeat, vt hoc tantum communicetur, vt supra de donatione remune-

43 44 45

neratoria diximus. *Azebed. in l 3. & 4. num. 14. in tit. 9. libr. 5. Re-*
46 *copil.* Et similiter † inter virũ & vxorem communicãtur, quæ maritus, Doctor, Aduocatus, Medicusue, siue Auditor, vel iudex, durante matrimonio acquisiuit. Ad quod optime facit *l. cum duobus, § Papinianus, ff. pro socio, & ita tenet Palat. Rub. in repetit. rub. §. 62. numer. 18. & seqq.* ibi inquit, ita communiter seruari: quem sequitur Anton. Gomez *in l. 53. Taur. num. 72. in vers. quartus est, & Roder. Suar. in l. 2. tit. De las ganancias, lib. 3. For. Didac. Per. in l. 2. titul. 4. lib. 5. ordinam. Reg. Gutier. in d. quæst.*
47 *nu. 7.* Item † communicatur inter virum & vxorem pretium rei, quam marito ratione pacti de retrouendendo ante matrimonium facti, constante matrimonio redemit: res autem sic redemta nec lucrum eius communicabitur: *ita tenent Palatios Rub. & Gregor. Lup. quos refert & sequitur Ioannes Gutierr. in*
48 *quæstion. super Recopil. quæst. 115. num. 1. & 2.* Partus † quoque ancillarum, siue sint ancillæ mariti, siue vxoris, inter virum & vxorem communicantur. *Ita Villalobos in ærario communium opinion. liter D. num. 236. quem refert, & cum dubitatione sequitur Azebed. in l. 3. & 4. num. 17. & 18. & 19. titul. 9. lib. 5. noua Recopilationis.* Et quod dicti partus communicentur tenet Gregorius Lup. in *l. 20. in verb. Otrosi del marido. tit. 11. partit. 4.* Quia redditus bonorum inter maritum & vxorem communicantur, *vt supra num. 29. late diximus,* & probatur *in l. 5. tit. 9. libr. 5. noua collect. Reg.* Et partus appellatione reddituum continentur, *vt in l. Paulus, §. 1. ff. de vsur. late Alex. & Dd. in l. deducta, §. heredi-*
49 *tatem, ff. ad Trebellianum.* Et † quia sicut ancilla mortua eius pretium de lucris resarciendum est, ita partus eius diuidendi sunt: & quia vndecunque quæsita regulariter inter maritum
50 & vxorem communicantur, *ita Gregorius vbi sup.* Et an † protocolla tabellionis mortui, vel eorum pretium sit communicandum vide Azebed. *in dict. l. 3. & 4. numer. 20. tit. 9. libr. 5. Recopilationis*, qui tenet, quod vbi vigeret consuetudo, quod pretium protocollorum soluatur, communicabitur.

S vm-

SVMMARIA.

1 *Bona dicuntur deducto ære alieno.*

2 *Lucra constante matrimonio quæsita, sunt, quæ deducto ære alieno supersunt.*

3 *Debitum contractum a marito vel ab vxore constante matrimonio, est de bonis durante matrimonio quæsitis soluendum.*

4 *Vxor potest in solidum conueniri pro debito ab ea & marito, durante matrimonio contracto, si in solidum obligata fuerit.*

5 *Socio sunt soluendæ expensæ, quas in vtilitatem societatis fecit.*

6 *Expensæ factæ a marito vel ab vxore durante matrimonio, sunt de bonis quæsitis deducendæ.*

7 *Mulier nupta, an possit de bonis durante matrimonio quæsitis, parentes alere? nu 7. cum seqq. vsque ad n. 24.*

8 *Mulier potest patrem inopem alere de fructibus qui supersunt alita familia viri, etiamsi pater secundas nuptias contraxerit.*

9 *Debitum quasi naturale alendi parentes, contrahitur a tempore natiuitatis & procreationis liberorum.*

10 *Debitum ante matrimonium contractum a marito vel ab vxore non est de lucris durante matrimonio factis soluendum.*

11 *Debitum contractum ab vno ex sociis, est de communibus bonis soluendum, quando ex quæstu & ratione societais fuit caussatum.*

12 *Expensæ factæ a socio singularis societatis in alimentando vxorem & filios, sunt illi imputandæ.*

13 *Maritus non potest de bonis durante secundo matrimonio quæsitis, dotare filiam prioris matrimonii in præiudicium secundæ vxoris.*

14 *Alimenta præstita a patre filiis prioris matrimonii de bonis in secundo matrimonio quæsitis, sunt patri imputanda.*

15 *Argumentum de dote ad alimenta, & econtra est validum.*

16 *Mulier non potest in præiudicium viri alimentare parentem de bonis quæsitis durante matrimonio.*

17 *Maritus potest, durante matrimonio restituere bona dotalia*

vxori, vt se, suosque, & patrem & fratrem sustineat, & illius alimoniam præstet.

18 *Mulier, an conductioni a marito factæ, manente matrimonio, teneatur post mortem viri stare? num. 18. cum seqq.*

19 *Maritus habet liberam administrationem lucrorum, & ea potest sine fraude alienare.*

20 *Legitime factum, non est retractandum.*

21 *Qui sentit lucrum, & damnum sentire debet.*

22 *Principium attenditur, & non finis, quando finis habet necessariam consequentiam a principio.*

23 *Præscriptio cœpta cum maiore, continuatur & perficitur cum minore.*

24 *Contractus vnus non debet diuersimode iudicari.*

25 *Mulier acceptans lucra, videtur consentire conductioni a marito factæ, & similiter locationi fundi dotalis a marito facta consentire videtur.*

26 *Mulier, si renuntiauerit lucris, non tenetur debitis, constante matrimonio factis, alias sic.*

27 *Societate conuentionali soluta, eius effectus durant, donec pertinentia ad so[c]i[e]tatem exigantur.*

28 *Mulier, mortuo marito, tenetur stare conductioni a marito factæ, nondum perfectæ.*

CAPVT XII.

Quæ debita constante matrimonio facta, de lucris solui debeant.

1 SIcut bona, deducto † ære alieno dicuntur, *vt in l. subsignatum, §. bona, ff. de verborum significat.* Et bona hereditaria dicuntur, quæ deducto ære alieno supersunt, *l. qui fundũ, §. si quis heredem, ff. ad legem Falcid. l. irritum, l. in imponendo, C. ad leg. Falcid. & §. cum autem, Inst. eod. tit. l. 2. tit. 12. part. 6. l. 21. Taur.* Ita lu-
2 cra, constante † matrimonio quæsita, dicuntur deductis debitis, constante matrimonio factis: nam idem in societate cõuen

uentionali seruatur, *vt in l. omne æs, cum l. seq. ff pro soc.* Et ideo debitum, quod † maritus constante matrimonio contraxit, 3
de rebus constante matrimonio quæsitis, solui debet: & similiter debitum ab vxore, cõstante matrimonio legitime contractum est de quæsitis soluendum, *vt in l. 14. titul. 20. lib. 3. for. & ibi Montalu. in glos. 1. & fin.* Debitum per † maritum & vxo 4
rem simul contractum si fuerit, & in solidum obligati fuerint, ipsa vxor poterit in solidum conueniri, *vt in dict. leg. fori deciditur: & tenet Palat. Rub. in repetit. Rubric. in donation. inter vir. & vxor. §. 66. num. 2. & 3. Segur. & Didac. Per. in addit. in tract. de bon. lucrat. num. 6. Couar. in c. 19. nu. 3. lib. 3. var. resol. Matienc. in l. 3. glos. 7. num. 2. lib. 5. tit. 9. nouæ collect. Reg.* Et sicut † socio con- 5
uentionali omnes expensæ, quas in vtilitatem societatis & eius caussa fecit, soluendæ sunt, *vt in l. cum duobus, §. qui iam sagariam, & in l. si fratres, §. si quis ex sociis, & l. secundum Iulianum, ff. pro socio, l. si merces, §. vis maior, ff. locat. l. 7. ad med. & l. pen. titul. 10. part. 5.* Ita & expensæ a marito † vel vxore factæ, de bo- 6
nis quæsitis deducendæ & soluendæ sunt, *vt in l. 3. & ibi Matienc. in gloss. 7. in princip. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. Reg.*

Dubium est, an mulier † nupta, de bonis constante matri- 7
monio quæsitis, possit & teneatur parentes inopes alere? Et Matienc. *in l. 3. gloss. 7. num. 10. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. Reg.* tenet, quod sic, quia inquit, quod filia tenetur parentes alere, *vt in l. si quis a liberis, in princ. & §. si vel parens, ff. de liber. agnoscend. l. 1. & 2. & 3. C. de alend. liberis, l. 2. in fin. tit. 4. part. 4.* Quod † dicit 8
procedere, etiamsi secundo mater nupserit, si maritus eam alere non possit, *arg. l. quemadmodum, ff. de liber. agnoscend.* Et vt dictum est debitum voluntarium a marito & vxore contractum, est de bonis quæsitis soluendum, a fortiori debitum necessarium alimentorum de quæsitis solui debet, & quia mulier constante matrimonio est domina quæsitorum pro parte dimidia: ad quod facit quod tradit Lara *in tractat. de alim. in l. si quis a liberis, §. si quis ex his, num. 273. cum sequentib.* vbi te-

net, quod mulier potest, de fructibus dotis, qui alita familia viri supersint, patrem inopem alere, etiam si pater secundam vxorem duxerit.

9 Mihi vero † dicta opinio Matienc. prout loquitur, vera nõ videtur: nam dictum debitum, quasi naturale, alendi parentem, non est contractum durante matrimonio, sed ante matrimonium, eo ipso, quod vxor a parentibus creata & alimentata fuit: vt in dictis iuribus de alimentis loquentibus, & ibi-
10 dem per † Doct. Et debitũ tam mariti, quam vxoris ante matrimonium contractum, non est de lucris cõstante matrimonio q̃sitis soluendũ, *vt in l. 14. vers. Est antes, tit. 20. lib. 3. for. Reg.*
11 Item, quia licet debitum † contractum ab vno ex sociis, societate manente, de communi solui debeat, *vt in l. omne æs, cum leg sequent. & l. pen. tit. 10. partit. 5.* tamen illud intelligendum est, quando ex quæstu & ratione societatis; nõ ex caussa vel negotio ꝓprio ipsius socii prouenit, *vt in l. sed nec æs alienũ, & l. socium qui in eo, §. 1. fin ff. pro soc:* In casu prædicto debitum vxoris non est ratione matrimonii & societatis coniugalis caussatum: Ergo, &c. Item, quia societas coniugalis non est omnium bonorum, sed lucri & quæstus tantum, *Burg. de Paz. Iunior, plures referens in q. 11. num. 44. Matienc. in l. 2. glos. 3. nu-*
12 *mer. 10. tit. 9. lib. 5. Recop.* Et † in societate singulari, quidquid socius de communi expendit in alimentando & sustinendo vxorem & filios, illi soli imputatur, quod etiam inter fratres socios singulares seruatur; *vt supra in hoc libr. cap. 2. num. 33. 34. & 35. tradidimus:* Ergo idem in vxore sustinente patrem, di-
13 cendum erit. Ad quod † optime facit, quod tenet Palat. Rub. *in repet. rubr. de don. inter v. r. & vxor. §. 66. nu. 18. & prius §. 62. num. 32. Quemada. q. 6. fiscali in fin. & Baeca de non meliorand. ration. dot. filiabus, c. 11. num. 120. cum sequentib. Burg. de Paz quæst. ciuil. 8. numer. 19. & sequent. Ayora in tract. partition. 3. part. quæst 12. numer. 38.* vbi tenet, quod maritus non potest de bonis in secundo matrimonio quæsitis, suam filiam prioris matri-

trimonii dotare in præiudicium secundæ vxoris: & quod si id fecerit, mulier tantundem ex bonis lucratis accipiet: & si bona lucrata non supersint, de bonis propriis maritus vxori soluere debet, quia nullum commodum ex dicta solutione dotis vxori communicatur. Idem tenet Ioan. Gutier. *in quæstion. super noua Recopil. q. 127. num. 5. lib. 2.* Et idem † videtur dicen- 14
dum, si filiæ prioris matrimonii pater alimenta præstiterit de bonis in secundo matrimonio quæsitis, *vt tenet. Ioan. Gutierr. in quæst. 129. super Recopil. vbi refert Burg. de Paz Iun. quæst. 8 ciuil.* Cum valeat argumentum † de dote ad alimenta, & econtra, 15
secundum Bald. & Angel. in l. 1. ff. solut. matrim. & ibi est communis opinio Doct. *vt testatur Ruin. in cons. 104. col. 11. vers. sed præcedentis, vol. 1.* Ergo similiter † & mulier non poterit in præiu- 16
dicium viri de bonis quæsitis parentem alimentare, & ideo de parte lucrorum ad eam pertinente patrem sustinere poterit. Et ita posset dictum Matienco procedere, quandoquidem marito † permittitur manente matrimonio dotem 17
vxori restituere, vt se, suosque, & patrem fratremq; sustineat, & illis alimoniam præstet, *vt in l. mutus, §. manente, ff. de iur. dot. & l. quamuis, & l. sed ideo, ff sol. matr. l. si quis pro vxore, §. fi. ff. de don. inter vir. & vxor.* Hanc partem tenet Gutier. *vbi sup.* Hic se offert † quæstio, q̃ dicunt in facti contingentia in Cancella- 18
ria Pinciana versari; Vir constante matrimonio molẽdinum in quinquennium construxit, & nondum primo finito anno conductionis e vita migrauit, mulier petiit, vt lucra constante matrimonio acquisita, quæ multa sunt, inter eã & heredem mariti pro æqualibus partibus diuidantur, heres mariti negat diuisionem lucrorum fieri debere, antequam tempus dictæ conductionis transeat: nam ex ea magnum damnum venturum speratur, & antea certum lucrum diuidendum cognosci nõ potest. Mulier inquit post mortem mariti se dictæ conductioni stare nõ debere, quia mariti morte societas cõiugalis soluta fuit. Et mihi videtur, quod ab vtraq; parte caussa ini-

qua in parte defenditur, nam in quantum mulier petit, quod lucra iam acquisita statim diuidantur, iustum & secundum ius petit: nam soluto matrimonio, statim diuidi lucrum debet, sicut societate conuentionali soluta, statim lucrum inter
19 socios diuiditur; *vt in l. 13. tit. 10. part. 5.* Sed † in quantum mulier inquit; quod non tenetur stare dictæ conductioni a marito durante matrimonio factæ; contra ius est: nam per *l. 5. tit. 9. lib. 5. nou: collect. Reg.* maritus habet liberam administrationem lucrorum; & ea sine fraude alienare & obligare potest:
20 & quod † legitime factum est, retractari non debet, *l. sanci-*
21 *mus; cum vulgar. C. de administr. tut.* Et † est debitum constante matrimonio factũ: & ex eo quod mulier acceptat lucrum acceptare debet & damnum, tam præteritum, quam futurum, *l. secundum naturam, ff. de reg. iur. l. si non fuerint, & l. cum o-*
22 *mnibus, §. quidam sagaria, ff. pro socio.* Item, quia † quando finis habet necessariam consequentiam a principio, attendi principium & non finis debet, *l. damni infect. §. Sabini, ff. de damno infect. & ibi Bart. & Doct. l. quod ait lex, §. quod ait, & ibi Doct. ff.*
23 *de adul.* Et † idem videmus in præscriptione, quæ qui accepta fuit cum maiore defuncto, continuatur & perficitur cum mi-
24 nore, *l. Aemilius. ff. de minoribus.* Item, quia † est vnus contractus, & non debet diuersimode iudicari, *l. cum autem, ff. de ne-*
25 *got. gest. c. translato, de constitut.* Item, quia † ex eo quod mulier acceptauit lucra, visa fuit dictæ conductioni consentire: nam si mulier videtur consentire locationi fundi dotalis a marito factæ: & ideo mortuo marito dictæ locationi stare debebit, *vt in l. filiofamilias, § si vir in quinquennium, & ibi Bart. & communiter Doct. ff. solut matrimon.* multo magis dictæ conductioni stare tenetur, *auth. multo magis, C. de sacrosanct. E. cles.* Nam maior ratio in dicta conductione militat.

26 Item, quia *l. 60. Taur.* quæ in † Recopilat. est *l. 9. tit 9. libr. 5.* permittitur mulieri, vt lucris soluto matrimonio renuntiare queat, vt debitis contractis durante matrimonio non teneatur:

tur:

tur: ergo a contrario sensu, quod argumentum est validum in iure, *vt in l. 1. ff. de officio eius, cui mandat. est iurisdict.* quia acceptauit † lucrum obligata permanet. Item, quia licet societas 27
conuentionalis soluta sit, effectus societatis durant, donec pertinentia ad societatem exigantur: *vt tenet Bursat. in consil. 321. num. 59. in vers. secundo morte, lib. 3. Corne. in cons. 134. num. 11. volum. 1. decis. Gen. 71. num. 7. & 8.* Et ita dicendum † est in dicta 28
conductione, quod in ea effectus societatis coniugalis duret, donec finiatur conditio. Et in proposita specie, quod mulier mortuo marito teneatur conductioni a marito factæ, nondum perfectæ stare, tenet Matienco in *l. 2. gloss. 1. num. 21. tit. 9. lib. 5. noua Recopil. Ioann. Gutierr. in quæstion. super noua Recopilat. quæst. 130.*

SVMMARIA.

1 *Maritus non potest donare bona, durante matrimonio quæsita.*
2 *Procurator cum libera & generali administratione, non potest donare.*
3 *Maritus potest alienare bona dotalia inæstimata, quæ pondere numero & mensura consistunt.*
4 *Maritus potest donare bona, constante matrimonio quæsita, quæ pondere & numero, mensuraue consistunt, & mulieri in diuisione est pro sua parte satisfaciendum.*
5 *Maritus an possit donare vel legare alicui filio fundum, & rem immobilem durante matrimonio quæsitam, & de illa maioriam facere inuita vxore, etiam pro parte ad eam pertinente, num. 5. cum seqq.*
6 *Maritus potest per viam contractus bona, constante matrimonio quæsita, alienare.*
7 *Filii non possunt reiuendicare bona aduentitia immobilia a patre alienata, si de bonis paternis hereditariis satisfieri possint.*
8 *Maioria a patre facta de pecunia filiorũ primæ vxoris, in fauorẽ filii secũdæ vxoris valet, & tantũ pecunia est filiis restituenda.*

9 *Maritus non potest donare res immobiles, manente matrimonio quæsitas, in præiudicium uxoris, quia lege prohibetur, & aliud pro alio solui non potest.*

10 *Maritus potest donare rē immobilem durante matrimonio quæsitam, si indiuisibilis sit & commodam diuisionem non recipiat, vel quando mulier partem suam in pretio voluerit.*

11 *Maritus potest donare res, constante matrimonio quæsitas, in parua quantitate & ex caussa.*

12 *Maritus fideiubendo non potest uxori in sua parte lucrorum præiudicare.*

13 *Procurator habens mandatum cum libera, non potest fideiubere.*

14 *Maritus præiudicat uxori in parte lucrorum, fideiubēdo in contractu cum alio communi, qui similiter pro marito fideiussit.*

15 *Maritus potest consumere multa de bonis lucratis ludēdo & meretricando, si dolus absit.*

16 *Maritus non potest delinquendo præiudicare uxori in bonis manente matrimonio quæsitis.*

17 *Damnum obueniens societati culpa vel dolo vnius ex sociis, illi soli imputatur.*

18 *Administratione generali non videtur permissum aliquid dolose fieri, & si factum fuerit, dominum non obligat.*

19 *Quod quis sua culpa damnum sentit, sibi & non aliis imputare debet.*

20 *Alteri per alterum non debet conditio iniqua inferri.*

21 *Mulier delinquendo non potest in lucris præiudicare marito pro eius parte.*

CAPVT XIII.

Quando maritus bona constante matrimonio quæsita donare & perdere possit.

BOna quæsita cōstante matrimonio, maritus donare non
1 potest, secundū receptiorē & †veriorem sententiam Dd. huius Regni: quia donare est perdere, & sub generali admini-

nistra-

nistratione, cum potestate alienãdi a *l. 5. tit. 9. lib. 5. nouæ Recop.* marito concessa, non videtur data, & donandi potestas: *arg. text. in l. creditur, § Lucius, ff. mandat.* vbi in mandato de disponendo de re tanquam propria, donandi potestas data nõ intelligitur: & qui † habet generalem & liberam administrationem, nõ potest donare, nisi specialiter donandi facultas concedatur, *vt in l. 1. § 1. ff. de offi. procur. Cæsar. l. 3. § plene, ff. quod vi,* quæ loquitur in procuratore reipublicæ. Ita tenet Palat. Rub. *in repet. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. num. 29. Simanc. de cathol. instit. tit. 9. num. 86. Bald. in cons. 239. lib. 2. Pelaez de maiorat. p. 1. q. 23. nu. 14. Roias de successo. ab intest. c. 33. nu. 25.* vbi contrariam erroneam & falsam opinionem vocat, *Didac. Per. in l. fi. tit. 4. glos. in verb. Pueda, lib. 4. ordi. Reg. Tellus in l. 19. Taur. n. 2. quem sequitur Bernard. Diaz. & Segur: & Suar. quos refert Mol. in suo tract. de primog. c. 10. lib. 5. num. 66. Matienco in l. 5. glos. 6. n. 6.* vbi hanc magis communem, & magis veram dicit, *tit. 9. lib. 5. nou. collect. Azeued. in d. l. 5. num. 8. Ioann. Gutierr. in quæstionib. super noua Recop. quæst. 121. num. 3.* alios Doct. ad idem recenset. 2

3 Sicut maritus bona † dotalia inæstimata, quæ in numero, põdere & mensura cõsistunt, alienare potest: quia in suo genere functionem recipiũt, *vt in l. res in dotem, ff. de iur. dot. l. 21. tit. 11. partit. 4. Couarruu in practac. quæst.* Ita & † a fortiori dicendum 4 videtur, ꝙ maritus possit durante matrimonio donare bona constante matrimonio quæsita: quæ in pondere, & numero & mensura consistunt. Ita tamen, vt tantundem in lucrorum diuisione mulieri adiudicetur, plus quam marito, & eius marito, & eius heredibus. Dubium † tamẽ inter Doctores versa- 5 tur, an idem seruandũ erit, quãdo maritus aliquem fundum, vel rem lucratam, de his quæ in pondere, & numero, & mẽsura non consistunt, donauit aut legauit, vel meliorationem in dictis rebus alicui filio, seu descendenti inuita vxore, fecit? Et non valere talem donationem, seu legatum vel meliorationem pro ea parte, quæ attinet ad mulierem tenent Molin. *in*

tract. de primog. c. 10. num. 65. cum sequent. lib. 2. Mier. in tract. maiorat. part. 1. quaest. 23. num. 10. Tellus in l. 19. Taur. numer. 7. cum se-
6 *quent.* Non † facientes dictam distinctionem, quod videtur sine dubio, quando maritus in testamento legando, vel per donationem caussa mortis alienat, quia l. per cõtractum permittit alienare. *Ita Azeued. in l. 5. num. 15. & 16. lib. 5. tit. 9. noua Recopilationis,* vbi alios Doctores refert. Velazquez tamen de Auendano *in l. 17. Taur. glos. 4. num. 5. vers. Ego tamen,* inquit, secure existimare meliorationem indistincte valere: ita tamen vt vxori praeiudicium non fiat circa medietatem eorum lucrorum, quo minus valeat tantundem deducere ex bonis communibus eius matrimonii, vt in effectu Ioann. Garcia *de fructibus & expensis, cap. 13. num. 20.* & clarius Ioann. Matienco *in l. 2. titul. 6. lib. 5. noua Recopilat. gloss. 1. num. 4.* Neminem ad id referens, haec Velazquez de Auendano, ad cuius opinionis comprobationem facit text. *in l. 24. titul. 13. partit. 5.* vbi dispo-
7 nitur, quod † si pater legitimus administrator bonorum aduentitiorum filiorum aliqua ex dictis bonis alienauerit, & pater soluendo sit, & de bonis paternis hereditatis bona alienata solui possunt, quod filii bona a patre alienata reiuendicare non possunt: quamuis Gregor. Lupus *in dicta l. in verb. Entonce,* intelligit dictam *l. part.* si filii petere pretium eligant, ne corrigantur, *l. 1. C. de bon. matern. & l. fin. §. ipsum autem filium, C. de bon. quae liber. & in fin.* Gregor. inducit dictam l. part. ad quae-
8 stionem: quod † si pater ex pecunia filiorum primae vxoris emit praedia, de quibus postea fecit maioriam in filium secundae vxoris, quod maioria tenebit, & tantum pecunia filiis primi matrimonii debebitur.

9 Mihi autem † verior de iure videtur opinio Molinae, & Mierez & Tell. *vbi supra*: nam si maritus non potest res constante matrimonio quaesitas, donare, *vt tenet Velazquez de Auendano cum aliis,* donatio in contrarium facta in praeiudicium mulieris est ipso iure nulla, *l. fin. C. de sent. ex pericul. recitand. l.*

non

non dubium, C. de leg. l. si aut nullum, C. de legit. hered. & inuitæ mulieri aliud pro alio solui non poteſt, *in l. 2. §. mutui datio, ff. si cert. petat.* Hanc partem tenet Ioann. Gutierr. *in d. quæſt. 121. numer. 6. Angul. in l. 3. Taur. gloſ. 4. num. 1.* Opinio † Matienc. & 10
Ioan. Garc. & Velazquez de Auend. procedet muliere eligẽte pretiũ petere, vel si res a marito donata sit indiuisibilis, vel commode diuidi non possit, *arg. tex. in l. ad offic. & ibi Dd. commun. diuid. §. fin. Inſt. de offic. iudicis, l. fin. tit. 15. partit. 6.* Quæ dicta sunt, intellige, nisi maritus † in parua quãtitate, & cũ cau- 11
sa aliquid largitus fuerit, quia videtur posse facere, *per ea, quæ tradit Velazq. de Auend. vbi supra, & Azeu. in d. l. in verb. Enagenar. nu. 9. & 10. & Ioann. Gutierr. in d. quæſt. 121. nu. 4. lib. 2.* Quia tunc cessat fraus & dolus, & de modicis non eſt curandum, *l. 4. ff. de ædil. edict. l. scio, ff. de in integrum reſtit.* Quod † si maritus 12
durante matrimonio pro aliquo fideiussor intercesserit, & vt fideiussor pro debitore soluerit, illi vel eius heredibus adiudicari debet. Nã sicut maritus prohibetur lucra in præiudicium vxoris donare, quia eſt perdere, *vt in l. filiusfamilias, ff. de donat. l. contra iuris, §. fin. ff. de pact.* Ita & fideiubere prohibetur: quia † fideiubere eſt donare & perdere, & ideo qui habet 13
mandatum cum libera, sicut non poteſt donare, nec fideiubere, *ita Paul. in dict. l. contra iuris, §. fi. ff. de pact.* & sic mulier habens a marito licentiam contrahendi, donare, nec fideiubere poterit, *ita Caſtell. in l. 56. Taur. in verb. Licencia general, versic. item non poteſt.* Et quod mulier pro sua lucrorum parte nõ teneatur pro fideiussione, a marito pro alio facta, tenet Matienco *in l. 3. gloſſ. 7. num. 7. titul. 9. libr. 5. noua Recopilat.* qui refert Montalu. idem tenentem *in l. 5. titul. 18. libr. 3. Fori, in gloſſ. 1. in princ.* Azebed. autem *in l. 5. num. 20. & 21. tit. 5. lib. 9. noua collect.* inquit, quod si maritus pro homine paupere, & qui notorie non erat soluendo fideiussit, mulier non teneatur. Ad idem allegat Ayoram *in tractat. partit. 1. part. cap. 8. num. 12.* Vbi Ayora in † omni casu velle videtur, quod mulier pro fideius- 14

tract. de primog. c. 10. num. 65. cum sequent. lib. 2. Mier. in tract. maiorat. part. 1. quæst. 23. num. 10. Tellus in l. 19. Taur. numer. 7. cum se-
6 *quent.* Non † facientes dictam distinctionem, quod videtur sine dubio, quando maritus in testamento legando, vel per donationem caussa mortis alienat, quia l. per cõtractum permittit alienare. *Ita Azeued. in l. 5. num. 15. & 16. lib. 5. tit. 9. noua Recopilationis*, vbi alios Doctores refert. Velazquez tamen de Auendano *in l. 17. Taur. glos. 4. num. 5. vers. Ego tamen*, inquit, secure existimare meliorationem indistincte valere: ita tamen vt vxori præiudicium non fiat circa medietatem eorum lucrorum, quo minus valeat tantundem deducere ex bonis communibus eius matrimonii, vt in effectu Ioann. Garcia *de fructibus & expensis, cap. 13. num. 20.* & clarius Ioann. Matienco *in l. 2 titul. 6. lib. 5. noua Recopilat gloss. 1. num. 4.* Neminem ad id referens, hæc Velazquez de Auendano, ad cuius opinionis comprobationem facit text. *in l. 24 titul. 13 partit. 5.* vbi dispo-
7 nitur, quod † si pater legitimus administrator bonorum aduentitiorum filiorum aliqua ex dictis bonis alienauerit, & pater soluendo sit, & de bonis paternis hereditatis bona alienata solui possunt, quod filii bona a patre alienata reiuendicare non possunt: quamuis Gregor. Lupus *in dicta l. in verb. Entonce*, intelligit dictam *l. part.* si filii petere pretium eligant, ne corrigantur, *l. 1. C. de bon. matern. & l. fin. §. ipsum autem filium, C. de bon. quæ libir. & in fin.* Gregor. inducit dictam l. part. ad quæ-
8 stionem: quod † si pater ex pecunia filiorum primæ vxoris emit prædia, de quibus postea fecit maioriam in filium secundæ vxoris, quod maioria tenebit, & tantum pecunia filiis primi matrimonii debebitur.

9 Mihi autem † verior de iure videtur opinio Molinæ, & Mierez & Tell. *vbi supra*: nam si maritus non potest res constante matrimonio quæsitas, donare, *vt tenet Velazquez de Auendano cum aliis*, donatio in contrarium facta in præiudicium mulieris est ipso iure nulla, *l. fin. C. de sent. ex pericul. recitand. l. non*

non dubium, C. de leg. l. si aut nullum, C. de legit. hered. & inuitæ
mulieri aliud pro alio solui non potest, *in l. 2. §. mutui datio, ff.*
si cert. petat. Hanc partem tenet Ioann. Gutierr. *in d. quæst. 121.*
numer. 6. Angul. in l. 3. Taur. glos. 4. num. 1. Opinio † Matienc. & 10
Ioan. Garc. & Velazquez de Auend. procedet muliere eligē-
te pretiū petere, vel si res a marito donata sit indiuisibilis, vel
commode diuidi non possit, *arg. tex. in l. ad offic. & ibi Dd. com-*
mun. diuid. §. fin. Inst. de offic. iudicis, l. fin. tit. 15. partit. 6. Quæ di-
cta sunt, intellige, nisi maritus † in parua quātitate, & cū caus- 11
sa aliquid largitus fuerit, quia videtur posse facere, *per ea, quæ*
tradit Velazq. de Auend. vbi supra, & Azeu. in d. l. in verb. Enage-
nar. nu. 9. & 10. & Ioann. Gutierr. in d. quæst. 121. nu. 4. lib. 2. Quia
tunc cessat fraus & dolus, & de modicis non est curandum, *l.*
4. ff. de ædil. edict. l. scio, ff. de in integrum restit. Quod † si maritus 12
durante matrimonio pro aliquo fideiussor intercesserit, & vt
fideiussor pro debitore soluerit, illi vel eius heredibus adiudi-
cari debet. Nā sicut maritus prohibetur lucra in præiudicium
vxoris donare, quia est perdere, *vt in l. filiusfamilias, ff. de do-*
nat. l. contra iuris, §. fin. ff. de pact. Ita & fideiubere prohibetur:
quia † fideiubere est donare & perdere, & ideo qui habet 13
mandatum cum libera, sicut non potest donare, nec fideiu-
bere, *ita Paul. in dict. l. contra iuris, §. fi. ff. de pact.* & sic mulier ha-
bens a marito licentiam contrahendi, donare, nec fideiube-
re poterit, *ita Castell. in l. 56. Taur. in verb. Licencia general, versic.*
item non potest. Et quod mulier pro sua lucrorum parte nō te-
neatur pro fideiussione, a marito pro alio facta, tenet Mati-
enco *in l. 3. gloss. 7. num. 7. titul. 9. libr. 5. noua Recopilat.* qui refert
Montalu. idem tenentem *in l. 5. titul. 18. libr. 3. Fori, in gloss. 1.*
in princ. Azebed. autem *in l. 5. num. 20. & 21. tit. 5. lib. 9. noua col-*
lect. inquit, quod si maritus pro homine paupere, & qui no-
torie non erat soluendo fideiussit, mulier non teneatur. Ad
idem allegat Ayoram *in tractat. partit. 1. part. cap. 8. num. 12.* Vbi
Ayora in † omni casu velle videtur, quod mulier pro fideius- 14

sione mariti non teneatur, nisi quando in contractu, cum a-
lio communiter facto alter pro altero fideiussit, & sic fideius-
sio reciproca facta fuit. Et Ayoram sequitur Ioan. Gutierr. *in*
quæstionibus super noua Recopil. quæst. 127. num. 3. lib. 2. quorum
15 opinio mihi vera videtur. Vide Gutierr. *ibi.* Quando † autem
maritus, vt communiter fit, multa quæsita durante matri-
monio, ludendo & meretricando sine dolo consumsit, nulla
de his ratio propter euitandas lites habenda est, quia sic se
habet consuetudo, *Ita Roderic. Suar. in l. 1. tit. 3. lib. 3. for. versi-*
cul. quæritur circa hoc: quem refert, & sequitur Gregor. Lup. in l. 13.
in verb. Ganancias, titul. 10 partit. 5. Burg. de Paz Iun. in quæstion.
8. numer. 13. & 29. Anton. Gomez in l. 53. Taur. numer. 66. Nauarr.
in Manual. latin. cap. 17. numer. 155. Azebed. in l. 5. titul. 9 libr. 5.
noua collect. Regn. verb. Cautelosamente, numer. 19. & Matienço in
16 *dicta l. 5. numer. 6. in gloss. 6.* Quod † non procedit, quando de-
linquendo aliqua bona lucrata maritus consumsit, vel pro-
pter delicti condemnationem soluit: nam illi soli imputatur,
& tantundem de bonis quæsitis mulieri, vel eius heredibus
in diuisione resarciendum est, vt cauetur *in l. 10. dicto titul. 9.*
17 *lib. 5. noua Recopilat.* Quia † damnum obueniens societati cul-
pa vel dolo vnius ex sociis, aliis nocere non debet, & socio
doloso & culposo imputatur, *vt in l. cum duob. §. damna, ff. pro*
socio, & l. ex parte, §. si filius, ff. familiæ erciscund. l. 7. & 13. titul. 10.
18 *partit. 5.* Et in generali † administratione non videtur per-
missum aliquid dolose fieri, neque si factum fuerit, dominum
obligat, *l. creditur, §. Lutius, ff. mandat. vbi Bald. notat, Afflict.*
19 *in dict. decis. 29. in fine.* Et † quod quis sua culpa damnum sen-
tit, sibi & non aliis imputare debet, *reg. quod quis, de regul. iur.*
20 *in 6.* & alteri per † alterum non debet conditio iniqua infer-
ri, *regul. alteri, de regul. iur. titul. C. ne vxor pro marito: & titul. ne*
21 *filius pro patre.* Et idem † seruandum est in muliere delin-
quente per dicta iura, *Palat. Rub. in repetition. rubr. de donat. in-*
ter vir. & vxor. §. 60. numer. 18. & 19. Segur. in tractat. de bon. con-
stant.

stant. matrimon. quaesit. Matienco in l. 4. gloss. 7. num. 11. & in l. 39. gloss. 2. dict. titul. 9. lib. 5. nou. collect. Regn.

SVMMARIA.

1 *Dominium & possessio bonorum quaesitorum, manente matrimonio ipso iure in habitu & potentia, reuocabiliter in mulierem pro dimidia parte transfertur.*

2 *Dominium & possessionem partis lucrorum acquirit mulier cum effectu soluto matrimonio.*

3 *Mulier an sine cessione mariti vel eius heredis possit partem lucrorum a tertiis possessoribus & debitoribus petere, num. 3. cum seqq.*

4 *Iura sine cessione in societate omnium bonorum non transeunt.*

5 *Mulier potest medietatem bonorum quaesitorum, cuiuscunque qualitatis sint, petere.*

6 *Ius, quod lege conceditur, alterius auxilio non iuuatur.*

7 *Mulieri competunt omnia interdicta possessoria ad bona quaesita, ad eam pertinentia.*

8 *Cessio alterius non est necessaria, quando lex diuidit aliquid inter aliquos.*

9 *Socius pro sua parte potest agere, & nouum opus nuntiare.*

10 *Maritus mouet actiones vtiles sine cessione in nominibus debitorum in dotem datis, quia lege possunt vtiles actiones transferri de vna persona in aliam.*

11 *Bonorum appellatione iura & actiones continentur.*

12 *Acquisitum a socio nomine suo in societate omnium bonorum, de iure partitarum communicatur.*

13 *Distinctio Auendani & aliorum Doctorum reiicitur.*

14 *Iura & actiones hereditaria ipso iure cõmunicãtur inter heredes.*

15 *Argumentum de lege ad sententiam est validum.*

CAPVT XIV.

An bonorum quaesitorum dominium & possessio in mulierem, statim cum bona acquiruntur, durante matrimonio transeat? Et an soluto matrimonio sine cessione iurium ab heredibus mariti

facta, possit res communes a tertiis possessoribus pro sua parte petere, & actiones contra debitores mouere?

1 DOminium † & possessio bonorum manente matrimonio quæsitorum, ipso iure in habitu & potentia in mulierem pro dimidia parte transfertur: non autem irreuocabiliter, nec in actu, cum penes maritum sit eorum administratio, & possit dicta lucra ad libitum sine fraude alienare, *vt in l. 5. tit. 9. lib. 5. noua Recopilat.* Quod intellige siue maritus solus, & suo tantum nomine, vel similiter mulier acquisiuerit: nam de iure Regio nulla facta distinctione, quæ de iure communi in societate conuentionali locum habet, dominium & possessio bonorum durante matrimonio quæsitorum, ipso iure inter virum & vxorem communicatur, secundum veriorem & communiorem opinionem Doct. Reg. quam tenent Roderic. Zuar. *in l. 1. tit. de las ganancias, vers. vlterius quæro in prin. tit. 3. libr. 3. fori Ant. Gomez in tom. 2. varia. c. 5. num. 3. Gomez de Leon in cent. inform. iure facto. 1. Burg. de Paz Iunior in quæst. 9. a num. 15. cum seqq. Baez. de decim. tutor. cap. 31. nu. 5. Couar. in cap. 19. lib. 3. vari. resol. Gregor. Lup. in l. 55. gloss. mag. col. 3. in medio, tit. 5. partit. 5. Ayora in tract. part. quæst. 41. p. 2. Angul. in tract. de meliorat. in l. 3. gloss. 4. num. 5. Azebed. in l. 2. num. 17. tit. 9. lib. 5. noua Recopil.* Quod procedit ad similitudinem societatis omniũ bonorum contractæ, *vt in l. 47. tit. 28. partit. 3. Matienco in d. l. 2. gloss. 3. nu. 9 & 12. in vers. quarta conclus. Segur. in repet. l. 3. § fin. nu. 78 ff. de liber. & posth. idem Segur. in tract. de bon. constante matrimonio quæsit. num. 44. Palat. Rub. in repet. rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 66. nu. 24. Cassan. in consuetudinibus Burg. Rubric. 4. §. 2. versic. Et participant, nu. 6. Ant. Gomez in l. 53. Taur. nu. 77. & in l. 60. num. 1 & in l. 77. num. 2.* Hanc vocat communem opinionem, & eam sequitur Ioann. Gutierr. *in quæstionib. super noua Recopilat. quæst. 118. nu. 12 & 13.* Dissoluto † tamen matrimo-
2 nio dictum dominium & possessionem cum effectu mulier ac-

acquirit, *Ita Roderic. Zuar. & Couar. & Gregor. & Doct. vbi supra.*

Dubium † est, an dissoluto matrimonio mulier sine ces- 3
sione mariti, vel eius heredum possit a tertiis possessoribus & debitoribus dimidiam partem lucrorum petere? Et Masuerius, & Rebuff. quos refert & sequitur Auendanius *in respons. 20. num. 3. vers. tamen contra, & Didac. Perez in l. 4. titul. 8 libr. 3. ordinamen. Reg. col. 1085.* tenent, quod si mulier simul cum marito in instrumento emtionis, & contractus contineatur, poterit sine † mariti vel eius heredum cessione exigere, alias 4
non, quia iura sine cessione, etiam in societate omnium bonorum non transferuntur, *vt in l. 3. ff. pro soc.* Azebed tamen. *in dicta l. 2. num. 19. & 20. & 21. cum sequentibus, titul. 9. lib. 5. Recopilat.* Contrarium † & bene tenet, imo quod sine aliqua di- 5
stinctione semper mulier potest medietatem lucrorum; siue sint bona mobilia, siue immobilia, siue iura incorporalia, & nomina debitorum, petere. Nam † si vere & realiter efficitur 6
domina irreuocabiliter dictorum lucrorum soluto matrimonio pro parte ad eam pertinente, non indiget alterius auxilio, & frustra petet, quod intus habet, & a iure conceditur, *vt in l. vnica, C. de Thesaur. libr. 11.* Ad quod † faciunt, quæ tradit 7
Matienc. *vbi supra, numer. 22.* vbi inquit per iura, quæ ibi allegat in dictis lucris pro dimidia eorum parte soluto matrimonio mulieri competere omnia interdicta possessoria retinendæ, recuperandæ & adipiscendæ. Ad quod † etiam facit, 8
quod tradit Bald. *in c. 1. an agnatus vel filius, vers. extra nota, numer. 24.* Vbi inquit, quod quando lex diuidit aliquid inter aliquos non est necessaria cessio alterius ad inuicē: & quilibet pro sua parte, sine cessione aget. Item † facit *l. de pupil. §. si plu-* 9
res, ff. de nou. oper. nunt. vbi socius pro sua parte potest agere, & nouum opus nuntiare, non obstat dicta *l. 3. ff. pro socio:* nam societas conuentionalis in multis ab ista coniugali differt, *vt inc. cis infra dicitur.*

Nam si † dicta l. 3. vellet, posset statuere, vt actiones in ea 10

contentæ, saltem vtiles in socios, ipso iure & sine cessione transirent, quas suo nomine exercere possent, quemadmodum post cessionem factam, vt statutum est in nominibus debitorum in dotem datis, *vt in l. 2. C. de action. & obligat.* vbi maritus mouet actiones vtiles sine cessione, & idem seruatur in aliis casibus relatis a gloss. *in l. 1. C. de action. & obligat.* & vt in dictis casibus est speciale, ita in casu nostro, quia lex ita vo-
11 luit disponere, dum † communicationem omnium bonorum quæsitorum, constante matrimonio inducit, & bono-
12 rum appellatione iura, & † actiones continentur, *vt in l. bono-*
13 *rum appellatione, ff. de verbor. signif.* Ad quod † facit dict. *l. 47. titul. 28. partit. 3. in fin.* vbi contra ius commune disponitur, quod acquisitum nomine suo a socio omnium bonorum, communicetur sine cessione. Et ita non est tenenda opinio Auendani, & aliorum Doct. quos refert & sequitur Ioan. Gutier *in quæstionibus super noua Recopilat. quæst. 118. num. 15. & 16.* Neque est bona differentia, quam faciunt Gutierr. & alii ab eo relati, quod in bonis iam corporaliter acquisitis, mulier ius quęsitum habet: Et in non corporaliter quæsitis, non, cum ius in vtroque casu sit iam reuocabiliter acquisitum, & sicut bona, quæ tangi possunt, communicantur, ita iura incor-
14 poralia communicari † debent: vt vidimus in iuribus, & nominibus hereditariis, quæ ipso iure inter heredes communicantur & diuiduntur, *vt in l. ea, quæ, cum ibi a gloss. allegat. C. familiæ erciscundæ.* Et sicut inquit Auendanius & Gutierr. *vbi supra*, quod diuisio iurium in iudicio facta operatur, quod mu-
15 lier sine cessione potest agere. Idem † diuisio a lege facta operari debet, nam valet argumentum de lege ad sententiam, & contra, *l. 2. §. post originem, ff. de orig. iur.*

SVMMARIA

1 *Societas circa lucra, vno ex coniugibus mortuo, si superstes in* *com-*

communibus bonis per multum tempus remanserit, an renouata censeatur; num. 1. cum seqq.

2 Societas coniugalis & conuentionalis differunt.

3. Societas conuẽtionalis fit consensu duorũ vel plurium lucri caussa, & coniugalis ob prolem procreandam.

4 Attendi debet semper, quod principaliter agitur.

5 Societas coniugalis circa lucra est incidens, quia fit ratione matrimonii.

6 Societas conuentionalis contrario consensu dissoluitur.

7 Societas coniugalis circa lucra, fit consuetudine lege approbata.

8. Mulier potest renuntiare lucris quæsitis & quærendis.

9 Societati coniugali renuntiari nõ potest, quia est nexus diuinus, qui separari non potest.

10 Aequalitas est seruanda in societate conuentionali.

11 Aequalitas non seruatur circa lucra communicanda in societate coniugali.

12 Capitale mulieris nullum periculum subit, quia saluum semper esse debet.

13. Socius conuentionalis non potest alienare bona societatis sine consociorum consensu.

14 Maritus sine consensu vxoris potest alienare bona lucrata constante matrimonio sec'usa fraude.

15 Diuersa diuersum ius constituunt.

16 Absurdum est vitandum.

17 Societas tacite renouata, censetur renouata cum omnibus qualitatibus primæ societatis.

18 Societas coniugalis non est societas omnium bonorum, quia legata & donationes non communicantur.

19 Donationes & legata cõmunicantur in omniũ bonorum societate.

20 Consensus partium requiritur in contractibus & in societate.

21 Societas non inducitur ex communi victu aut possessione.

22 Societas coniugalis fit caussa matrimonii, quo cessante, cessat.

23 Societas ad tempus, post tempus finitur.

24 *Temporis taxationem habens, post tempus censetur prohibitus.*

25 *Limitatum ad tempus, post tempus non producit effectum.*

26 *Societas coniugalis est a iure communi exorbitans.*

27 *Societas non censetur tacite renouata, nisi fiant actus, qui citra ius societatis fieri non possunt.*

28 *Maritus vel mulier quando altero mortuo res communes administrat, præsumitur suo nomine facere.*

29 *Actus in dubio præsumitur ex caussa necessaria factus potius quam voluntaria.*

30 *Commune quodammodo dicitur meum.*

31 *Societas non censetur renouata vno coniugum mortuo, nisi fiant actus cum heredibus defuncti, quibus de iure societas inducitur, & renouari censetur.*

32 *Dispositum in sociis non habet generaliter locum in coniugibus.*

33 *Societas coniugalis non est minus priuilegiata, quam ceteræ societates.*

34 *Societas coniugalis circa lucra quæsita est magis priuilegiata, quam societas conuentionalis.*

35 *Pater, qui mortua vxore in communibus bonis pro tempus remansit, non tenetur communicare filiis emancipatis neque in potestate exsistentibus lucrata post mortem vxoris.*

36 *Quilibet præsumitur potius suo quam alieno nomine facere.*

37 *Tutor & administrator præsumitur administratorio nomine facere.*

38 *Tutor & administrator præsumitur suo nomine facere, quando actus non pertinet principaliter ad pupillum, sed etiam ad tutorem vel curatorem.*

39 *Pater administrans bona communia cum filiis, præsumitur suo nomine administrare.*

40 *Mater tutrix filiorum bona communia administrans, non præsumitur societatem renouare.*

41 *Pupilli non obligantur sine tutoris auctoritate.*

42 *Tutor non potest sibi auctorari.*

43 Tu-

43 *Tutor non potest sibi obligari.*
44 *Mater tutrix tenetur reddere rationem sicut quilibet administrator.*
Augmentum bonorum tempore caussatum post mortem meliorantis, auget meliorationem.

CAPVT XV.

Quando societas vno coniugum mortuo, a superstite cum heredibus defuncti renouata censeatur.

MOrtuo vno ex coniugibus, si † alter in omnibus communibus bonis per multum tempus remansit, & multa bona lucratus est, bona sic lucrata, cum heredibus defuncti cõmunicanda sunt. Qu a societas tacite continuata & renouata præsumitur. *Ita tenet Palat. Rub. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 62. n 25. quem refert & sequitur Greg. Lup. in l. 10. in verb. Por la muerte, in vers. tertio limita, tit. 10. part. 5. Segur. in l. 1 §. fin. nu. 74. ff. de lib. & posthum, Castell. in l. 16. Taur. Gomez Ioan. Leon. in cent. informat. cap. 1. num. 11. Azebed. in l. 3. num. 28. tit. 6. libr 5. noua collect. Reg.* qui *in l. 2. nu. 14. in fin. & num. 15. tit. 9 dict. lib. 5. Recopil.* sic inquit, & nouissime post hæc vidi Matienc. *hic in gloss. nu. 42. vsque ad num. 49.* Quid tamen si soluto matrimonio per mortẽ vxoris maritus superstes adhuc retinet omnia bona in communi, & lucratur hinc inde multa an postea petita diuisione per filios emancipatos dabitur, & parti vxoris, & suorum heredum medietas lucrorum dissoluto matrimonio acquisitorum? Et dicendum est, quod sic, cum Palatio Rubeo relato & secuto, cum gloss. *in l. 10. titul. 10. partit. 5. per text. in l. 9. tit. 4 lib. 5. fori generosorum, & lib. 6. titul. 4. lib. 3. fori.* Et ratio est, quia coniux durante viduitate censetur in eodem permanere matrimonio, *vt in l. fin. C. de bon. matern. Castell. in dict. l. 16. Taur. nu. 52. vers. Et responde.* Et istam quæstionem nouissime, & late tetigit Matienco *hic gloss. 1. num. 9. cum*

pluribus sequentib. & *num. 3.* inquit, videri contrariam sententiam iure probari, & *num. 16.* respondet dictis legibus fori dicendum; quod debet earum vsus probari: & quod in Pinciana Cancellaria vidit contrarium iudicatum, & practicari. Et tandem *numer. 17. vsque ad num. 26.* distinctione casuum decidit istam quæstionem, & fere in omnibus concludit casibus societatem hanc & bonorum communionem durare, vt pars lucrorum detur heredibus vxoris. Et sic opinio Palat. Rub. & Greg. Lup. supra allegata videtur sequenda, cum a iuris dispositione fundari possit, ex ibi adductis per Matienc. *num. 9. cum sequentib. & a num. 26. cum sequentib. aliquibus*, vbi differit de fratribus in cõmunione existentibus & remanentibus mortuis parentibus. Et quia dictæ leges fori plurimum ad hæc conducunt, & vbi earum vsus probabitur, indubia res erit hæc, vbi tamen non probabitur vsus earum, quæstio dubitabilis est, & altiori digna consideratione, licet mihi non displiceat distinctio Matienco *numer. 17. & sequentib. posita*. Et quid si mulier vidua fuit tutrix filiorum, an tunc cesset hæc communio, vide Palat. Rub. *vbi supra nu. 31.* qui cogitandum relinquit, *hac Azeb. dict. loco*, cuius verba referre placuit, vt super omnibus sententiam proferam meam.

2 Quantum † ad primum, mihi videtur dicendũ, quod non est de iure vera neque tenenda dicta opinio Palat. Rub. & Greg. & sequacium, quia iure nõ probatur, quia maxima differentia est inter societatem inter socios cõuentionales contractam, & inter societatem coniugalem: nam prima fit consensu duorum vel plurium lucri caussa, *Bald. in cons. 120. lib. 1. l.*
3 *1. tit. 10. part. 5.* Societas † coniugalis fit principaliter ob prolem procreandam, & nõ lucri habendi caussa, *vt in c. omne 20. q. 2 glos. in c. fin. de cond. apposit. Hostiens. in summ. de matrimon. l.*
4 *3. tit. 2. part. 4.* Et semper debet attendi, quod † principaliter agitur, *l. si quis, nec caussam, & ibi glos. & Doct. ff. si cert. pet.* Socie-
5 tas coniugalis † circa lucra est societas incidens, & nõ est proprie-

prie societas, quia ratione matrimonii fit: *argum. l. heres, §. non autem, ff. familiæ erciscund. l. vt sit, & ibi gloss. ff. pro socio, gloss. in §. item si inter aliquos, in verb. societate, & in verb. eius, Institut. de obligat. quæ ex quasi contract. nascuntur, Alexand. in cons. 40. volum. 2. ad fi.* Societas † conuentionalis, quia fit consensu, contrario consensu dissoluitur, *l. nihil tam naturale, ff. de regul. iur. l. ita quod, ff. pro socio, l. si maior, & ibi glos. C. commun. diuid.* Societas coniugalis † quoad bona quæsita communicanda fit consuetudine, *l. approbata, l. 2. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. Reg. & ibi Matienc. in glos. 3. in verb. Ayanlo ambos de por medio, in princ. argum. tex. in l. 3 ff. de interd. & relegat. l. fin. C. de bon. matern.* Et licet mulier † lucris quæsitis, & quærendis renuntiare possit, *l. 9. tit. 9. lib. 5. noua Recopilat. Roder. Suar. in l. 1. titul. De las ganancias, lib. 3. for. Couarru. in 4. part. 2. cap. 7. §. 1. num. 11. Auend. respons. 20. num 8.* Coniugali † societati, quoad cohabitationem renuntiari non potest: nam per matrimonialem copulam inducitur nexus diuinus, qui fœdus matrimonii vocatur, & sunt duo in carne vna, neq; potest separari nisi anima a corpore separetur: *Genes. c. 2. in fi. Matthæi 5. & 19. cap. dicit Apostolus 1. ad Corinth. 7. cap.* In societate † conuentionali debet æqualitas seruari, quia si vnus socius ponit pecuniam, & alter operam, opera debet esse æqualis pecuniæ, & qui plus operæ, vel pecuniæ ponit, plus lucri, vel damni habere debet, *l. si non fuerint, ff. pro soc. Menoch. de arbitr. iud. casu. 125. per totum lib. 2. l. cum duobus, §. damna, ff. pro soc. soc. l. 4 in princ. tit. 10. partit. 5.*

(margin: 6, 7, 8, 9, 10)

In societate † coniugali dicta æqualitas non seruatur non 11
solum ratione matrimonii lucra æqualiter diuiduntur, nulla ratione habita, vir fuerit a principio pauper, & vxor diues, vel econtra, vir diues, & vxor pauper, quod vnus semper laborauerit, alter non, *l. 4. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. Reg. Montalu. in l. fin. titul. 3. lib. 3. for. Anton. Gomez in l. 52. Taur. num. 11. & num. 33. Matienc. in l. 5. gloss. 5. titul. 9. lib. 5. Recop. l. 2. dict. titul. 9. libr. 5. Recopilat.* Et capitale † mulieris semper solum esse debet 12

& nullum periculum subit, quod est contra naturam societatis, *vt supra cap. 3. num. 6. cum duobus sequentibus diximus.* So-
13 cius conuentionalis res † societatis sine consociorum consensu alienare non potest, nisi venales, & ad id destinatæ fue-
14 rint, *l. nemo ex sociis, ff. pro soc. decis. Genu. 14. num. 67.* Vir † sine consensu vxoris omnia constante matrimonio quæsita alie-
15 nare sine fraude potest, *l. 5. tit. 9. noua Recopil.* Et † si tot diuersitates inter dictas societates versantur, diuersum ius constitui
16 debet, *l. final. ff. de rit. nupt.* Nam si ex † eo, quod mortuo marito mulier in omnibus bonis remansit, vel cõtra mortua vxore maritus remansit, dicta societas tacite continuata & renouata iudicaretur, sequeretur, quod vir vel mulier, quę in bonis remansit, quæ parum medietas lucri habebat, medietatẽ fructuum rerum capitalium alterius consequeretur, vel si æqualia bona habebant, opera vnius communicetur & diuidatur, quod absurdum & contra naturam societatis est. Nam socie-
17 tas tacite † renouata cũ omnibus modis, & qualitatibus primę societatis renouari videtur, *l. item quæritur, §. qui impleto, ff. locat. l. in iis, §. vxori, ff. solut. matrim. l. 20. tit. 8. part. 5. Ludouic. in conclus. 53. vers. 2. præsumtio. & in vers. 3. præsumtio, quem refert Mascard. de probat. lib. 3. conclus. 1311. num. 18.* Idem tenet decis.
18 *Gen. 71. num. 2. Bursat. in cons. 321. nu. 60. vol. 3.* Et † societas coniugalis non est societas omnium bonorum. Quod ex eo patet, quod hereditates & legata, & donationes non commu-
19 nicantur, *vt in l. 3. 4 & 5. tit. 9 lib. 5. noua Recop.* Sicut † in societate omnium bonorum communicantur, *vt in l. 3 §. cum specialiter, l. si societatem vniuersarum, ff. pro soc. l. 7. tit 10. part. 5.* Et sic est societas lucri & quæstus lege inducta, *Burg. de Paz inn. plures referens in quæst. 11. nu. 44. Matienc. in l. 2. gloss. 3. num. 10 & in l. 3. gloss. 1. num. 3. & in l. 4. glos. 1. num. 1. tit. 9. lib. 5. noua Recopilat. Ioann. Gutierr. in quæst. 18. num. 7 lib. 2. super Recopil.*

20 Item, quia † sequeretur, quod solo consensu remanentis in bonis communibus societas renouaretur; quod est contra

iuris

iuris principia: nam in omnibus contractibus partium consensus requiritur, *l. obligationum substantia, ff. de act. & obligat. l. 1. ff. de pact. l. non omnis, l. si ego, ff. si cert. petat. l. 2. & 3. C. de contrahend. emt.* Et ita societas consensu sociorum contrahitur, *l. 1. & 4. & l. vt sit, & l. societatem coiri, ff. pro socio, l. 1. tit. 10. partit 5.* Quia † ex communi victu, aut possessione bonorum societas 21
non inducitur, vt quæsita communia fiant, *l. si vnus ex sociis, §. prima, ff pro socio l. cum proponas, C. eodem tit. l. penult. C. si quis alteri vel sibi, l. si patruus, C commun. vtriusque iud. l. si ex ea pecunia, C. de rei vendicat. Bar. in l. Titium & Meuium, §. altero, ff de administrat. tutor. Ant. de Butr. in cons. 71. Anchar in cons 31. Paul. de Castro, in d. l. si patruus, & ibidem Salycet. & Fulgos. C. comm. vtriusq. iud. Alex. cons 49. nu. 1. l. 1. Angelus in l. ex tribus. ff. de neg. gest. & in cons. 113. Alc. in tract. de præsumt. regul. 1. præsumt. 25 vers. item fallit, Iason in l. 1. num. 7. C. qui testament. facer. possunt, Aymon Crauet. in cons. 810. num. 6.* Item, quia † societas coniugalis caussa 22
matrimonii a lege inducta fuit, & matrimonio cessante, cessare debet: *text. in c. cum cessante, de appellat. l. adigere, §. quamuis, ff. de iur patron.* Et quia † societas ad tempus contracta, post 23
tempus finitur, *l. actione, §. qui societate in tempus, ff. pro soc. Paul. in l. 1. § non autem, ff. de instit. act.* Et † qui temporis taxationem 24
habet, post tempus prohibitus videtur, *Bald. in cons. 323. libr. 1.* Et ad † tempus limitatum, post tempus non producit effe- 25
ctum: *Anchar. in cons. 118. col. 2. Dec. in cons. 61. nu. 14.* Item, quia dicta societas coniugalis est a iure communi exorbitans, *Ioan. Andr. in c. 2. de don. inter vir. & vxor. Petrus de Vbaldis de success. ab intestat. Burg. de Paz Iun. plures referens in quæst. 8 nu. 24. Matienc. in l. 2. glos. 1 num 1. 2. 3. & 77. titul. 9. lib. 5. noua Recopil. Reg.* & sic restringenda in suo casu est *l. 2. C. de noxalib.*

Item, quia † ad hoc, quod tacita societas contrahatur, & 26
renouetur, requiritur, quod fiant actus, qui citra ius societatis fieri non possunt: *arg. l. g. pro herede, §. Papinian. ff. de acq. hered. Bald. in l. si patruus, C. commun. vtriusque iud. Aymon Crauett.*

27 *in conf.875.n.10.* Et ideo † actus promiscui requiruntur, *Bald. vbi supra, Roman. in conf.291.num.3. cum seqq. de quo late Matienc. in d. l. 2. glos. 1. num. 26. vide Capyc. in decis. Neapol. 174. & Aymon.*
28 *Crauett. in conf. 605. num. 4.* Et † maritus vel mulier, quando altero mortuo res communes administrat, potius suo quam alieno nomine, & iure facere videtur, *l. & magis, ff. de solut.* Et a-
29 ctus in dubio † cēsetur potius ex caussa necessaria quā voluntaria factus, *l. Aristus, §. 1. ff. de iur. delib. l. pater filiū, in fi. ff. ad leg. Falc. l. miles, §. fin. ff. de adult. l. proxime, ff. de rit. nupt. l. si cum dote,*
30 *§. si pater. ff. sol. matr. l. huiusmodi, §. cum pater, ff. de leg. 1.* Et † quia quod commune est, quodammodo meum dicitur, *l. si cum vno, ff. si ex noxali caussa agat. l. Stychum, & l. serui electione, §. 1. &*
31 *2. ff. de leg. 1. l. pup. §. fi. ff. de verb. sig.* Ex quibus † sequitur, quod ex eo, quod vnus coniugum, altero mortuo, per aliquod tempus in communibus bonis remansit, societas contracta non præsumitur neq; renouatur, nisi actus a superstite cū heredib. defuncti fiant, quib. de iure societas vel omnium bonorum, vel singularis præsumitur: & tunc bona, & lucra, & damna diuidētur, *vt sup. in c. 2. 3. & 5. tradidimus:* & in *c. 7.* egimus de modis quib. societas tacite cōtrahitur, & renouari censetur. Item
32 infertur, quod nō est † simpliciter verum de iure Regio, quod tradit Bald. *in l. nulla, col. 1 C. de iur. dot.* quod dispositū in sociis, habet locum in coniugibus durante matrimonio. Et Bald. sequitur, Burg. de Paz Sen. alios referens in proœmio *ll. Taur. nu. 12. & Roias de success. ab intest. c. 33. nu. 17. & Gutier. in quæst. super noua Recop. q. 118. nu. 8. lib. 2.* Nam vt ex supradictis constat, multa sunt disposita in sociis, quæ de iure Regio nō procedūt in coniugibus, & econtra multa seruantur inter cōiuges, quæ de iure inter socios seruari non possunt, & plus priuilegiata est societas coniugalis de iure Regio quam conuentionalis: quia est a iure exorbitans, & multa specialia continet, cū omnium bonorum societas non sit: nam si omnium bonorum esset,
33 dictum Bal. recte procederet. Et quod † inquit Bald. per text.

ibi

ibi *in l. res iudicata, §. socero, & l. ex diuerso, vers. sicut cum socia fuit, ff. sol. mat.* quod societas tacita, quæ est inter virum & vxorem, non est minus priuilegiata, quam alia societas, quæ inter alias personas contrahitur, debet intelligi respectu, *l. aduersus, C. de crimin. expilat. hered.* & ne conueniatur vltra quam facere possit, *vt in c. 2. de consuet. secundum Bal. in d. §. socero, & in d. l. ex diuerso, & Petr. de Vbald. in tract. de duob. fratrib. in c. incipient. circa tertiam partem, §. ex his, num. 38.* Nam in † bonis constante matrimonio quæsitis non solum ita priuilegiata est vt societas conuentionalis, *vt tenet Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 61. num. 3. in vers. ista autem societas, Burg. de Paz Iun. alios referens in q, 11. num. 4. Gutierr. vbi supra num. 9.* sed multum plus, vt diximus supra. 34

Item † infertur, quod non est verum de iure, quod tradit Azebed. *vbi supra in d. l. 2. num. 14. tit. 9. lib. 5. Recopil.* referens Matienc. quod quãdo mortua vxore pater per multum tempus in bonis communibus remansit, tenetur lucra, quæ post mortem vxoris fecit, filiis emancipatis communicare. Et a fortiori filiis in sua potestate exsistentibus cõmunicare non tenebitur: Nam vt legitimus administrator bona administrare præsumitur, quæ præsumtio aliam tollit, *l. Diuus, ff. de in integr. restit.* Et quia, in † dubio quis magis præsumitur actum suo nomine quam alieno facere, *dict. l. & magis, ff. de solut. l. si stipulatus fuero, §. Chrysogonus, & ibi Bart. ff. de verbor. obligat. l. Papinianus, & ibi gloss. & Alber. ff. mand. l. pro herede, ff. de acq. her.* Et licet † hæc regula non procedat in tutore, & administratore, *vt tenet Bartol. in l. post mortem, §. Tutor, numer. 1. ff. quando est fact. tut. vel curat. Iason in l. si fundum, numer. 30. ff. de legat. 1. Tiraquell. in tractat. Linagier, §. 10. gloss. vnica, numer. 12. Alexand. in cons. 108. viso themate num. 6. vol. 1.* Tamen quando actus nõ spectat † principaliter ad pupillum, sed etiam potest ad ipsum tutorem vel curatorem pertinere, tunc proprio nomine potius gessisse præsumitur, *vt tenet Tiraquell. vbi su-* 35 36 37 38

pra, Bergn. Caual. in tractat. de tutor. & curat. numer. 343. vers. & quando tutor & curator, Franc. Turz. in reg. 6.

39 Et regula † generalis, quod administrator præsumitur omnia quæ facit administrando, facere administratorio nomine, *vt per Anchar. in cons. 300. num. 3. Bart. in l. cum post, §. 1. numer. 2. ff. de administr. tut & curat. Bald. in l. fin. col. 3. C. de dot. promis. & ibi Bar.* non procedit in patre, *dict. l. fin. & ibi Doct. l. cum pater, § genero, ff. de administrat. tut.* Et pater percipit fructus ratione administrationis & patriæ potestatis, & habet alia priuilegia, *vt in l. cum oportet, & l. fi. C. de bon. quæ liber.* Et sic in pa-

40 tre ad ministrante † bona filiorum in sua potestate exsistentium, nullum dubium est, in matre vero tutrice filiorum eorum bona communia sibi administrante, Palat. Rube. vbi supra cogitandum relinquit. Mihi autem idem videtur dicendum in matre tutrice, quæ de patre diximus per supra dicta:

41 Et quia † mater vt tutrix filiorum non potest videri cum filiis societatem contrahere, quia filii obligari nõ possunt sine tutoris auctoritate, & quia consensu carent, *l. obligari, ff. de actio.*

42 *& obligat. l. vt in conductionibus, ff. pro soc.* & † mater pro se ipsa

43 auctorari non potest, *l. 1. ff. de auct. tut. & cur.* & sibi † obligari

44 non potest, *vt in cap. fin. de inst.* & rationem † reddere tenetur, sicut quilibet tutor, *l. vt Titius, ff. de tutel. & rat. distrah.* Ita tenet Petr. de Vbaldis loquens in fratre tutore fratris; *in tract. de duob. fratr. in cap. incipient. circa tertiam partem, num. 5.*

45 Dubium † est, an vxore mortua, quæ vnum ex filiis meliorauit, & pater, vt legitimus administrator, bona in communi possedit, & temporis cursu bona naturaliter aucta fuerit, an dictum augmentum tempore caussatum dictam meliorationem augeat? Exemplum ponit Azebed. *in l. 3. num. 24. tit. 6. libr. 5. noua Recopil.* in vitulis & agnis & heredibus, qui creuerunt, quia videtur tanquam fructus, & quia nulla tacita est cõtracta societas, ad patrem pertinere. Et quia valor meliorationis tẽpore mortis testatoris attendi debet, *vt in d. l. 3.* Con-

trarium

trarium & bene tenet Azeb. *vbi supra*, quia quod non renascitur, non potest esse fructus, *vt in l. inficiando, §. infans, ff. de furt. l. diuortio, §. si vir in fundo, ff. soluto matrimonio.*

SVMMARIA.

1 *Pactum factum ante contractum matrimonium, vel cum contraheretur, ita vt lucra durante matrimonio quærenda, ad solum maritum pertineant, valet.*

2 *Mulier durante matrimonio potest lucris quæsitis & quærendis renuntiare, & talis renunciatio valet.*

3 *Mulier soluto matrimonio potest lucris quæsitis durante matrimonio renuntiare.*

4 *Lucra acquisita durante matrimonio sunt diuidenda, vel non diuidenda secundum loci cõsuetudinem, vbi quæsita fuerunt.*

CAPVT XVI.

Quando pactum super lucris quæsitis & quærendis constante matrimonio inter virum & vxorem fieri possit.

QVia de lucris durante matrimonio factis inter virum & vxorem diuidendis actum est, operæ pretium erit videre, quando pactum super dictis lucris inter virum & vxorem factum iuribus subsistat. Et tenendum est, quod si ante contractum † matrimonium, vel cum contraheretur, pactum 1
fuit inter maritum & vxorem, quod omnia lucra adquirenda constante matrimonio, ad solum maritum pertinerent, tale pactum valet. Et ita marito vel eius heredibus lucra adiudicanda sunt, secundum Roderic. Suar. *in l. 1. titul. De las ganancias, lib. 3. fori leg.* Nam talis conuentio non est contra legem, neque contra bonos mores, & contractus facit legem, *l. contractus, cum vulgaribus, ff. de regul. iur.* Et ita dicitur per Rot. Antiq. *decis. 842. titul. de pact.* & est communis opinio de iure, *secundum Alexand. relatum per Boer. decis. 22. numer.*

28. Couarr. in 4. part. 2. cap. 7. §. 1. a num. 11. Auend. resp. 20. num. 8.

2 Idem est seruandum † si mulier constante matrimonio dictis lucris quæsitis & quærendis renuntiauerit. *Ita Palat. Rub. in repet. rubr. de donatio. inter vir. & vxor. §. 47. num. 13. & 19. & 20.* vbi dicit, ita in contingentia facti iudicatum vidisse. Et idem *in d. rubr. §. 63. num. 2. fol. 40. Auend. in d. respons. 20. nu. 8. & glos. in c. 2. de don. inter vir. & vxor.* Quam dicunt ibi Doctores singularem, *Burg. de Paz in quæstionib. suis, quæst. 9. num. 11. Gomez & Castell. in l. 60. Taur. Cassan. in consuet. Burg. rub. 4. §. 2. Matienc. in l. 9. gloss. 1. num. 2. 3. & 4. tit. 9. lib. 5. nouæ collect. Reg. & Azeb. in d. l. 9. gloss. 2. in verb. renuntiari*, quod inquit esse sine dubio per

3 *d. l. 9. quæ est l. 60. Taur.* Quæ dicta † sunt, etiam & melius procedunt soluto matrimonio, *vt in d. l. 60. disponitur, & ibi Doct.*

4 Cum autem † nullum pactum factũ fuit super lucris, tunc inspici debet consuetudo loci vbi contractum fuit matrimonium, *text. in l. exigere dotem, ff. de iud. l. 24. tit. 11. part. 4.* Quod intellige cum distinctione, quam Gregor. Lup. facit, *in d. l. 24. partit. in verb. Ganancias,* scilicet quod conseruetur consuetudo loci contractus matrimonii, si ibi permanserint, alias seruabitur consuetudo loci, vbi domicilium contraxerint: ita quod vbi fuerit consuetudo diuidendi lucra diuidantur ibi lucrata: vbi autem non fuerit consuetudo talis, non diuidantur. Vide ibi Greg. & Matienc. *in l. 2. glos. 1. a numer. 67. vsque ad num. 87. & in. l. 5. glos. 1. n. 74. lib. 5. nou. collect. Regn.*

SVMMARIA.

1 *Dos promissa a marito & vxore, vel a marito tantum filia, de bonis constante matrimonio quæsitis est soluenda, & promissa & soluta præsumitur in dubio soluta de dictis lucris.*

2 *Donatio ob caussam matrimonii cum certa persona contrahendi filio facta, est soluenda de lucris durante matrimonio quæsitis, & in dubio de illis soluta præsumitur.*

3 *Mulier sine licentia mariti, an possit filiæ communi dotem promittere, & sit de lucris soluenda? num. 3, 4. 5. 6. & 7.*

4 *Mu-*

4 *Mulier potest sine licentia mariti ad pias caussas donare.*

5 *Patris officium & onus est dotare filias.*

6 *Maritus solus administrat bona dotalia & paraphernalia, & quæsita constante matrimonio, & mulier sine viri licentia nihil facere potest.*

7 *Filia, quæ excessit vigesimum quintum annum, potest licite inuito patre nubere, & est a patre dotanda, idem est si minor sit & adsit patria consuetudo: & in istis casibus, & quando sit absens maritus, potest mulier cum licentia iudicis filiam dotare.*

8 *Dos promissa a marito & vxore simul, si mulier lucris renuntiauerit est soluenda de lucris, & si lucra non sufficiant, quod defuerit, de bonis mariti solui debet.*

9 *Dos & donatio propter nuptias, promissa a marito & vxore simul, non stantibus lucris durante matrimonio quæsitis, de bonis vtriusq; solui debet, & si certa pars a quolibet sit promissa, illa soluenda est, & si solus maritus promisit, ad nihilum mulier tenetur.*

10 *Mulier potest repetere a marito partem dotis, quam cum marito promisit, & soluit filiæ communi, si secundum consuetudinem loci lucra ad solum maritum pertineãt, nisi de expressa voluntate vxoris constet voluisse donare.*

11 *Mulier promittens cum marito dotem, quam maritus de suis bonis soluere non valet, videtur se obligare velle & tenetur.*

12 *Pater promittens dotem soluto matrimonio, videtur de bonis lucratis promittere & de illis est dos soluenda.*

13 *Dos promissa a matre soluto iam matrimonio, est soluenda de lucris constante matrimonio quæsitis.*

14 *Pater promittens dotem vel donationem propter nuptias, soluto iam matrimonio, si non adsint lucra, videtur de suis bonis promittere, & de eis soluendum est, etiamsi bona filiæ vel filii administret.*

15 *Pater excessiuam dotem promittens, tenetur de suis bonis soluere*

de iure communi, secus de iure Regio, num. 15. & 16. quia ad legitimam tantum tenetur.

16 *Pater promittens dotem excessiuam, videtur promittere excessum de bonis filiæ, quæ administrat.*

17 *Correctio legum est vitanda.*

18 *Lex generaliter loquens per aliam declaratur.*

19 *Præsumitur quilibet eligere viam, per quam actus valeat, potius quam pereat.*

20 *Actus, qui potuit geri ex capite valido, & inualido, simpliciter factus, præsumitur ex capite valido factus.*

21 *Pater promittens dotem, quam de suis bonis soluere nequit, videtur promittere de bonis filiæ quæ administrat, contra Afflict. & Paris.*

22 *Pater administrator bonorum filiæ, si de suis bonis, & de bonis filiæ dotẽ promiserit, est de suis bonis dos soluenda, si bona sufficiant, alias quod defuerit, de bonis filiæ est supplendum.*

23 *In claris non est locus coniecturis.*

24 *Pater promittens aperte dotem de bonis filiæ, vel de suis bonis certam partem, & alteram partem de bonis filiæ, non tenetur ad plus, & promssio est in specie seruanda, numer. 23. & 24.*

25 *Dos a patre promissa secundæ filiæ, tam de bonis suis quam filiæ censetur promissa, & est soluenda sicut dos filiæ primæ fuit soluta.*

26 *Pater inops promittens dotem de bonis suis & de bonis filiæ, videtur de bonis filiæ promittere.*

27 *Pater naturalis censetur dotare filiam, sicut legitimus.*

28 *Mater vel auus dotans, quando tenetur dotare, censetur dotare, prout pater legitimus.*

29 *Pater promittens dotem vel donationem propter nuptias, censetur de suis bonis promittere.*

30 *Pater iterum dotans filiam viduam, de suis bonis dotare præsumitur.*

31 Fra-

31 *Frater habens bona in communi cum sorore eam dotans, an de bonis suis vel sororis dotare videatur? numer. 31. & 32. cum sequent. vsque ad num. 39.*

32 *Administrator præsumitur soluere de bonis, quæ administrat, si negotium tangit dominum bonorum.*

33 *Administrator soluens dotem pro ea, cuius bona administrat, potest dotem repetere, quia administratorio nomine fecisse creditur.*

34 *Administrator, si coniuncta persona sit ei, cuius bona administrat, præsumitur donare, si aliquid in eius vtilitatem erogauerit.*

35 *Dos a fratre promissa pro sorore, est de bonis sororis soluenda.*

36 *Donatio nunquam præsumitur, si alia coniectura capi potest.*

37 *Pater administrator bonorum filii, erogans aliquid eius nomine, præsumitur de bonis filii erogare.*

38 *Paternus amor omnem amorem superat.*

39 *Frater habens bona in communi cum sorore, videtur tanquam bonorum administrator dotem pro ea de bonis sororis promisisse.*

40 *Mater administratrix bonorum filiæ, promittens pro ea dotem, videtur de bonis filiæ promisisse.*

41 *Mater administratrix bonorum filiæ, promittens pro ea dotem excedentem bona filiæ, tenetur de suis bonis supplere quod excedit.*

42 *Mater non tutrix, nec curatrix, tenetur de suis bonis dotem, quam pro filia promisit, supplere.*

CAPVT XVII.

Dos vel donatio propter nuptias a marito, & vxore simul, vel ab alterutro eorum constante matrimonio, vel altero mortuo, a superstite promissa filiæ vel filio, an de bonis constante matrimonio quæsitis soluenda sit? Vel quæsitis deficientibus qualiter solui debeat?

1 QVando † maritus solus, vel maritus & vxor simul dotem filiæ, cum eam nuptui traderent, promiserunt, de bonis constante matrimonio quæsitis, dicta dos soluenda est, & si hoc non specificato, & simpliciter dos soluta fuerit, de quæsitis durante matrimonio soluta præsumitur, *vt in l. 53. Taur. disponitur, quæ in noua Recopilatione est l. 8. titul. 9. libr. 5.* Idem
2 seruandum † est in donatione propter nuptias filio promissa, *vt in dict. l. Taur.* In locum autem donationis propter nuptias hodie successit donatio ob caussam matrimonii, cum certa persona contrahendi facta, quæ reuocari non potest, *vt in l. 17. Taur. ibi Tellus num. 78. Angul. in l 9. Taur. gloss. 4. num. 17. versicul. quo circa, Ayora in tractat. partition. 2. part. quæst. 18. Ioann. Gutierr. in practic. quæstionib. super noua Recopilation. quæstion. 65. numer. 9. libr. 2.* Quod videtur probari *in l. 36. in vers. Otrosi de-*
3 *zimos: & ibi Gregor. tit. 15. part. 6.* Dubium † autem est, an mulier sola sine licentia mariti possit dotem filiæ communi promittere, & attenta promissione de bonis quæsitis solui debeat? Et Didac. Perez *in addition. ad Seguram, in l. 3. §. fin. numer. 75. ff. de liber. & posthum.* videtur tenere, quod sic, & idem Matienco *in l 5. gloss 6. numer. 8. & Spino in specul. testament. glo.*
4 *10. princip. numer. 23. & 24.* Qui † Doctores tenent, quod mulier potest ad pias caussas sine licentia mariti donare: Ergo & dotare, cum dos sit caussa pia, *vt in l. cum his, §. si in ea opinione sit mulier, ff. de condict. indebit.* Contrarium tenet Baeca *in c. 11. de dotibus, numer. 55. cum pluribus sequent.* vbi tenet, constitutionem dotis a muliere sine licentia mariti factam non valere: quem refert & sequitur Azebed. *in l. 8. num. 1. & 2. titul. 9. libr. 5. noua Recopilat.* Quorum opinio mihi vera videtur, *per*
5 *ea, quæ ibi Azebed. tradit.* Et quia de iure † officium & onus dotandi pertinet ad patrem, *vt in l. fin. C. de dot. promiss. & l. qui*
6 *liberos, ff. de rit. nupt. l. 9. titul 11. partit. 4.* Et † ipse solus administrat bona dotalia, & paraphernalia vxoris, & bona quæsita, & mulier sine licentia mariti nihil facere potest, *vt in d. l. 55.*

Taur.

Taur. Opinio † contraria posset procedere, quando filia vigesimum quintum annum excessit, & eam pater nuptui tradere noluit, vel quando intra minorem ætatem secundum Patriæ cõsuetudinem illi maritum non dedit: nam sicut tunc filio inuito patre potest nubere, & dotem petere, *vt in l. si filiam, cum auth. ibi posita, & ibi Doct. C. de inoffic. testament. Bald. Nouell. in tract. de dot. 16. speciali priuilegio, fol. 13. col. 2. Alex. consil. 20. col. 2. volum. 2. l. 5. & ibi Gregor. in verb. Que no queria, & in verb. Que ella passasse de edad, tit. 7. partit. 6.* Ita mater poterit caussa cognita, & cum licentia iudicis filiæ dotem ad nubendum promittere, *vt in l. 59. Taur.* idemque seruandum erit si maritus absit, & de proximo non speretur venturus. 7

Sed † si dote promissa ab vxore & marito simul, vxor lucris renuntiauit, de lucris dos soluenda est, & si lucra ad dotem promissam non sufficiant, quod defuerit, de bonis mariti & mulieris pro æqualibus partibus solui debet. *Ita Azeb. in d. l. 8. nu 25. tit 9. lib. 5. nouæ Recop.* Quando autem † non exsistentibus bonis constante matrimonio quæsitis, maritus & vxor dotẽ vel donationem propter nuptias promiserunt, de bonis eorum pro æqualibus partibus solui dos vel donatio propter nuptias debet, *vt in d. l. Taur. cauetur,* per quam corrigitur *l. fi.* & ibi communis opinio Doct. *C. de dot. promiss. l. 9. tit. 11 part. 4.* Quod si quilibet certam partem promisit, pars a quolibet promissa soluenda est, & si solus maritus promisit, ad nihilum mulier tenetur, *vt in d. l. Taur. & ibi Doct.* 8 9

Quod † si maritus & vxor habitent locum, vbi bona constante matrimonio quæsita non communicantur, tunc quod mulier insimul cum marito promisit filiæ cõmuni pro dote, potest a marito repetere. *Baeca in c. 12. nu. 13. de dot. filiarum, & in c. 12. nu. 41.* vbi multos Doctores refert, nisi de expressa voluntate vxoris constaret, nolle a marito repetere, sed de suo soluere. *Ita Aymon Crauett. in consl. 91. lib. 1. quem refert Azeb. in l. 9. n. 24. & 25. tit. 3. lib. 5. nou. Recop.* Quia † mater nõ videtur 10 11

promisisse animo donandi, sed intercedendi pro marito, *vt in l. vir vxori, §. fin. ff. ad Velleian.* Quod intellige, nisi maritus non possit totam dotem promissam soluere: nam tunc videtur mulier se obligare. *Ita Bald. Nouell. de dot. priuil. q. 3. in fin.* Quando soluto matrimonio pater filiam dotat, videtur de
12 bonis constante † matrimonio quæsitis dotare, & de quæsitis dos soluenda est, secundum communem opinionem Doct. Reg. *Gregor. Lup. in l. 6. in verb. Communales, titul. 10. partit. 5. Castell. in l. 53. Taur. num. 2. Baec. de dotib. filiarum, cap. 11. num. 97. Couar. lib. 3. variar. resolut. cap. 19. num. 3. Matienco in l. 10. glos. 7. nu-*
13 *mer. 9. titul. 9. lib. 5. noua Recop.* Et idem seruandum † est in matre soluto matrimonio dotante, cum in ea eadem ratio, quæ in patre militet, *vt in l. a Titio, ff. de ver. oblig. l. illud, ff. ad l. Aquil.* quia onus dotandi, vt debitum constante matrimonio contractum & caussatum, lucra durante matrimonio facta sequitur. Hanc opinionem tenet Castell. *in d. l. 53. Taur. numer. 2. & 43. Couar. in d. c. 19. num. 3 facit glos. mag. Greg. ad fin. glos. in l. 60. tit. 10. part. 5.* & nouissime hanc partem sequitur Matienc. *in l. 3. glos. 7. tit. 7. num. 9. lib. 5. noua collect.* & videtur tenere Baec. *de dotib. filiar. in d. c. 11. num. 23. & 43.* quos refert & sequitur Azebed. *in d. l. 8. num. 18. & 19. in verb. Durante, titul. 9 lib. 5. noua Re-*
14 *copil.* Pater † vero, cum est administrator bonorum filiæ, soluto iam matrimonio, & nullis bonis lucratis exsistentibus, dotem pro filia promisit, de bonis suis propriis promisisse præsumitur: cum ad id de iure teneatur. Et idem procedit in donatione propter nuptias a patre filio promissa, cum eius bona administrat. *Ita Roman. Imol. Aretin. & Alexand. in l. 1. ff. solut. matrim. & ibi Ripa num. 90. communem testatur. Idem tenet Campegius in tract. de dot. p. 1. quæst. 16. num. 4. Socin. Sen. in cons. 100. num. 8. lib. 3. Paris. in cons. 80. num. 1. libr. 3. Bald. Nouell. in tractat. de dot part. 6. priuil. 45. Corn. in cons. 3. lib. 2. Menoch. in consil. 370. num 7. lib. 4.* quorum sententia probatur *in l. fin. C. de dotis promis.* vbi pater erat administrator aduentitiorum filiæ, & tamen

tamen de bonis propriis dotasse præsumitur. Idem probatur *in l. cum pater 1. ff. de iur. dot. & in l. 8. tit. 11. partit. 4. & ibi Greg. Lup. in verb. El padre.*

Quod procedit † etiamsi pater dotem excessiuam pro- 15
misisset: nam adhuc de suis bonis promisisse censetur, si tot bona habeat, vnde soluere possit. *Ita tenet Bald. Nouell. in tract. de dot. part. 6. priuil. 6. Petr. Cyn. Odofred. & Salycet. in d. l. fi. C. de dot. promiss. Hieronym. Gibr. in cons. 156. num. 21.* Quod † mihi 16
videtur de iure Regio non posse procedere, attenta *l. 1. tit. 2. lib. 5. nouæ Recopil.* qua dotes taxantur, & excessus annullantur: nam nec contra legem promisisse videtur, & credendum est, patrem de bonis propriis legitimam in dotem filiæ promisisse, & excessus dotis promissæ de bonis filiæ soluendus est, quia de his promisisse creditur: nam præsumtio *d. l. fin. C. de dotis promiss. & d. l. 8. tit. 11. partit. 4.* non † debet ita extendi, vt iura 17
corrigantur, quia correctio vitanda est, *c. cum expediat, de elect. l. sed & posteriores, ff. de leg. l. præcipimus, C. de appellat.* Et quia lex, quæ † generaliter loquitur per aliam declaratur, *l. sciendum, ff.* 18
qui satisdare cogantur, iuncta authent. offeratur, C. de lit. contest. Quia alias dotis promissio in excessu legitimæ erit nulla, *vt in d. l. 1. Recopil. l. fin. C. de sent. ex breu. recit. l. non dubium, C. de leg.* Et quilibet † præsumitur eligere viam, per quam actus valeat 19
potius, quam pereat, *l. 3. ff. de milit. testament.* Et † quia actus, 20
qui ex capite valido & inualido geri potuit, simpliciter factus, x valido processisse præsumitur, *Roman. sing 15 per text. in cap. .isi, de præbend.* Ex quibus † infertur non esse verum de iure 21
nostro Regio, quod tradit Afflictus *in decis. 179.* quem secutus est Paris. *in cons. 8 num. 3. lib. 3. & in l. 1. num. 144. ff. solut. matr.* vbi tenet, quod pater videtur de suis bonis propriis dotem promisisse, & non de bonis filiæ, etiamsi dote promissa soluta non remaneāt patri bona, vnde alias filias dotare queat. Ad quod optime facit doctrina Bar. *in l. Nesennius. ff. de neg. gest.* cum declaratione Socin. Sen. quam dat ad Bart. doctr. *in l. 1. nu. 25. ff.*

solut. matrim. Nam Bart. tenet, quod pater præsumitur dotare filiam de eius bonis, quæ administrat, quod intelligit Socinus quando pater promisit dotem quam de suis bonis soluere non poterat, vtputa cum pater centum de suis bonis tantum soluere posset, bis centum filiæ in dotem promisit, alia centum de bonis promisisse præsumitur, & licet aliqui Doctor. contra Socin. teneant *dicta l.* Regia attenta, eius opinio te-
22 nenda est. Quod si pater † bonorum filiæ administrator dotem ex propriis bonis, & de bonis filiæ promisit, præsumitur ordine successiuo promisisse: ita vt si eius bona ad constitutionem dotis promissæ nō sufficiant, quod defuerit, de bonis filiæ suppleatur: & ita secundum ordinem charitatis, & affectionis promisisse creditur, *l. Gallus, §. 1. ff. de liber. & posthum. omnes Doctor. in d. l. fin. C. de dot. promiss. Bald. Nouell. in tract. de dot. p. 6. priuil. 6. Hieron. Gabr. in cons. 156. num. 20. Alc. in tract. de præsumt. reg. 1. præsumt. 26. Menoch. de præsumt. p. 1. lib. 3. præsumt.*
23 *15. num. 22. & 23.* Et ad tollendas † præsumptiones Doctores consulunt patri, vt clare & aperte dicat bona, quæ de bonis filiæ in dotem eius promittit: nam tunc in claris non erit locus coniecturis, *vt in l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat.*
24 Nam † si dixerit, quod cētum de bonis filiæ in eius dotem assignabat, de eius bonis solui debent. Idem erit si pater promiserit certam summam dotis, computato in ea omni, & toto eo, quod ipsi filiæ, tam ex bonis paternis, quam maternis debetur. *Ita Hieronym. Gabr. in d. cons. 156. num. 26. Socin. in d. l. 1. num. 178. ff. solut. matrim. & ibi Ruin. num. 140. & 143. & ibidem vulgat. & Iason. & Ripa, num. 92. & Socin. Iun. nu. 177. & Parif. num. 115. Marian. Socin. Sen. in c. tua, de sponsalib. Corn. in cons. 16. num. 4. lib. 3. Menoch. in cons. 370. nu. 32. lib. 4. idem in d. præsumt. 15. num. 24. lib. 3.* vbi magis communem vocat. Idem procedit
25 quando † aliqua filia iam nupta cum certa dote constituta alteram filiam pater nuptui tradidit, eidemq; certam dotem de bonis propriis suis, & de bonis filiæ promisit: nam si prima

dos-

dos fuit filiæ soluta, tam de bonis patris, quam filiæ similiter secunda dos promissa censetur, *secundum Soc. Sen. & Ruin. d. l. 1. nu. 144. ff. sol. matrim. & ibi Ripa num. 93.* quia præsumitur patrem seruare æqualitatem inter ipsas filias voluisse, *iux. l. fin. C. commun. vtriusque iud. l. vt liberis, C. de collat. Menoch. in d. præsumt. 15. num. 26.* Idemque † seruandum est, quando pater inops dotem, tam de bonis suis, quam filiæ promisit, quia de bonis filiæ dotem dedisse præsumitur, vt probatur *in d. l. fin. & ibi omnes Doct. notant. C. de dot. promiss. Campegius in tract. de dot. p. 1. priuileg. 16. num. 2. Socin. in d. l. 1. num. 167. & Paris. nu. 113. Menoch. in d. præsumt. 15. nu. 28.* Et † quæ dicta sunt, procedunt etiam in patre naturali filiam naturalem dotante: nam cum hodie, attẽto *c. cum haberet, de eo qui duxit in vxorem quã polluit per adult.* pater naturalis teneatur filiam naturalẽ alimentare, similiter & dotare tenetur, quia dos in locũ alimentorũ succedit. Quod est de mente Bart. & volunt omnes Dd. *in d. l. 1. ff. sol matrim. Menoch. vbi supra, nu. 33.* Et idem quod *in d. c. cum haberet,* probatur *in l. 5. tit. 19. partit. 4. quam vide, & ibi Greg.* Et similiter † habet locum in matre & auo, in casibus, in quibus tenentur filiam & neptem dotare, *ita Bal. & Salyc. in d. l. fin. C. de dot. promiss. & Menoch. vbi supra.* Nota, quod † ex eo, quod paternum officium est dotare filias, *vt in l. qui liberos, ff. de rit. nupt.* semper præsumitur de bonis propriis dotẽ vel donationem propter nuptias filiæ, vel filio, etiam emancipatis, promittere, *vt tenent omnes Dd. in l. 1. ff. sol. matr. & ibi Imol. & Ripa nu. 87. & Soc. Iun. nu. 166.* Quod † etiam procedit in filia vidua iterum a patre dotata: nam adhuc ex bonis ipsius patris dotata præsumitur, *Alex. in l. huiusmodi, § si pater, num. 7. ff. de legat. 1. Socin. Iun. in cons. 79. num. 85. lib. 3. Socin. Sen. in cons. 100. num. 7. vers. & maxime, lib. 3. Menoch. in d. præsumt. 15. num. 13.* qui in dict. præsumt. de hac materia late loquitur.

26 27 28 29 30


Dubium † est, quando parentibus mortuis, frater & soror in communi bona multo tempore possederunt, & durante 31

bonorum communione frater sororem de cõmunibus bonis dotauit, an dictam dotem de bonis suis frater dedisse animo donandi præsumatur, ita vt in partem fratris in diuisione
32 bonorum computanda sit? Et videtur † dicendum quod sic. Nam licet administrator semper præsumatur de bonis, quæ administrat, soluisse, quando negotium domini bonorum agit, *vt tenet Crauett. in consil. 129. num. 3. lib. 1. & Corn. in consil. 98. co-*
33 *lum. 4. Alex. in consil. 100. dub. 3. lib. 2*: Et ita † soluens dotem vel promittens pro ea, cuius bona administrat, repetere possit, *vt Bart. in l. cum post, §. 1. num. 2. ff. de administrat. tutor. & curat. & Bald. in d. l. fin. col. 3. C. de dot. promiss.* Quia non præsumitur animo donandi, sed administrandi fecisse, *secundum Bartol. &*
34 *Bald. vbi supra.* Tamen † illud non procedit, quando persona, quæ administrat, est coniuncta domino bonorum, quæ administrantur, vtputa in matre & fratre, *argum. l. 1.* vbi Bart. & Bald. *C. pro socio, l. & magis, ff. de solut. Alban. in consil. 12. num. 1. & sequent.* ponit exemplum in matre & fratre dotante, & inquit, hanc magis veram & communiorem opinionem esse: nam coniunctio sanguinis facit donationem præsumere, *vt in l. a Procula, ff. de probat. Bald. & Salycet. in d. l. fin. numer. 3. C. de dot.*
35 *promiss.* Quibus non obstantibus † contrarium est tenendum, & dos a fratre pro sorore data, in partem sororis imputanda est, & tantum minus dicta soror & eius heres de bonis communibus habere debet, *vt in l. 1. §. filiam. ff. de collat. dot.*
36 Quia nunquam † donatio præsumitur; *l. si cum aurum, ff. de solut. l. Campanus, ff. de oper. liber. l. cum de indebito. ff. de probat.* Et vbicunque alia sumi potest interpretatio, præsumtio seu coniectura semper illa sumi debet, quæ pro non donatione facit, *facit, l. eleganter, § qui reprobos, ff. de pig. act.* etiamsi talis præsumtio, seu coniectura contra donantem leuis sit, *ita Bald. in dict. l. fin. column. 3. versic. ibi fortunam, num. 12. C. de dot. promiss. & in l. 1. num. 3. versic. item, vbi cadit, C. ad Trebell. Iason in l. si fundum per fideicommissum, numer. 19. versic. item, pro ista solutione, ff. de leg. 1.*

Nam

Nam † si pater bonorum filii administrator, erogans aliquid 37
filii nomine, præsumitur potius de bonis filii quam de suis facere, vt testatur Scæuola Iurisconsultus *in l. vltim. ff. de petit. hered.* In fratre † a fortiori, idem præsumendum est: quia non 38
præsumitur tantus affectus fratris erga sororem, quantus patris erga filios, cum † nullus amor paternum vincat, *l. isti qui-* 39
dem, ff. quod metus caus. l. fin. C. de curat. furios. Et quia frater habens bona in communi cum sorore, videtur eam tanquam bonorum administrator dotasse: & tunc donationis præsumtio cessat, *text. in l. Nesennius, ff. de negot. gest. & ibi Bart. num. 3. & Bald. num. 5. Ruin. in consil. 171. num. 3. lib. 1. & Bald. in l. fin. C. de dot. promiss. Ruin. in cons. 290. in princip. lib. 1. Ripa in dict. l. 1. numer. 90. ff. solut. matrimon.* vbi hanc communem opinionem dicit, & Menoch. *in tract. de arbitr. iud. casu. 88. numer. 48. lib...* Hanc partem sequitur, & reprobat, & bene dictam opinionem Alban. & inquit eum male de iure *in d. consil. 12.* respondisse.

Et quod dictum † est de fratre seruandum est in matre, 40
quæ cum esset curatrix filiæ, & eius bonorum administratrix, eam dotauit: nam de bonis filiæ dotasse præsumitur, *vt Bart. & Bald. in dict. l. Nesennius, ff. de negot. gest. Ruin. in cons. 171. numer. 4. libr. 1. Rapha. Cuman in cons. 87. col. 2. & in cons. 1. post num. 23. libr. 3. facit text. & ibi Gregor. Lup. in l. 36. tit. 12 partit. 5.* Nisi
plus in dotem † pro filia mater promisit, quam filia in bonis 41
habebat: nam tunc residuum de suo mater promisisse censetur, *text. in l. cum post mortem, §. 1. & ibi glos. Bartol. Albericus & communiter Doct. ff. de administrat. tutor. Anton. Gomez in l. 53. Taur. numer. 24.* Nisi mater per errorem, credens tot bona filiam habere promisisset; *Azebed. in l. 8. numer. 20. titul. 9. libr. 5. nouæ Recopilationis, vbi in fin. secundum Baec. & Ant. Gomez.* tenet, matrem † de suo residuum soluere debere, quando non 42
esset tutrix & curatrix filiæ, & promisit: quia tunc alia coniectura quam donationis sumi non potest.



LIBER TERTIVS DE BONORVM DIVISIONE.

SVMMARIA.

1 *Prælegatum, est idem quod præceptio, & fit tam inter heredes suos, quam extraneos.*

2 *Prælegatum seu præceptio est, quam quisque vltra ceteros capit.*

3 *Prælegata an ex præsumpta testatoris voluntate sint restituenda substituto per fideicommissum, n.3. remissiue.*

4 *Melioratio est melior datio seu donatio, quæ differt a prælegato, tanquam genus ab specie, quia melioratio potest fieri per concontractum inter viuos, & in vltima voluntate.*

5 *Melioratio tertii bonorum, non potest fieri a parentibus, nisi inter descendentes, & inter personas constitutas in l. 27. Taur.*

6 *Melioratio præsupponit filios & descendentes, inter quos affectio cadere possit.*

7 *Melioratio filio vnico fieri non potest.*

8 *Meliorari vnicus filius potest sub conditione, si alius filius vel filii nascantur.*

9 *Melioratio vnico filio facta, reconualescit, si alius filius vel filii nascantur.*

10 *Actus qui pure valere non potest, resoluitur in conditionem.*

11 *Actus, qui ex capite valido & inualido geri potuit, simpliciter factus, ex valido processisse præsumitur.*

12 Me-

12 *Melioratio tertiæ partis bonorum vnico filio facta valebit, si in vita pater tradiderit, & sit facta irreuocabilis melioratio, & fructus rerum meliorationis, quibus in vita patris filius vsus est, & grauamini æquiualeant.*

13 *Melioratio quinti bonorum & tertii simul, potest vnico filio fieri in vim maioratus, cum grauamine, quod si non consenserit maioratui, amittat quintum.*

14 *Maioratus potest fieri, & poni grauamen in legitima vnico filio exsistenti cum licentia Regia.*

15 *Meliorari potest vnus ex nepotibus ab vnico filio procreatis, numer. 15. & 16.*

16 *Legis dispositio conuenit, vbi verba conueniunt.*

17 *Melioratio potest fieri in re certa, quam parentes elegerint.*

18 *Melioratio in re certa fieri non potest, si ob id ceteri filii in legitima grauentur.*

19 *Lex generaliter loquens, est generaliter intelligenda.*

20 *Lex generaliter loquens, omnem casum comprehendit, licet sit maior ratio in vno quam in alio, & extendit potentiam suam vsque in infinitum.*

21 *Melioratio est soluenda secundum valorem hereditatis currentem tempore mortis testatoris.*

22 *Melioratio non potest in re certa assignari, quando re ipsa & assignatione, alii filii in legitima grauarentur.*

23 *Legitimæ factum per superuenientem casum, non retractatur.*

24 *Legitimæ solutæ iuxta bona relicta tempore mortis testatoris, non augentur, si postea bona patris augeantur.*

25 *Turris est æstimanda secundum interesse singulare, quod multis modis probatur.*

26 *Legitima eligi non potest in bonis, in quibus substitutio facta est, num. 26. & 29.*

27 *Legitima potest solui in rebus mediocribus, nõ tamen deteriorib.*

28 *Legitima non est a filio eligenda in domo ad hospitale instituendum legata, neque in alia re legata.*

29 *Legitima eligi non potest in bonis, in quibus facta est substitutio, si alia bona supersint.*

30 *Legitima non est soluenda de rebus legatis, si sint alia res de quibus secundum arbitrium boni viri legitima solui potest.*

31 *Legitima est soluenda de rebus legatis, quando omnia bona meliora, vel fere omnia meliora, sunt legata.*

32 *Legitima constitui debet in bonis mediocribus arbitrio boni viri, & de rebus legatis, quando meliora sunt legata.*

33 *Prælegatum potest etiam de iure communi de rebus melioribus fieri, si res etiam meliores, vel saltem mediocres, ad legitimam soluendam supersint.*

34 *Parentes possunt quintam partem bonorum suorum extraneis donare vel legare, & illam in re certa assignare: quæ res si commode diuidi non possint, potest quintum in pecunia solui.*

CAPVT I.

Arbitri familiæ erciscundæ scire debent, quid sit prælegatum, vel melioratio, & a quibus personis, & quibus fieri valeat, & qualiter, & in quibus rebus fieri possit, & quando reuocabilis vel irreuocabilis sit. Et ideo de singulis despiciamus.

PRælegatum, est idem quod præceptio, *vt in l. Marcellus, §.*
1 *quidam liberis, ff. ad Trebell & ibi Doct.* Et † prælegatum in vltima voluntate, tantum fit non solum inter heredes suos, sed etiam inter extraneos, nulla adhibita differentia, *Bart. in l. in fideicommissariam, num. 2 ff. ad Trebell. Curt. Iun. co .f. 13. num. 9. Zasius in l. heredes mei, §. cum ita in quinta parte, numer. 15. ff. ad*
2 *Treb.* Et † prælegatum, seu præceptio, est quam quisque vltra ceteros capit ex testatoris dispositione, *vt in d. §. quidam libe-*
3 *ris, & ibi Dd.* Et an † prælegata ex præsumta testatoris voluntate restitui debeant substituto per fideicommissum, vide Matienc. *in tract. de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 7* & amplius & copiosius per Menoch. *libr. 4. de præsumt. præsumt. 194. per totam.*

Melio-

Melioratio est † melior datio seu donatio, & differt a præ- 4
legato tanquam genus ab specie: nam melioratio est nomen generalius quam prælegatum: quia melioratio potest fieri per contractum inter viuos, & per vltimam voluntatem, *vt in l. 17. Taur. quæ est l. 1. tit. 6. lib. 5. noua Recop.* Et melioratio tam prælegatū, quam donationem inter viuos continet, *vt in d. l. 17. Taur.* Melioratio tertii bonorū nō potest a parentib. fieri, nisi inter descēdentes, & † inter personas contentas *in l. 27. Taur.* 5
forma d. l. seruita. Et melioratio præsupponit † filios vel descen- 6
dentes, inter quos affectio vel prædilectio parentum cadere possit, *facit tex. in §. 2. Instit. de assignat. libert. l. vtrum 2 ff. eod. tit. l. cum pater, § heredes, ff. de leg. 2. ibi: Viriles autem inter eos fieri, qui inter eos vixerint, cum de aliis eligendi potestas non fuerit,* & ita videtur probari *in dict. l. 17. Taur. ibi: Meiorar a alguno de sus hijos y descendientes.* Et propterea † melioratio filio vnico fieri 7
nequit, secundum communem opinionem Doctorum huius Regni, *Bernard Diaz de Lug. in reg. 213. fallentia 4. vers. Nec huic meæ sententiæ, quem refert & sequitur Greg. Lop. in l. 8. verb. Aotro, titul. 4. partit. 5. Anton. Gomez in d. l. 17. Taur. num. 19. Segur. in l. vnum ex familia, §. sed si fundum, num. 88. ff. de leg. 2. Pal. Rub. in l. 27. Taur. Tellus in l. 18. Taur. num. 2. Barca de non melior. filiabus, c. 9. num. 6. & 7. Couarr. c. 19. col. 1. & 2. lib. 1. variar. Ioan. Gutierr. in quæst. super nou. Recop. q. 54. lib. 2. Burg. de Paz in q. 1. num. 19. Molina de primog. c. 11. num. 3. lib. 2. Azeb. in l. 3. num. 13. tit. 6. lib. 5. nou. collect. Regn. Meneses in l. cum v.rum, num. 2. C. de fideicommiss. Aluarado de conscr. ment. testat. c. 2. lib. 2. numer. 22. Angul. in l. 1. glos. 13. num. 6. & in tractat. de melioratione, Matienc. in l. 2. glos. 3. num. 3. tit. 6. lib. 5. nou. Recopil. Didac. Per. in additionibus ad Segur. in l. vnum ex familia, § sed si fundum, num. 88. ff. de leg. 2. Petrus de Peralt. in l. Titius, §. Lucius, num. 16. ff. de leg. 2.* Poterit † tamen 8
vnicus filius meliorari sub conditione, si alii filii, vel alius filius nascatur. Quia † omnis actus, qui potest pure fieri, & sub con 9
ditione fieri poterit, *l. 2. ff. de in diem adiect. §. emtio, Instit. de*

29 *Legitima eligi non potest in bonis, in quibus facta est substitutio, si alia bona supersint.*

30 *Legitima non est soluenda de rebus legatis, si sint alia res de quibus secundum arbitrium boni viri legitima solui potest.*

31 *Legitima est soluenda de rebus legatis, quando omnia bona meliora, vel fere omnia meliora, sunt legata.*

32 *Legitima constitui debet in bonis mediocribus arbitrio boni viri, & de rebus legatis, quando meliora sunt legata.*

33 *Prælegatum potest etiam de iure communi de rebus melioribus fieri, si res etiam meliores, vel saltem mediocres, ad legitimam soluendam supersint.*

34 *Parentes possunt quintam partem bonorum suorum extraneis donare vel legare, & illam in re certa assignare: quæ res si commode diuidi non possint, potest quintum in pecunia solui.*

CAPVT I.

Arbitri familiæ erciscundæ scire debent, quid sit prælegatum, vel melioratio, & a quibus personis, & quibus fieri valeat, & qualiter, & in quibus rebus fieri possit, & quando reuocabilis vel irreuocabilis sit. Et ideo de singulis despiciamus.

PRælegatum, est idem quod præceptio, *vt in l. Marcellus, §.*
1 *quidam liberis, ff. ad Trebell & ibi Doct.* Et † prælegatum in vltima voluntate, tantum fit non solum inter heredes suos, sed etiam inter extraneos, nulla adhibita differentia, *Bart. in l. in fideicommissariam, num. 2 ff. ad Trebell. Curt. Iun. co s. 13. num. 9. Zasius in l. heredes mei, §. cum ita in quinta parte, numer. 15. ff. ad*
2 *Treb.* Et † prælegatum, seu præceptio, est quam quisque vltra ceteros capit ex testatoris dispositione, *vt in d. §. quidam libe-*
3 *ris, & ibi Dd.* Et an † prælegata ex præsumta testatoris voluntate restitui debeant substituto per fideicommissum, vide Matienc. *in tract. de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit. 7* & amplius & copiosius per Menoch. *libr. 4. de præsumt. præsumt. 194. per totam.*

Melio-

Melioratio est † melior datio seu donatio, & differt a præ- 4
legato tanquam genus ab specie: nam melioratio est nomen generalius quam prælegatum: quia melioratio potest fieri per contractum inter viuos, & per vltimam voluntatem, *vt in l. 17. Taur. quæ est l. 1. tit. 6. lib. 5. noua Recop.* Et melioratio tam prælegatũ, quam donationem inter viuos continet, *vt in d. l. 17. Taur.* Melioratio tertii bonorũ nõ potest a parentib. fieri, nisi inter descẽdentes, & † inter personas contentas *in l. 27. Taur.* 5
forma d. l. seruata. Et melioratio præsupponit † filios vel descen- 6
dentes, inter quos affectio vel prædilectio parentum cadere possit, *facit text. in §. 2 Instit. de assignat. libert. l. vtrum 2 ff. eod. tit. l. cum pater, § heredes, ff. de leg. 2. ibi: Viriles autem inter eos fieri, qui inter eos vixerint, cum de aliis eligendi potestas non fuerit,* & ita videtur probari *in dict. l 17. Taur. ibi: Meiorar a alguno de sus hiios y descendientes.* Et propterea † melioratio filio vnico fieri 7
nequit, secundum communem opinionem Doctorum huius Regni, *Bernard Diaz de Lug. in reg. 213. fallentia 4 vers. Nec huic meæ sententiæ, quem refert & sequitur Greg Lop. in l. 8. verb. A otro, titul. 4. partit. 5. Anton. Gomez in d. l. 17. Taur. num. 19 Segur. in l. vnum ex familia, § sed si fundum, num. 88. ff de leg 2. Pal. Rub. in l. 27. Taur. Tellus in l. 18. Taur. num. 2. Baeca de non melior. filiabus, c. 9. num. 6. & 7. Couarr. c. 19. col. 1 & 2. lib. 1. variar. Ioan. Gutierr. in quæst. super nou. Recop. q. 54. lib. 2 Burg de Paz in q. 1 num. 19. Molina de primog. c. 11. num. 3. lib. 2. Azeb. in l. 3. num. 13. tit. 6 lib. 5. nou. collect. Regn. Meneses in l. cum virum, num. 2. C. de fideicommiss. Aluarado de coniect. ment. testat c. 2. lib. 2 numer. 22. Angul. in l. 1. glos. 13. num. 6. & in tractat. de melioratione, Matienc. in l. 2. glos. 3. num. 3. tit. 6. lib. 5. nou. Recopil. Didac. Per. in additionibus ad Segur. in l. vnum ex familia § sed si fundum, num. 88. ff. de leg. 2. Petrus de Peralt. in l. Titius, §. Lucius, num. 16. ff. de leg. 2.* Poterit † tamen 8
vnicus filius meliorari sub conditione, si alii filii, vel alius filius nascatur. Quia † omnis actus, qui potest pure fieri, & sub con- 9
ditione fieri poterit, *l. 2. ff. de in diem adiect. §. emtio, Instit. de*

emt. & vendit. Et si simpliciter filius vnicus melioratus a pa-
rentibus fuerit, altero filio, vel filius natis melioratio, ita vnico
filio facta, reconualescit & vires sumit: quia omnis dispositio,
quæ pure facta, non tenet sub tacita conditione qua actus va-
lêt, fieri intelligitur, *text. & glos. in l. Gallus, §. quidam recte, & ibi
communiter Doct. ff. de lib: & posth.* Vtrumque casum supradi-
ctum tenet Angul. *in tract. de melioratione, l. 1. glos. 13. num. 11. 12.
& 13.* contra Pal. Rub. *in l. 27. Taur. num. 23. & Ber. Diaz in d. reg.
213. limit. 4. & Greg. Lop. in dict. l. 8. verb. Aotro, tit. 4. partit. 5.* Et
10 opinio † Angul. mihi vera videtur de iure, *per ea, quæ supra ipse*
11 *tradit.* Et quia † actus, qui pure valere non potest, resoluitur in
conditionem, *vt in l. si hereditas, § si furiosus, & sequent. ff. de te-
stament. tutel.* Et quia actus, qui ex capite valido & inualido
geri potuit simpliciter factus, ex valido processisse præsumi-
tur, *Romanus in singul. 15. per text. in cap. nisi, de prab.*

12 Item, melioratio † tertii bonorum, in vnico filio facta va-
lebit, si in tertio maioratum pater constituerit, & in vita filio
bona maioratus tradiderit, & maioratus irreuocabilis factus
sit, & fructus, quibus filius fruiturus est, grauamini æquiuale-
ant, *vt in l. ab eo, C. de fideicommiss.* Et ita in specie tenet Dida-
cus de Segur. *in repetit. l. 1. §. si vir vxori. ff. de acq. poss. col. 25. se-
cundum impressionem antiquam, versic. sed posset dicere aliquis, Pe-
ralta in l. cum pater, §. a filia, num. 29. cum seq. ff. de leg. 2. quos refert*
13 *& sequitur Molin. de primog. c. 11. num. 4. lib. 2.* Idem † erit, si filio
vnico pater meliorationem tertii & quinti bonorum fecerit;
sub conditione, quod si filius non consenserit grauamini ma-
ioratus in tertio facti, quinto priuetur: nã filius tenebitur gra-
14 uamini tertii † consentire, aut quintum repellere, *vt in d. l. ab
eo, C. de fideicom. Molin. vbi sup. n. 8. vbi n. 5. 6. & 7. & 9. & 10.* po-
nit alias limitationes in materia maioratus, inter quas vna est,
q, interueniente licentia & facultate Regia ad cõstituendum
maioratum, filius vnicus in tertio & legitima grauari potest a
15 parentibus. Vide *ibi n. 10.* Sed quamuis † in vnico filio melio-
ratio

ratio nō cadat, inter nepotes & descendētes ex vnico filio genitos poterit auus vel auia meliorationē facere: quia inter nepotes affectio & prædilectio cadere potest, *l. isti quidē, ff. quod met. caus.* & cessant rationes de quib. sup. *secund. l. vtrum 2 ff. de assig. lib. & § 2 Inst. eod. tit.* Et q̄ a *l. 18. Taur.* inquit, q̄ pater † poterit vnū ex filiis, vel ex nepotib. meliorare, quæ verb. *nepotib.* 16
ex vnico filio natis cōueniunt: ergo legis dispositio cōuenire debet, *tex. in l. 4. §. toties, ff. de dam. infect. l. quod constituendum, ff. de mil. test. & ita tenet Cou. in c. 19. n. 4. lib. 1. var.* Vbi testatur, se ita iudicatū vidisse in Regio Granatensi prætorio. Idē Tell. *in l. 18. Taur. nu. 3. Mol. vbi sup. n. 5. c. 11. lib. 2. de primog. Burg. de Paz Iun. q. 1. n. 19. Menes. in l. vnum ex famil. §. si duos, n. 5. ff. de leg. 2. Pelaez de maiora. 1. p. q. 15. n. 26. Aluar. de cōiect. ment. test. c. 2. in prin. n. 23. lib. 2. Ioan. Gut. in q. super nou. Recop. q. 54. Matienc. in l. 2. glos. fi. n. fi. tit. 6. lib. 5. nou. Recop. Azeb. ibi. n. 5.* Parētes poterūt vni ex trib. filiis, vel ex duob. meliorationē tertii bonorū facere, & similiter nepotib. & descendentib. quod p̄batur *in d. l. 18. Taur. ibi: Meioria que podran hazer a sus hiios o nietos:* Et ita ibi intelligunt Dd. Ant. Gom. *nu. 2. & Tell. n. 1. Castell. in l. 27. Taur. nu. 10. Rod. Suar. in l. quoniam in prioribus, q. 5. legis Regiæ, pag. 201. n. 1. Menes. in d. §. si duos, l. vnum ex fam. n. 2. ff. de leg. 2. Azeb. in l. 3. nu. 15. tit. 6. lib. 5. nou. Recop.* Parentes a. possunt † meliorationem 17
filiis vel vlterioribus descendentibus factam in re certa, q̄ elegerint, assignare, *vt in l. 19. Taur. cauetur, quæ nunc est l. 3. tit. 6. lib. 5. nou. Recop.* Et idem dispositum erat *in l. 213. in legib. Stilli, vt refert Montalu. in l. 9. tit. 5. lib. 3. for. Palat. Rub. in d. l. 19. Taur. n. 4. Ant. Gom. n. 1. Cast. glos. 1. Gom. Arias n. 2.* Quod † intelligit Co- 18
uarr. *in c. Raynald. §. 2. n. 5. in fi. de testam.* nisi ceteri filii ex dicta assignatione meliorationis in re certa in sua legitima grauarētur, & eis fraus fieret, q̄ probat doctrina Iason. *in l. filiū, quem habentem, n. 17. C. famil. ercisc.* dicentis, filium non posse petere legitimam portionem in re, quā pater in proprio testamento legauerit, neque in ea re posse sibi assignari, quod tenent

Bald. *in rubric. de rerum diuision. col. 2. & Alexand. in l. in ratione 2. ff. ad leg Falcid. & in l. Marcellus, §. res, quæ, col. vlt. ff. ad Trebell. Rip. in l. in quartam, nu. 101. ff. ad leg. Falc. & ibi Paul. de Montepico, col. 46.* vbi hoc limitat, nisi res legata non sit multo melior ceteris rebus hereditariis: ita vt alii non fraudentur in eorum legitima, quos refert Matienc. *in l. 3. gloss. 1. numer. 2. tit. 6. lib. 5. nou. Recopil.* & sequitur Couar. eius opinionem comprobare nitens aliquibus exemplis, per eum ibi adductis *d. num. 2. in fin. & num. 6.*

19 Mihi autem videtur, quod dicta opinio Matienc. non potest procedere secundum duo exempla posteriora, quæ vbi supra adducit: nam *d. l. 19. Tau.* generaliter loquitur, & generaliter seclusa fraude debet intelligi, *vt in l. de pretio, ff. de publ.*
20 *in rem act.* Et † lex generaliter loquens indistincte omnem casum comprehēdit, dato quod maior ratio sit in vno quam in alio, *vt in l. 1 §. quod autem, ff. de alea lusor. & aleat.* & extendit potentiam suam vsque in infinitum, *l. 1. §. in infinitum, ff. de leg. præst.* Item, quia, *vt bene aduertit Tell. in d. l. 19. Taur. num. 1.* Me-
21 lioratio debet † solui secundum valorem hereditatis currentem tempore mortis testatoris, *vt in l. 23. & 29. Taur.* Et sic respectu valoris non potest grauamen in legitima dari, nisi in qualitate rei assignatæ in melioratione. Et hoc voluit *d. l. 19. Taur.* excludere, Tellum sequitur Ioan. Gut. *in q. 55. super nou. collect. col. 2.* & non obstat doctrina Couarr. & Dd. *vbi supra.*
22 Quia debet † intelligi, & procedit, quando ipsa assignatione, & re ipsa filii in legitima grauarentur, licet legitima solueretur, vt puta, si in vilioribus rebus, & de facile perituris, & minus fructiferis legitima eis reseruaretur, & melioratio in rebus melioribus, & magis duraturis, & magis fructiferis assignaretur: tunc enim re ipsa dolus præsumitur, cui obuiandum est *in l. in fundo, ff. de rei vend.* & primum exemplum positum, per Matienc. de ingenio saccari, dolum re ipsa secum trahit: nam si pater assignauit seruos parti ingenii, per meliorationem assignatæ,

signatæ, & altera pars, quæ erat legitima aliorum filiorum sine seruis remansit, inutilis est, & maximo cum labore filii ex ea fructum consequentur. Alterum exemplum de argentifodina, nihil † ad rem facit: nam si tempore mortis testatoris iusto pretio æstimata fuit, casus postea contingens, non est in consideratione, siue augeatur, siue minuatur legitima: & sicut in exemplo a Matienc. posito, fuit aucta, potuit etiam minui; & commoda cuiusque rei eum debent sequi, quem sequuntur incommoda; *l. secundum naturam. ff. de regul. iur.* Et quia † si inspectis facultatibus patris tempore mortis eius filiis 24
legitima soluenda est, non possunt postea ad supplementum agere, propter lucrum & facultatem postea auctas: *vt tenet Franc. Curt. in cons. vlt. vbi & commun. dicit Boer. decis. 62. nu. 16. cum seq.* Et minus † ad rem facit tertium exemplum Matien. 25
quod *vbi sup. num. 6.* ponit de turri æstimanda secundum valorem reddituum, & non secundum valorem ædificiorum, *iuxta text. in l. is qui bonis ff. de cess. bon.* Nā inconueniens, quod ipse allegat circa interesse singulare affectionis; quo attento potest valor turris cessare, si filiis ad licitationem admittantur; *iuxt. text. in l. ad officium, C. commun. diuid.* non procedit ex eo, quia dicta turris, in dicto casu non debet iuxta eius redditus æstimari, maxime quia prope semper turris nullos redditus præstat, sed secundum æstimationem interesse singularis æstimanda est: quod interesse multis modis probatur, de quibus Dd. *in l. vnica, C. de sentent. quæ pro eo, quod interest proferuntur, Mascard. in conclus. 931. vol. 2. de probationibus.* Quæ omnia comprobantur per ea, quæ † tradit Roland. a Valle *cons. 23.* 26
numer. 41. cum seq. vol. 4. vbi ait, quoniam trita est conclusio, quod legitima eligi non potest, neque rapi in bonis, quibus substitutio facta est, si alia bona non supersint, & secundum communem opin. Dd. de qua testatur Micha Cras. *de success. ab intest. §. legitima, q. 15. nu. 3. & 4. in fin.* Legitima † potest sol- 27
ui in rebus mediocribus, non tamen deterioribus: & ita colli-

gitur ex decis. Bal. *in rubr. de rerum diuis. col. 1.* Vbi dicit, quod
28 si pater mandauit in suo † testamento, quod hospitale fiat in domibus suis, & filius velit dictas domus eligere pro sua legitima, nõ potest, quia potest eligere vnam rem, de qua testatur, si filius in ceteris bonis relictis potest habere legitimam, quia electio, quæ datur filio pro legitima, datur in aliis rebus non legatis: quia legata integraliter sunt præstanda, scilicet, si bessem non excedant, §. *quamobrem, in auth. de restit. & ea quæ pe-*
29 *perit, Alex. cons. 12. col. 1. in fi. vol. 5. Crau. cons. 19. n. 14.* Vbi † legitima nõ potest eligi, nec capi in bonis, in quibus substitutio facta est, si alia bona supersunt, *Corn. cons. 106. col. pen. in fin. n. 2. &*
30 *cons. 180. in 4. dubio, vol. 4.* vbi † dicit, quod si detractis reb. legatis restant etiam aliç res hereditariæ ex melioribus, ita quod arbitrio boni viri ipse filius ex rebus non legatis possit commode detrahere legitimam, tunc non est cõmodum, quod detraheretur de rebus legatis, nec conuenire arbitrio boni viri, *l. quod si Ephesi, ff. de eo quod certo loc.* & iudex voluntatem testatoris debet sequi, sicut venator leporem, *Bald. in l. quod*
31 *quidam, de necessar. seru. hered. instit.* Ideo † de rebus legatis non debet detrahi legitima regulariter: secus esset, si omnia bona vel fere omnia hereditaria essent relicta, quia tunc non detrahit legitimam congrue arbitrio boni viri, *vt dicit Bald. post Cyn. in l. scimus, C. de inoffic. testam. Idem Roland. cons. 12. in princ.*
32 *& cons. 65. num. 3. col. 1. & Aym. cons. 435. n. 16.* vbi † inquit, quod legitima soluenda est arbitrio boni viri, *vt habetur in l. filium, quem habentem, C. fam. hercis. & ibi Ias. num. 16. Idem tenet Rolan. cons. 113.* vbi inquit, quod legitima soluenda est arbitrio boni viri in aliquibus rebus hereditariis, & non in omnibus, & Aymon *cons. 109.* tenet, quod legitima solui non debet de rebus legatis, nisi quando testator omnes res meliores hereditatis legasset: Ad quod allegat Alexa. *in l. in quartam, col 13. ff. ad leg. Falc. & d. cons. 12. lib. 5. & Corn. cons. 106. col. fin. lib. 2. & cons. 180. col. 5. ad fin. in 4. dub. lib. 4. Dec. cons. 81. col. pen. vers. septimo quæritur,*

tur, Crot. de Monferr. in repet. §. Diui, l. filiusfamilias, col. 4. ff. de legat. 1. idem Alex. in l. Marcellus, §. res, ff. ad Trebell. & ibi Ias. Ioann. Andr. Alexand. in cons. 156. num. 13. Ex quibus aperte colligitur, quod † prælegatum etiam iure communi potest de rebus melioribus fieri, ita ne omnes res meliores in prælegato contineantur, vel saltem mediocres legitimæ filiorum reseruentur, secundum communem, *Crassus in §. legitima, q. 15. n. 3.* 33
Et † ita *d. l. 19. Taur.* intelligēda videtur, & non solum quando parentes meliorationem tertii & quinti filiis descendentibus faciunt, poterunt meliorationem in certis bonis facere, vt *in d. l. 19. Taur.* Sed etiam quando quintum bonorum extraneis reliquerint, poterunt in rebus, quas elegerint, assignare: & in rebus nominatis quintum solui debet, nisi res ad quintum assignatæ commode diuidi non possint: quia tunc in pecunia solui potest. Et idem est in tertio, vt *in l. 20. Taur.* 34

SVMMARIA.

1 *Melioratio fit tacite & expresse.*

2 *Melioratio fit per verbum, dono secundum aliquos.*

3 *Lex non est imponenda verbis, sed mens contrahentium est attendenda, & ideo coniecturis probatur melioratio.*

4 *Pater tradens filio aliquā quantitatē pecuniæ, etiam magnam, vt in suo solo filius ædificium construat, vel oliuctum aut vinetum plantet, quod alias non erat facturus, videtur eum meliorare.*

5 *Pater emens nomine filii aliquam rem, si illi tradiderit, videtur ei donare.*

6 *Donatio præsumitur ex qualitate & quantitate rei tradita a patre filio.*

7 *Mater redimens filium ab hostibus, præsumitur animo donandi facere.*

8 *Mater, quæ expendit aliquid, respiciens personam filii, præsumitur caussa pietatis fecisse, & sic donandi.*

9 *Mater non administrans nec habens filiorum bona, si alicui*

gitur ex decis. Bal. *in rubr. de rerum diuis. col. 1.* Vbi dicit, quod
28 si pater mandauit in suo † testamento, quod hospitale fiat in domibus suis, & filius velit dictas domus eligere pro sua legitima, nō potest, quia potest eligere vnam rem, de qua testatur, si filius in ceteris bonis relictis potest habere legitimam, quia electio, quæ datur filio pro legitima, datur in aliis rebus non legatis: quia legata integraliter sunt præstanda, scilicet, si bessem non excedant, §. *quamobrem, in auth. de restit. & ea quæ pe-*
29 *perit, Alex. cons. 12. col. 1. in fi. vol. 5. Crau. cons. 19. n. 14.* Vbi † legitima nō potest eligi, nec capi in bonis, in quibus substitutio facta est, si alia bona supersunt, *Corn cons. 106. col. pen. in fin. n. 2. &*
30 *cons. 180. in 4. dubio, vol. 4.* vbi † dicit, quod si detractis reb. legatis restant etiam alię res hereditariæ ex melioribus, ita quod arbitrio boni viri ipse filius ex rebus non legatis possit commode detrahere legitimam, tunc non est cōmodum, quod detraheretur de rebus legatis, nec conuenire arbitrio boni viri, *l. quod si Ephesi, ff. de eo quod certo loc.* & iudex voluntatem testatoris debet sequi, sicut venator leporem, *Bald. in l. quod*
31 *quidam, de necessar. seru. hered. instit.* Ideo † de rebus legatis non debet detrahi legitima regulariter: secus esset, si omnia bona vel fere omnia hereditaria essent relicta, quia tunc non detrahit legitimam congrue arbitrio boni viri, *vt dicit Bald. post Cyn. in l. scimus, C. de inoffic. testam. Idem Roland. cons. 12. in princ.*
32 *& cons. 65. num 3. col. 1. & Aym. cons. 435. n. 16.* vbi † inquit, quod legitima soluenda est arbitrio boni viri, *vt habetur in l. filium, quem habentem, C. fam. hercis. & ibi Ias. num. 16. Idem tenet Rolan. cons. 113.* vbi inquit, quod legitima soluenda est arbitrio boni viri in aliquibus rebus hereditariis, & non in omnibus, & Aymon *cons. 109.* tenet, quod legitima solui non debet de rebus legatis, nisi quando testator omnes res meliores hereditatis legasset: Ad quod allegat Alexa. *in l. in quartam, col 13. ff. ad leg. Falc. & d. cons. 12. lib. 5. & Corn. cons. 106. col. fin. lib. 2. & cons. 180. col. 5. ad fin. in 4. dub. lib. 4. Dec. cons. 81. col. pen. vers. septimo quæritur,*

tur, Crot. de Monferr. in repet. §. *Diui, l. filiusfamilias, col. 4. ff. de legat. 1. idem Alex. in l. Marcellus,* §. *res, ff. ad Trebell. & ibi Ias. Ioann. Andr. Alexand. in consi. 156. num. 13.* Ex quibus aperte colligitur, quod † prælegatum etiam iure communi potest de rebus melioribus fieri, ita ne omnes res meliores in prælegato contineantur, vel saltem mediocres legitimæ filiorum reseruentur, secundum communem, *Crassus in* §. *legitima, q. 15. n. 3.* 33
Et † ita *d. l. 19. Taur.* intelligẽda videtur, & non solum quando parentes meliorationem tertii & quinti filiis descendentibus faciunt, poterunt meliorationem in certis bonis facere, vt *in d. l. 19. Taur.* Sed etiam quando quintum bonorum extraneis reliquerint, poterunt in rebus, quas elegerint, assignare: & in rebus nominatis quintum solui debet, nisi res ad quintum assignatæ commode diuidi non possint: quia tunc in pecunia solui potest. Et idem est in tertio, vt *in l. 20. Taur.* 34

SVMMARIA.

1 *Melioratio fit tacite & expresse.*

2 *Melioratio fit per verbum, dono secundum aliquos.*

3 *Lex non est imponenda verbis, sed mens contrahentium est attendenda, & ideo coniecturis probatur melioratio.*

4 *Pater tradens filio aliquã quantitatẽ pecuniæ, etiam magnam, vt in suo solo filius ædificium construat, vel oliuetum aut vinetum plantet, quod alias non erat facturus, videtur eum meliorare.*

5 *Pater emens nomine filii aliquam rem, si illi tradiderit, videtur ei donare.*

6 *Donatio præsumitur ex qualitate & quantitate rei tradita a patre filio.*

7 *Mater redimens filium ab hostibus, præsumitur animo donandi facere.*

8 *Mater, quæ expendit aliquid, respiciens personam filii, præsumitur caussa pietatis fecisse, & sic donandi.*

9 *Mater non administrans nec habens filiorum bona, si alicui*

filio alimenta præstiterit, censetur animo donandi fecisse.

10 *Mater non administrans, nec habens bona filiorum, si in illis alimentandis magnas expensas fecerit, non censetur animo donandi fecisse.*

11 *Pater qui emit libros nomine filii, & ei tradidit, præsumitur animo donandi emisse.*

12 *Mater tradens filio seorsum a se habitandi domum, quam filius in parte refecit, & pro parte readificauit, & multo tempore possedit an donasse præsumatur, num. 12. cum sequent. usque ad num. 22.*

13 *Donatio nunquam præsumitur, nisi inter personas coniunctas.*

14 *Pater tradens domum filio seorsim habitanti, præsumitur donare.*

15 *Ratio eadem idem ius constituit.*

16 *Mater potest etiam de iure communi donare filiis in patris potestate exsistentibus.*

17 *Dare est dominium transferre.*

18 *Coniunctio sanguinis, & rationis redditio, concurrente longo tempore faciunt præsumi donationem.*

19 *Pater vel mater, qui patiuntur filium uti & frui fructibus rei traditæ, præsumuntur donasse.*

20 *Animus præcedens, demonstratur in actu sequenti.*

21 *Mater, quæ passa est filium readificare domum traditam, præsumitur donasse.*

22 *Pater vel mater tradens filio rem æquiualentem legitimæ, censetur dare in legitimæ compensationem, secus si legitimæ non æquipolleat res tradita.*

23 *Mater tradens in vita sua filio domum, ex qua traditione cum aliis coniecturis fuit visa donare domum, non potest postea in testamento præcipere, quod filius conferat domum.*

24 *Legatum filiis factum a parentibus non imputatur in legitimam, quia melioratio censetur.*

25 *Legatum est donatio testamento relicta ab herede præstanda.*

26 Do-

26 *Donatio in vim contractus, raro fit in vltima voluntate & testamento.*

27 *Lex debet adaptari ad ea, quæ communiter accidunt.*

28 *Minus scriptum quam dictum in testamento, pro non scripto haberi debet.*

29 *Argumentum a verisimili est validum in iure.*

30 *Institutio heredum simpliciter facta, pro æqualibus partibus facta censetur.*

31 *Legatum filiæ factum a parentibus, censetur factum in meliorationem, quia filia potest etiam de iure Regio in vltima voluntate meliorari.*

32 *Legata res, si magni valoris sit, prius in tertium & quintum imputanda est, quod super est, deducto tertio & quinto, in legitimam imputabitur.*

33 *Argumentum ab ordine literæ est validum in iure.*

34 *Dos & donatio propter nuptias prius in legitimam imputantur.*

35 *Pater dotans filiam, facit ex necessitate, & ideo videtur dotem dare animo compensandi cum legitima.*

36 *Pater potest compelli facere filio donationem propter nuptias.*

37 *Dos & donatio propter nuptias imputantur prius in legitimam, quia conferuntur.*

38 *Dos & donatio propter nuptias non continentur appellatione donationis.*

39 *Prælegatum dotis non venit in restitutione fideicommissi.*

40 *Dos loco legitimæ succedit.*

41 *Bona grauati non continentur in fideicommisso.*

42 *Lex 26. Taur. loquitur in simplici donatione, secundum communem intellectum Doctor.*

43 *Donatio propter nuptias est prius in legitima imputanda, nisi pater expresse in ea filium meliorauerit.*

44 *Velazquez de Auend. taxatur.*

45 *Lex generaliter loquens est intelligenda & declaranda secund. alias leges.*

46 *Lex generaliter loquens, non extenditur ad casus specialiter notatos.*
47 *Legum correctio est vitanda.*
48 *Donatio simplex non confertur, quia melioratio censetur.*
49 *Qui cum alio contrahit, eius conditionem scire debet.*
50 *Ignorantia iuris non excusat.*
51 *Omne quod confertur, in legitimam imputatur.*
52 *Velazquez de Auend. taxatur, quatenus tenet, quod donatio simplex est conferenda, & prius in legitimam imputanda.*
53 *Emanuel Mend. de Castr. taxatur circa declarationem l. 4. tit. 15. part. 6. & l. 3. tit. 4. part. 5. num. 53. & 54.*
54 *L. 6. Taur declaratur n. 54. & 55.*
55 *Verba geminata magis declarant intentionem.*
56 *Patris confessio praeiudicat filio, vt puta, quia dixit in testamento, quod Petrus filius illi abstulit centum, & filius negat: nam ceteri fratres censentur in illis centum meliorati secundum Ayoram.*
57 *Demonstratio falsa non vitiat legatum.*
58 *Maritus legans vxori certam quantitatem pecuniae, dicens dotem esse mulieris, licet verum non dicat, debetur vxori tanquam legatum.*
59 *Confessio testatoris praeiudicat heredibus & filiis extra legitimam, in legitima autem non praeiudicat.*
60 *Legatum factum de centum, quae debet Sempronius, si Sempronius nihil debet, est inutile.*
61 *Testator dirigens verba ad heredem, videtur eum grauare velle, alias secus.*

CAPVT II.

Qualiter melioratio fiat.

MELIORATIO fit tacite & expresse: hinc expresse melioratio fit, cum verbum *melioro*, vel quid aequipollens in † donatinoe interuenit, *vt in lege decima septima Taur.*
1 *&*

& ibi Doct. tacite fit melioratio, cum parentes aliquid filiis vel descendentibus nulla caussa meliorationis expressa simpliciter donant. Nam tūc † tacita melioratio præsumitur, *vt in leg.* 2
26. Taur. quod dicit Tellus *in d. l. n. 1.* procedere, quando in donatione verbum *dono* interuenit, *per d. l. Taur.* ibi: *Alguna donacion.* Idem tenet Matienc. *in d. l. Taur. quæ est l. 10. tit. 6. lib. 5. nouæ Recop. gloss. 1. num. 2. & Angul. in gloss. 2. num. 7.* Quod intelligit, nisi aliter constaret velle donare. Idem Azeb. *in d. l. glos. 2. n. 2.* qui tenet, quod si pater vel mater aliquam rem filio simpliciter tradidit, quod videtur in partem legitimæ dedisse, vel vt in peculium habeat & eam administret. Mihi videtur, quod non est † imponenda lex verbis, iuxta text. *in l. 2. C. commun.* 3
de leg. cum vulgaribus: & mens contrahentium semper attendi debet, *vt in l. obligationum substantia, ff. de action. & oblig.* & ideo recurrendum est ad coniecturas, quibus si constiterit patrem vel matrem donare voluisse, melioratio talis traditio erit, sicut expressa donatio, *secundum d. l. 26. Taur.* Nam † si pa- 4
ter filio emancipato aliquam quantitatem pecuniæ etiam magnam tradiderit, vt ædificium aliquod in suo solo filius cōstruat, vel oliuetum, aut vinetum plantet, quod alias non erat facturus, donatio præsumitur, & per consequens melioratio: nam in tali casu etiam in extraneo donatio præsumitur. Ita responsum est ab Vlpiano *in l. sed si mors, §. fin. ff. de donationibus inter virum & vxorem:* & tenet Paulus *in l. cum quid, numer. 11. ff. si cert. pet. Mascard. in conclus. 554. num. 52. & 53. volum. 1. de probat.* Idem † erit, si parens aliquam rem nomine 5
filii emerit, & filio tradiderit: nam donare censetur, *vt tenet Bartol. in l. si filii, de donat. inter vir. & vxor. & Roman. in l. si donatione, C. de collat. per text. in l. 2. C. si quis alteri, vel sibi, l. filiæ cuius, & ibi Bartol. & communiter Doctor. C. familiæ erciscundæ.* Et † secundum qualitatem & quantitatem rei tradi- 6
tæ donatio præsumetur, *vt tradit Bartol. in l. si pater, ff. de donation.* vbi inquit, quod pater, qui adhibuit filium ad stipulan-

dum, non præsumitur animo donandi adhibuisse, nisi ex numero liberorum & quantitate rei in stipulatione deductæ aliud esset coniecturandum, per text. *in l. vtrum, ff. de donation. inter.* Quod etiam tenet Bartol. *in tractat. de duob frat. numer. 31. gloss. 2. in fine, in dict. l. si filii, C. de donation. inter. & ibi Salycetus num. 6. Roman. & Imol. in l. quæ dotis, ff. solut. matrim. Alexand. in l. si donatione num. 15. C. de collatio. & ibi Bald. num. 3. ad quod Bartol. vbi supra in dict. l. si pater, allegat text. in l. quæsitum, §. sed & ipse Papinianus, ff. de fund instruct.*

7 Atque † ita si mater filium ab hostibus redemerit, animo donãdi fecisse creditur, *vt in l. liber captus, C. de captiuis, & postlimin. reuer. & ibi Bald. quem sequitur Decius consil. 628 numer. 8.* & refert Alciatus *in tractat. de præsumtionib. regul. 1. præsumt. 32. numer. 2. Menoch. in tractat. de arbitr. iud. casu 88. num. 29.* Et
8 huic † rei astipulatur text. *in l. 1. C. de negot. gest.* Vbi si aliquid expedit, mater pro respicientibus personam filii, præsumitur caussa pietatis fecisse, & ideo donasse, *vt refert Alciatus vbi*
9 *supra, num. 3.* Idem † erit, & procedit, quando mater non administrans, neq; habens bona filiorum, alicui ex filiis alimenta præstiterit, nam animo donandi fecisse censetur, *vt in l. 1. & in l. alimenta, C. de neg. gest. & in l. Nesennius, ff. eod. tit. l. penult. tit. 12. part. 5.* Et hoc ratione sanguinis, & fauore alimẽtorum: in his enim magna æquitas & parentum studium considerari solet, *vt in l. si quis a liberis, §. vtrum, & §. si matrem, & l. penult.*
10 *ff. de liber. agnos.* Quod † intelligunt Doct. quando summa alimentorum esset modica, secus si excessiua, *secundum Bald. in d. l. Nesennius, & Cynum, Fulg. & Alex. & Paul. num. 9. in dict. l alimenta, Purpurat. in l. cum quid, num. 128 ff. si cert. pet. & Menoch. in d. casu 88. numer. 20. & 28. Rom. consil. 100. num. 14. lib. 4. Bald. Alex. & Salycet. in l. si filius, C. de neg. gest.* vbi Alexand. communem dicit post Rom. *in l quæ dotis, ff. solut. matrim.* Quod ergo intelligitur donatum attenta *d. l. 26. Taur.* videbitur esse melioratio.

Idem

Idem † dicendum videtur in libris nomine filii emtis, & sibi traditis; nam omnes Doctor. tenent, donatos censeri *in d. l. si donatione, C. de collation. & in l. 1. §. neque Castrense, ff. de collat. bonorum*: nam si est donatio & melioratio erit, *vt in l. 26. Taur.* 11
Hic † se offert quæstio, quæ ad præsens in auditorio Regali Canariensi pendet: mater vidua filio seorsum ab ea vitam agenti quandam domum tradidit, & filius dictam domum, vt suam reædificauit & refecit, & vt suam per maius spatium & tempus viginti annorum possedit, adhuc viuente matre: & quia aliqua bona matris administrauit, de administratione ratione reddidit, & aliquib filiis legitimis relictis mortuus est; postea mater in testamento suo nepotes ex dicto filio genitos, cum aliis filiis suis heredes instituit, præcepitque nepotibus, vt dictam domum, quam dicto patri dedit, ad collationem cum suis auunculis adducerent, & quod eam in partem legitimæ computarent, mortua auia, cum de diuidenda eius hereditate agitur, nepotes dicunt, non teneri conferre dictam domum, neque in legitimam imputare, quia suus pater in ea tacite melioratus fuit, & ex parte auunculorum dicitur, quod sua mater non donauit dictam domũ, quia simpliciter eam tradidit: & sic fuit visa in partem legitimæ dare. 12
Et cum ego † partem nepotum defenderem, & in eorum fauorem allegaui, quod regula generalis, quod nunquam præsumitur donatio; *vt in l. cum de indebito, ff. de probationib. l. Campanus, ff. de oper. liber.* Fallit in coniunctis personis, vt in fratre & matre: quam dicit veriorem & communiorem opinionem Albanus *cons. 12. num. 1. cum sequentibus.* 13

Item, quod † dictus filius seorsum a matre possedit dictam domum longo tempore vt suam, & quando filius possedit aliquam rem a patre ei traditam seorsum præsumitur, quod pater dictam rem illi donauit, *Baldus in l. siue possidetis, colum. 1. post numer 1. versic. tertio oppono, C. de probation. Salyc. in l. filiæ cuius, C. fami. erciscund. argumento l. si filius, C. de petition. heredit. &* 14

dum, non præsumitur animo donandi adhibuisse, nisi ex numero liberorum & quantitate rei in stipulatione deductæ aliud esset coniecturandum, per text. *in l. vtrum, ff. de donation. inter.* Quod etiam tenet Bartol. *in tractat. de duob. fratr. numer. 31. gloss. 2. in fine, in dict. l. si filii, C. de donation. inter. & ibi Salycetus num. 6. Roman. & Imol. in l. quæ dotis, ff. solut. matrim. Alexand. in l. si donatione num. 15. C. de collatio. & ibi Bald. num. 3. ad quod Bartol. vbi supra in dict. l. si pater, allegat text. in l. quæsitum, §. sed & ipse Papinianus, ff. de fund. instruct.*

7 Atque † ita si mater filium ab hostibus redemerit, animo donãdi fecisse creditur, *vt in l. liber captus, C. de captiuis, & postlimin. reuer. & ibi Bald. quem sequitur Decius consil. 628 numer. 8.* & refert Alciatus *in tractat. de præsumtionib. regul. 1. præsumt. 32. numer. 2. Menoch. in tractat. de arbitr. iud. casu 88. num. 29.* Et
8 huic † rei astipulatur text. *in l. 1. C. de negot. gest.* Vbi si aliquid expedit, mater pro respicientibus personam filii, præsumitur caussa pietatis fecisse, & ideo donasse, *vt refert Alciatus vbi*
9 *supra, num. 3.* Idem † erit, & procedit, quando mater non administrans, neq; habens bona filiorum, alicui ex filiis alimenta præstiterit, nam animo donandi fecisse censetur, *vt in l. 11. & in l. alimenta, C. de neg. gest. & in l. Nesennius, ff. eod. tit. l. penult. tit. 12. part. 5.* Et hoc ratione sanguinis, & fauore alimẽtorum: in his enim magna æquitas & parentum studium considerari solet, *vt in l. si quis a liberis, §. vtrum, & §. si matrem, & l. penult.*
10 *ff. de liber. agnos.* Quod † intelligunt Doct. quando summa alimentorum esset modica, secus si excessiua, *secundum Bald. in d. l. Nesennius, & Cynum, Fulg. & Alex. & Paul. num. 9. in dict. l. alimenta, Purpurat. in l. cum quid, num. 128 ff. si cert. pet. & Menoch. in d. casu 88. numer. 20. & 28. Rom. consil. 100. num. 14. lib. 4. Bald. Alex. & Salycet. in l. si filius, C. de neg. gest.* vbi Alexand. communem dicit post Rom. *in l. quæ dotis, ff. solut. matrim.* Quod ergo intelligitur donatum attenta *d. l. 26. Taur.* videbitur esse melioratio.

Idem

Idem † dicendum videtur in libris nomine filii emtis, & 11
ſibi traditis; nam omnes Doctor. tenent, donatos cenſeri
in d. l. ſi donatione, C. de collation. & in l. 1. §. neque Caſtrenſe, ff. de collat. bonorum: nam ſi eſt donatio & melioratio erit, *vt in l. 26.*
Taur. Hic † ſe offert quæſtio, quæ ad præſens in auditorio Re- 12
gali Canarienſi pendet: mater vidua filio ſeorſum ab ea vitam agenti quandam domum tradidit, & filius dictam domum, vt ſuam reædificauit & refecit, & vt ſuam per maius ſpatium & tempus viginti annorum poſſedit, adhuc viuente matre: & quia aliqua bona matris adminiſtrauit, de adminiſtratione rationē reddidit, & aliquib filiis legitimis relictis mortuus eſt; poſtea mater in teſtamento ſuo nepotes ex dicto filio genitos, cum aliis filiis ſuis heredes inſtituit, præcepitque nepotibus, vt dictam domum, quam dicto patri dedit, ad collationem cum ſuis auunculis adducerent, & quod eam in partem legitimæ computarent, mortua auia, cum de diuidenda eius hereditate agitur, nepotes dicunt, non teneri conferre dictam domum, neque in legitimam imputare, quia ſuus pater in ea tacite melioratus fuit, & ex parte auunculorum dicitur, quod ſua mater non donauit dictam domū, quia ſimpliciter eam tradidit: & ſic fuit viſa in partem legiti-
mæ dare. Et cum ego † partem nepotum defenderem, & in 13
eorum fauorem allegaui, quod regula generalis; quod nunquam præſumitur donatio; *vt in l. cum de indebito, ff. de probationib. l. Campanus, ff. de oper. liber.* Fallit in coniunctis perſonis, vt in fratre & matre: quam dicit veriorem & communiorem opinionem Albanus *conſ. 12. num. 1. cum ſequentibus.*

Item, quod † dictus filius ſeorſum a matre poſſedit dictam 14
domum longo tempore vt ſuam, & quando filius poſſedit aliquam rem a patre ei traditam ſeorſum præſumitur, quod pater dictam rem illi donauit, *Baldus in l. ſiue poſſidetis, colum. 1. poſt numer 1. verſic. tertio oppono, C. de probation. Salyc. in l. filiæ cuius, C. famil. erciſcund. argumento l. ſi filius, C. de petition. heredit. &*

l.cum de in rem verso, ff. de vsur. Decius in l. si donatione, C. de collation. Hieronym. Gratian. in responso 7. num. 23. lib. 2. Albert. in l. qui ita aliena, in princip. ff. de acquirend. hered. qui refertur a Gabriel. in
15 *volum 3. communium opin. fol. 17. num. 33.* Qui † in filio emancipato loquitur. Et si circa patrem talis præsumtio versatur, similiter circa matrem versari debet, cum ratio differentiæ assignari non possit, *vt in l. illud, ff. ad leg. Aquil.*

16 Et † quia mater non habet filios in potestate, & de iure communi illis donare poterat, etiam in potestate patris exsistentibus, *vt in l. vlles, C. de reuocan. donat. tex. & ibi gloss. & Bal. in l. si constante, C. de donation. inter virum & vxorem.*

17 Itẽ, quia mater in † testamento, inquit, quod dedit dictam domum dicto filio: & dare est dominium transferre, *vt in* §.
18 *sic itaque, Instit. de action.* Item, quia † inter dictum filium, & eius matrem fuerunt sæpe rationes redditæ, & de dicta domo nihil actum fuit, & sic concurrunt consanguinitas & calculatio sæpe facta, & longum tempus, & sic domus a matre donata præsumitur, *l. a Procula, & ibi gloss. & Bart. & communiter Do-*
19 *ctor. ff. de probation.* Item, quia † mater passa fuit, quod filius vteretur & frueretur locationibus & redditibus dictæ domus: ex quo præsumitur donatio, sicut in patre, qui passus est filium vti fructibus rei ipsi a patre traditæ, quia tunc donata censetur. Ita Salycetus *in dicta l. filiæ cuius, col. 4. versic. sed tunc quæro, C. famil. erciscund. & in l. si donatione in fin. C. de collat. & ibi Decius, num. 39. vers. limitatur, & idem Decius in l. si certis annis, numer. 9. C. de pactis, vbi etiam Ias. num. 14. versic. quarto pro extensione, Grat. in d. responso 7. numer. 23. lib. 2. Puteus in decis. 84. num.*
20 *3. lib. 2. Ruin. in rubr. ff. solut. matrim. n. 194.* Quia † ex actu sequenti, qualis fuerit præcedens animus demonstratur, *vt in §. Pauonum, Instit. de rerum diuision. Menoch. in tractat. præsumtion. vol 1 lib. 3. præsumtion. 30. num. 54.*

21 Item, quia passa fuit filium dictam domum pro parte reædificare de nouo, & pro parte reficere & sic donare censetur.

tur, argumento textus *in l. sed si mors, §. fin. de donation. inter virum & vxorem.* Item, quia † dicta domus in multa quantitate 22
non æquipollebat, nec æquipollet legitimæ filii, & sic nō præsumitur animo compensandi cum legitima dedisse, sed potius animo donādi, *vt in l. cum quo, §. fin. ff. ad leg. Fal.* per quam l. tenet ibi Angel. de Perus. & Imol. quod siue donet, siue simpliciter pater tradat rem aliquam filio legitimæ cōgruentem, cum legitima, & animo cum ea compensandi dedisse censetur: quod si non æquiualeat legitimæ, vel plus valeat, donare non præsumatur: quos refert & sequitur Anton. Gom. *in l. 29. Taur. num. 88. in fin.* Et in testamento † suo non potuit mater 23
præcipere, quod dicta domus conferretur, & in legitimam imputaretur, quia ex donatione ante facta & præsumta: filius & eius descendentes habebant iam ius quæsitum, quod mater auferre non potuit, quandoquidem a principio nihil protestata fuit, vt probatur *in l. illud, in finalibus verbis, C. de collat. ibi, nisi huiusmodi legem donator tempore donationis suæ indulgentia imposuerit: & ad hoc notant & commendant ibi Cyn. Iacob. Butric. Bartol. Alber. Paul. Salycet. & commun. Doct. facit etiam text. in l. quoties ff. solut. matrim. text. in l. vnica, §. accedit, C. de rei vxor. act. text. in l. 1. in fin. ff. de solut. & in l. item L. eo, versicul. sed etiam, & versicul. sed pone, ff. famil. erciscund. l. licet, C. qui potiores in pignor. hab. text. in l. perfecta donatio, C. de donation. quæ sub modo, text. in l. §. si quis simpliciter, versic. adiicitur, ff. de verbor. obligatio. & in l. duos, §. 1 ff. de duobus reis, Anton. Gom. in dict. l. 29. num. 27.*

Dubium † autem est, an legatum a parentibus alicui filio 24
vel filiæ factum, in legitima imputari debeat, vel sit donatio, & per consequens melioratio, & Azeb. *in l. 10. n. 3. & 4. cū seqq.* tenet, quod sit in legitimam imputandum: ad quod ibi multos Dd. allegat idem tenentes, & Crass. *de success. ab intest. verb. legitima, q. 26.* vbi cōmunem dicit: quia in dubio potius videtur debitum solui, quam donationem fieri, *l. cū de indebito, ff.*

de prob. nisi aliud de voluntate testatoris constaret, secundum ea, quæ late tradit Menoch. *in 1. vol. de præsumtion. libr. 3. præsumt. 30. per totam, & præsumt. 109. num. 5. cum seqq. lib. 4.* Contrarium, quod sit donatio, & per consequens melioratio, tenet Palat. Rub. *in dict. l. 26. Taur. numer. 1. & Angul. glos. 1. num. 1.* allegantes ad hoc tex. *in l. a patre, & in l. nec emancipati, C. de collat. & l. in donationibus, C. ad leg. Falc. Segur. in l. vnum ex familia, §. sed si, nu. 57. & 154. ff. de leg. 1. Suar. in l. quoniam in prioribus, §. 5. q. 5. num. 3. cum sequent. fol. 95. & Baeca de non meliorand. filiab. cap. 1. num. 29. & Fulg.* quem refert & sequitur Matienc. *in l. 1. in fin.*
25 *tit. 6. lib. 5. nou. Re. op.* Et hæc posterior † opinio mihi verior de iure videtur per dicta iura: quia legatum, est donatio quędam testamento relicta ab herede præstanda, *vt in §. 1. Instit. de leg. l. legatum, ff. de leg. 2. l. 1. titul. 9. partit. 6.* quod apertissime probatur *in d. l. 26. Taur* quatenus loquitur de donatione in testamento & vltima voluntate facta. Ibi: *En testamento, o en otra*
26 *qualquier vltima voluntad hizieren alguna donacion.* Quia † verbum *Donacion*, de legato intelligi debet, cum legatum sit donatio, vt in dictis iuribus, & in testamento, aut in vltima voluntate raro, imo nunquam, fit donatio in vim contractus in-
27 ter viuos, licet fieri possit. Et lex debeat † adaptari ad ea, quæ communiter accidunt; *l. nam ad ea, ff. de legib.* & per *d. l. nam ad*
28 *ea*, valet † argumentum a communiter accidentibus, & testatores in testamento solent communiter dicere, quod in meliorationem rem filiis legant: & si notarius non posuit hoc verbum meliorationem, videtur minus scriptum quam dictum, & pro scripto haberi debet, argumento text. *in l. cum auus, ff. de condition. & demonst. l. cum acutissimi, C. de fideicommiss.*
29 Et similiter † valet argumentum a verisimili, *c. non est verisimile, & ibi Abb. & Doct. de præsumtion.* & si testator vellet, quod filius imputaret in legitimam legatum, expressisset, & ex eo quod non expressit, & filium heredem cum ceteris æqualem instituit, verisimile est, quod in re legata eum meliorauit.

Quod

Quod † procedit, etiamsi eum simpliciter cum aliis filiis 30
heredem instituit, cum talis institutio in iure pro æqualibus partibus intelligatur, *vt in l. quoties, §. heredes, ff. de heredibus inst. §. sed si plures, Institut. eodem, l. 17. tit. 3. partita. 6.* Et quod sit prælegatum siue præceptio, videtur probari *in l. ex facto 2. ff. de hered. instit. tenet Emanuel Acosta in repetitione c. si pater, 1. part. in verb. bonis suis, num. 5. de test. in 6.*

Quod dictum † est de legato filio facto locum habet et 31
iam in legato facto filiæ: nam licet filia meliorari non possit, *vt in l. 1. tit. 2. lib. 5. nou. Recop.* dicta lex intelligitur & procedit, prout loquitur, per contractum inter viuos, non vero in vltimis voluntatibus, *secundum Roias de successione ab intestato, cap. 3. num. 40. Baeca de non meliorand. filiab. cap. 20. Ioann. Gutierr. de iuramento confirm. 1. part. cap. 59. num. 15. Matienc. in d. l. 1. glos. 2. numer. 4. & glos. 3. num. 2. & Azebed. in d. l. 1. num. 17.*

Ex quibus † sequitur, quod si res legata sit magni valoris, 32
prius in tertium & quintum imputanda est, & quod superest deducto tertio & quinto, in legitimam imputabitur, vt *in d. l. 26. Taur.* cauetur: & non est tenendus intellectus, quem ad dictam *l. 26.* tradit Palat. Rub. *num. 10.* quia est falsus & contra verba expressa dictæ l. vbi tenet, quod donatio simplex prius est in legitimam imputanda, & excessus in tertium & quintum, & idem Palat. *in d. l. num. 12.* se corrigit & tenet contrarium, ibi: *Con que la tal donacion se cuente en el dicho tercio y quinto, &c.* Non ergo imputabitur dicta donatio in legitima.

Ecce vbi vult, quod † prius imputetur in tertio & quinto, 33
contra quod in princ. legis tenet. Qui secundus intellectus est communiter receptus, qui intellectus probatur in *d. l. ab ordine litera,* qui ordo seruandus est de iure, *vt in l. nec enim, ff. de solut.* Et Azebed. *in d. l. 10. num 6. in medio, tit. 6. lib. 5. in nou. Recopil.* Concordando † contrarias opiniones circa dotem 34
& donationem propter nuptias facit distinctionem circa donationem expressam & tacitam, verbi gratia, quod quando

dos datur simpliciter filiæ non in vim donationis, prius fiat imputatio in legitimam: si vero per viam donationis fiat, prius imputatio in tertio & quinto fiet, & excessus in legitimam. quæ distinctio, quatenus ad dotem & donationem propter
35 nuptias attinet, mihi vera non videtur. Nam † quando pater dat dotem filiæ vel filio propter nuptias, est casus diuersus etiam de iure communi, tam in filia, quam in filio: quia cum pater dotat filiam, facit ex necessitate, & ideo semper videtur dare dotem animo compensandi cum legitima, *vt in authen.*
36 *præterea, C. vnde vir & vxor.* Et de † iure dos in legitimam imputatur, *l. quoniam nouella, C. de inofficioso testamen. l. 3. tit. 15. partit. 6.* Et eadem ratio in donatione propter nuptias versatur: quia pater ad eam dandam compellitur, *l. fin. & ibi Bald.*
37 *& communiter Doct. C. de dotis promiss.* Et † quia per *l. 27. Taur.* conferuntur, & in legitimam imputatur dos & donatio propter nuptias, *Bald. in l. iubemus, C. ad Velleian. d. l. 3. tit. 15. parti. 6.*
38 *Palat. Rub. in l. 29. Taur. num. 5.* Et † prælegatum dotis non venit in restitutione fideicommissi: *ita Bart. in l. a filia, in princ. & in l. Lutius, §. maritus, ff. ad Trebell. Bald. in l. cum verum, num. 10. C. de fideicommiss. Ruin. cons. 52. num. 12. libr. 2. Corn. in d. l. cum virum, num. 54. Marcus Ant. Natta cons. 255. num. 8. lib. 2. Socin. Sen. cons. 102. col. 4. lib 3. Corn. cons. 35. num. 1. lib. 4. Aretin. cons. 152. numer. 1. Alex. cons. 20. num. 10. lib. 3. Anton. de Padilla in d. l. cum virum, num. 20. C. de fideicommissis.*

39 Et † dos & donatio propter nuptias appellatione donationum non veniunt, Bart. & Bald. quos refert & sequitur Palat.
40 Rub. *in d. l. 29. Taur.* Quia † dos loco legitimæ succedit, *l. Titio fundus, §. Titio genero, vbi Bart. ff. de condit. & demonstrat.* & dos est proprium patrimonium filiæ, *l. Pomponius. ff. famil. erciscun.*
41 Et bona grauati † non continentur in fideicommisso, *l. cohe-*
42 *redi. §. cum filia, ff. de vulg. & pup.* Et † dicta *l. 26. Taur.* in simplici donatione loquitur: & ita Doct. eam communiter intelligunt, & Palat. Rub. iterum, *nu. 24. & 25,* sibi contrarius *d. l. 26.*

in

in donationibus simplicibus dicit procedere, & non in donationibus ob caussam, quod *nu.1.* tenuerat, idem tenet ibi *Cifant. num.4. Ant. Gom. num.29. in fin. Tell. num.2. vers. sed quia aliquando, in fin. & num.4. vers. donatio vero, & num.7. Greg. Lop. in l.3. verb. En su parte, in fin. tit.4. partit.5. & in l.3. verb. No querria, tit.15. partit.6. Couarr. in c. Raynaldus. §.2. num.8. de testam. Roder. Suar. in l. quoniam in prioribus, q.5. post limitationes, C. de inoffic. testam.* Et sic † dos & donatio propter nuptias prius sine aliqua 43
distinctione in legitimam imputari debent, nisi pater expresse filium in donatione propter nuptias meliorauerit.

Ex quibus † sequitur male insurgere contra dictum com- 44
munem intellectum modernum, Velaz. de Auend. affirmãtem dictos Dd. non percepisse intellectũ *d. l.26.* Et quod debet intelligi, tam in simplicibus donationibus, quã in ob caussam donat. & dotibus, & dat primam rationem, quia *d. l.26.* generaliter loquitur in donationibus: & quod sic generaliter est intelligenda in quibuscunq; donationibus, *l. de pretio, ff. de Public. in rem act.* cui rationi † facilime respondetur, quod illa regula nõ procedit, quando aliquid per alias leges statutũ est: nam tunc lex loquens generaliter debet distingui & declarari secundum dictas leges: *text. in l. filiusfamilias, ff. de action. &* 45
obligat. iuncta l.1. ff. ad Macedon. l. iurisgentium, §. si paciscar, ff. de pact. iuncta l. transigere, & ibi glos. magna, C. de transact. Et † lex 46
generaliter, & indistincte loquens non refertur ad casus specialiter notatos, *vt in l. sanctio legum, ff. de pœnis, l. doli clausula, ff. de verbor. obligat.* Quia † correctio legum vitãda est, & iura iu- 47
ribus sunt concordanda, *l. sed & posteriores, ff. de legibus, l. præcipimus, C. de appell.* & secundum intellectum Velazq. de Auen. corrigerent *l.4. tit.15. part.6. & l.29. Taur.* vel saltẽ, p *d. l.19. Tau.* corrigeret *d. l.26. Taur. & d. l. part.* Si † omnes donationes cõ- 48
ferendæ essent, q; est absurdum: quia donatio simplex, & melioratio non confertur, *vt in d. l.4. tit.15. part.6. & de intellectu,* quem tenuit Palat. Rub. in *repet. c. per vestras, notab.3. §.22. le*

abstinuit, & tenet contrarium in *d. l. 26. nu. 24. & 25.* Et si non facit pro dicto Auend. qui dat aliam rationem, quod alias maneret deceptus gener illius, qui donationem ob caussam
49 fecit, quæ ratio friuola est: quia, qui † cum alio contrahit, eius conditionem scire debet, *l. qui cum alio, ff. de regul. iur.* & quili-
50 bet † iura scire debet, *l. regula, & totius titulus, ff. de iur. & fact.*
51 *ign. & C. eodem tit.* Item, quia † omne, quod confertur in legitimam, prius imputatur, *vt in l. quoniam nouella, C. de inoffic. testam.* & propter hoc forent dicta *l. 16. & 29.* contrariæ, si non daretur dictus communis intellectus.

52 Ex quibus † clare constat falsum esse, quod vbi sup. Velaz. de Auend. tradit, & quod *d. num. 4.* inquit: quod donatio simplex debet conferri, & prius in legitimam imputari, & excessus legitimæ in tertium & quintum, ibi: *Vt si filius eam conferre*
53 *noluerit in legitimam, vt dictum est:* Ex quib. † etiam conuincitur & reprobatur Eman. Mend. de Castr. modernus, *in repet. l. cum oportet, C. de bon. liber. num. 70.* qui maxima cum audacia insurgit contra comm. Doct. tenentium, donationem simplicem de iure communi non debere conferri; & quod plus est, inquit, quod conditores *d. l. 4. tit. 15. partit. 6.* caussam sumentes ex communi intellectu *l. pen. C. de collat.* condiderunt *d. l. partitæ,* & quia dictus communis intellectus *d. l. pen.* est falsus, non est seruanda *d. l. partit.* sed *l. 3. tit. 4. partit. 5.* cuius verba satis falsa videntur; cum *d. l. 4. tit. 15. part. 6.* ab ordine partitarum sit posterior *d. l. 3. tit. 4. partit. 5.* & sit seruanda, etiamsi
54 anteriorem corrigeret: quod non est credendum. Et † est legum correctio vitanda, *vt in c. cum expediat, de elect. & l. sed & posteriores, de legibus, l. præcipimus, C. de appell.* & leges partitarum in hoc Regno seruandæ sunt; & ideo communis intellectus seruandus est, quem supra *numer. 42.* retulimus: & ipse Eman. Mendez de Castro auctores suæ opinionis adducit, Doctorem Hectorem Roder. & eius filium, & *num. 72 vbi supra,* inquit, Neque obstat *dict. l. 26. Taur.* dum ait: donationem simplicem

plicem censeri esse meliorationem, quod si verum est, conferenda non est, quia melioratio non confertur: respondetur enim reiectis conciliationibus aliorum, quas ponunt Dd. *ad l. 29. Taur. & Greg. Lop. in d. l. 3.* veriorem esse interpretationem prædicti Doct. *Hect. Rod. in priuata lectura l. 26 Taur.* quã publice & cum magno omnium applausu & cõsensu in scholis istis fuit interpretatus, dicentis, text. *in d. l. 26.* non simpliciter asserere, donationem simplicem esse meliorationem, sed meliorationem esse, quantum ad hoc, vt donator non possit alium filium meliorare, nisi in residuum tertii & quinti: itaq; nihil probat *d. l. 26.* quam quod donatio simplex debet deduci de tertio & quinto, cui interpretationi recte conuenit alia, quam ponit Palat. Rub. *in repet. cap. per vestras,* §. *22.* vbi tanquam vnus de conditoribus illius *l.* testatur, *text.* illum debere intelligi, quando is filius, cui donatio facta est, habet præterea tempore mortis patris suam legitimam aliunde : tunc enim talis donatio appellabitur recte portio tertii & quinti: alias enim si talis filius legitimam non haberet, tunc talis donatio imputari debet in legitimam: iuxta doctrinam Bart. *in l. in quartam, ff. ad leg. Falc.* quam refert Gregor. *vbi sup. Hæc Eman. Mend. de Castr.* Miror equidem Hectorem Rod. tam falsum intellectũ ad *d. l 26. Taur.* publice proposuisse, quia dictus intellectus non conuenit decisioni dict. l. nec eius verbis, nisi legis illationi: inquit enim *d. l. 26. Taur. Si el padre que hiziere alguna donacion a alguno de sus hiios o descendientes, aunque no digan que le meioran en el tercio, o en el quinto, entiendese que le meioran en el tercio y quinto de sus bienes.* Ecce decisio legis, cui non potest dari tam falsus intellectus Hector. Rod. Et postea † geminantur dicta verba, quæ magis dictam meliorationem declarant, *vt in l. Bellista, ff. ad Treb. l. siue a me, C. ad Vell.* inquit *d. l. 26. Y que la tal donacion se cuente en el dicho tercio y quinto de sus bienes, en lo que cupiere* Hic intrat illatio, quæ meliorationem præsupponit: *Para que ni a el ni a otro no pueda meiorar mas de lo que mas* 55

fuere el valor de lo que fuere el dicho tercio y quinto, y legitima de lo que deuia auer de los bienes de su padre, y madre, y abuelos, y no mas Et non obstat doctrina Palat. Rub. *in d. §. 22.* quia est falsa, & contrarium tenet idem Palat. *in d. l. 26. Taur. num. 12. 24. & 25.*

56 Dubium † tamen est, an melioratio facta videatur, quando pater in suo testamento ita dixit. *Filius Petrus centũ nummos aureos mihi abstulit*, vel dixit: *Filio meo Petro cum vxorem duxit centum nummos aureos dedi, volo, mando, quod in partem legitimæ ei debitæ computetur, vel ad collationem cum ceteris fratribus tradat*; dictus Petrus negat recepisse a patre, vel ei abstulisse dictos centum nummos, & contrarium non probatur: & Ayora *in tract. partit. 1. part. c. 5. n. 13.* inquit, quod d. confessio patris præiudicat filio: ita, quod si nullus ex filiis ante fuerat melioratus, ceteri fratres in illis centum meliorati erunt, quia inquit,
57 quod † demonstratio falsa non vitiat legatũ certæ quantitatis factum in fauorem filiorũ. vt de portione illorum illa non deducantur, sed imputet alius filius in legitimam, per tex. *in l. demonstratio falsa, §. quamuis ff. de cond. & demonst. l. Lucius, §. Sem-*
58 *pronia, ff. de leg. 3. §. sed si vxori maritus, Inst. de leg.* vbi † cauetur, quod si maritus legauit vxori in certam quãtitatem pecuniæ, dicens eam quantitatem esse dotem vxoris, quod & si verum nõ sit, dicta quantitas, tanquã legatum, vxori debetur: & idem foret si certa species vel corpus a marito designaretur, *vt in d.*
59 *§. sed si vxori.* Ex † quo deducit Ayora limitationem, quam dicit mente tenendam *ad l. rationes, & quæ ibi tradunt Doctor. C. de probat. & in l. cum quis, §. codicillis, ff. de leg. 3. l. qui testamentum, ff. de probat.* vt confessio testatoris heredibus & cuilibet eorum præiudicet: quæ Ayoræ limitatio & declaratio nihil noui continet: quia trita & vulgaris doctrina Doct. est *in dict. l. qui testamentum*, & in ceteris iur. supra relatis, quod confessio testatoris præiudicat eius heredibus & filiis: dum tamen talis confessio in præiudicium legitimæ filiarum facta non sit: nam in præiudicium legitimæ non valebit. Ex quo sequitur,

tur, quod si aliquis ex dictis filiis ante dictam confessionem patris fuit melioratus, quod dicta confessio patris dicto filio Petro non praeiudicaret: & ita videtur Ayora sentire *vbi supra*. Sed contra Ayoram in casu proposito facere videtur, quod in specie meliorationis loquendo, si pater diceret in centum, quae mihi abstulit filius meus Petrus, ceteros eius fratres melioro; si de dictis centum non constiterit aliter quam per patris confessionem, videtur, quod dicta melioratio non teneat, quia de nihilo facta fuit, quod probatur similitudine legati taliter facti. Nam si † dixerit testator, *centum qua mihi debet Titius, Sempronio do, lego, si nihil debet Titius, inutile est legatum, vt in l. non quocunque, §. qui Caium, & in l. si sic, §. 1. in fin. ff. de leg. 1.* Sed adhuc opinio † Ayorae tenenda est, 60 61
quia est differentia inter vnum & aliud legatum, quia quando verba testatoris diriguntur ad heredem, vt quia testator dixit: *lego Titio centum, qua ei debeo,* videtur grauare heredem, vt det, *vt in d. §. sed si vxori,* & quando de tertia persona loquitur testator, vtputa, dicendo, quod Titius debet, *lego Sempronio*, non videtur grauare heredem ad dandum, *vt in l. si damnatus heres, ff. de liberat. leg. glos. notabilis in l. legaui, §. contra autem, in verbo legata, dict. tit. de liberat. leg.*

SVMMARIA.

1. *Filius cui fundus in vita a parente fuit donatus, censetur tacite in fundo melioratus, & si valor fundi tertium & quintum bonorum excesserit, excessus est in legitimam imputandus, quod si etiam legitimam excesserit, illud plus legitima est fratribus conferendum.*
2. *Filius an possit alienare fundum in vita patris, quem pro legitima recepit, & filio mortuo in vita patris, an ceteri fratres patris heredes fundum alienatum rei vendicare valeant, num. 3. cum sequentibus, defenditur quod non contra Ayoram.*

4 *Legitima non debetur filio, nisi post mortem patris.*
5 *Filius in vita patris, dicitur heres patris.*
6 *Filius in vita patris, dicitur quasi dominus in bonis patris.*
7 *Pater potest in vita sua soluere filio legitimam, præueniendo vltimum iudicium.*
8 *Pater potest donare filio in sua potestate exsistenti, etiam de iure communi in compensationem legitimæ.*
9 *Filius in vita patris dicitur legitimæ creditor.*
10 *Pater tradens in vita filio legitimam, dicitur potius ante tempus soluere, quam donare.*
11 *Pater potest de iure Reg. donare filio in sua potestate constituto.*
12 *Filius contrahens nuptias, secuta velatione, liberatur a patria potestate & efficitur emancipatus de iur. Reg.*
13 *Donatio facta filio in potestate patris constituto, emancipatione eius confirmatur de iur. commun.*
14 *Donatio caussa dotis a patre filio facta, est de iur. commun. valida.*
15 *Dos succedit loco legitimæ.*
16 *Donatio ob caussam matrimonii cum certa persona contrahendi, succedit in locum donationis propter nuptias, quæ valet & reuocari non potest.*
17 *Donatio propter nuptias & dos pari passu ambulāt, & ideo compellitur pater donationem propter nuptias facere.*
18 *Dominium rei transfertur eius traditione.*
19 *Moderator & arbiter est quilibet in re sua.*
20 *Factum legitimæ retractari non debet.*
21 *Pater donando filio fundum, videtur contractui filii de fundo postea facto consentire, sicut in bonis profectitiis contingit, cum pater concedit filio eorum administrationem.*

CAPVT III.

Quando melioratio tacite vel expresse facta fuit in fundo, an excessum pro legitima datum, filius in vita patris possit alienare.

Quin-

QVando pater filio matrimonium contrahenti aliquem fundum in vita donauit & tradidit, filius in tali fundo tacite melioratus † censetur, *vt in l. 26. Taur. nunc est l. 10. titul. 5.* 1
noua Recopil. Reg. Etsi dictus fundus tertium & quintum bonorum excesserit, excessus in legitimam eius est imputandus, *vt in d. l. 26. Taur.* disponitur: quod si tertium & quintum, & legitimam excesserit, illud plus quod legitimam excedit, fratribus conferendum & restituendum est, *vt in l. 29. Taur.* cauetur, & in *dicta l. 26 in fin.* quod in diuisione seruandum & tenendum est, vt *in l. 2. C. de inoffic. donat.* cuius verba sunt: *Si pater omne patrimonium suum impetu quodam immensæ liberalitatis in filium effudit, siue in potestate eius is permansit, arbitri familiæ erciscundæ officio congruit, vt tibi quartam partem debitæ ab intestato portionis præstet incolumem.* Hic † se offert quæstio, quam po- 2
nit Ayora *in tract. de partit. 2. p. q. 34.* Quid si dictus filius in vita patris dictum fundum cuidam tertio vendidit & tradidit, qui filius dicto fundo iam vendito & patre vitam agente mortuus est, an postea mortuo patre eius, filii heredes possint ab emtore dictum fundum rei vendicare pro ea parte, quę melioratus excessit, & † in legitimam imputata de iure fuit, & Ayora 3
vbi supra resoluit, quod sic, eo motus fundamento, quia viuentis nulla est hereditas, *l. is qui superstitis, ff. de acquirenda hered.* Et quia † filio non debetur legitima, nisi post mortem pa- 4
tris, *vt in l. 1. §. si impuberi, ff. de collat. bon. authent. nouissima, & authent. vnasi parens, C. de inoffic. testam.* Et meo † iudicio sine 5
fundamento & inaduertenter Ayora loquutus est: nam licet viuens non possit habere heredem, *vt in l. 1. ff. de hered. vel act. vend. l. 1. C. eodem tit.* Illud procedit & intelligitur de herede extraneo non vero de filio respectu patris: quia filius dicitur heres patris in vita patris, *Bart. in l. Gallus, §. etiam si parente, numer. 2. ff. de liber. & posthum. & ibi commun. Dd. Soc. in l. si filius qui patri, num. 16. ff. de vulg. & pupill.* & filius † in vita pa ris dicitur 6
quasi dominus in bonis patris, *l. in suis, ff. de liber. & posthum.*

7 *l.21.tit.3.part.6.* Item, quia † licet in vita non debeatur filio legitima, nec pater ad eius traditionem compelli possit, pater etiã potest in vita sua soluere & tradere filio legitimam; quia pater potuit vltimum iudicium præuenire, *secundum Suarez in l.euidentialibus, l.quoniam in prioribus, n.6.cum quatuor sequen. C.de inoffic.testam.* Quam dicit com.opinio. Ioan. Bap. de sancto Seuer. *in l.frater a fratre, q.25.ff.de cond.indeb.Socin.cons.4. vol.1.Bart.in l.peto, n.12.ff.de leg.2.Duennas reg.223.n.5. Azeb. in*
8 *l.1.num.31.tit.6.lib.5.nou.Recop.* Item, quia † licet pater de iure comm. non possit filio in sua potestate constituto donare, *vt in l.donationes quas parentes, C.de donation. inter vir. & vxor.* etiam in compensationem legitimæ donare potest, & talis donatio tenet & valet, *vt tradit Angul. in l.si non mortis, ff.de inoffic.testament.* quem secuti sunt multi Doctor. quos refert Ias. *in l.frater a fratre in 1 lectura col. pen. versicul.septimo limita ff de*
9 *condict. indeb.* quia filius † in vita patris dicitur legitimæ creditor, *l. & quia, ff. pro socio, l.si quis legatum, in fin.ff.de fals. l.vlt. §.sin autem, C. de curat.furios. Bart.in l.vltim. ff.de lib.agn. l. vlt.*
10 *de imponend.lucrat.descripsit.libr.10.* Quia † quando pater donat filio pro legitima, dicitur potius ante tẽpus soluere quam donare, & propterea valet, vt in casu *l.sed si vir, §.quod vir, ff. de donat.inter vir. & vxor.* Et licet non deficiant Doct. qui vellent contrarium tenere, & eorum auctorum sit Aret. *in l.pla-*
11 *cet, ff. de acquirend. hered. & in consil.17.numer.4.* etiam † tenet talem donationem filio emancipato factam valere: & sic iur. Reg. dicta opinio Ang. & sequentium nullam dubitationem continet: cum pater filio in potestate exsistenti donare valeat, *vt in dict. l.17. Taur. & ibi Anton. Gomez Tellus, & ceteri Doct. Reg.* & in dicto casu Ayoræ donatio legitimæ fuit facta ob caussam matrimonii, quo secuto cum velatione vires ob-
12 tineret, etiam † de iure communi, cum in tali casu filius habetur pro emancipato, & de patris potestate exit & liberatur.

Item,

Item, quia donatio † facta filio in potestate constituto, fi- 13
lii emancipatione, si reuocata non sit, cōfirmatur, *vt in l. cum de bonis, & l. quæ emancipatis, C. de donat. l. donationibus in concubinas, §. si pater, ff. de donat.* Item, quia † donatio caussa dotis a 14
patre filiæ facta est de iure valida, *vt in l. Pōponius Philidelphus, ff. fam. l erciscund.* & dos loco legitimæ est, *l. quoniam nouellam, C. de inofficios. testament. Bartol. in l. Titio centum, §. Titio genero, numer. 6 ff. de † conditionibus, & idem Mench. de arbitr. iudic. casu* 15
149. l. 2. Et donatio ob caussam matrimonii cum certa perso-
na contrahendi, succedit loco donationis propter nuptias,
quia † valet & reuocari non potest, *vt in dict. l. 17. Taur. & ibi* 16
Tellus num. 787. Angul. in tractatu de meliorat. in l. 9. glos. 4. num. 7. Ayora in tract. partition. 2 part. quæst. 18. Ioann. Gutierr. quæst. 65. num. 9. super noua Recopilat. l. 3. versic. O rosi dezimos & ibi Gregor. Lop. tit. 15. partit. 6. Et sic pari † passu cum dote ambulat; & 17
propterea pater compellitur donationem propter nuptias filio facere *l. fi. & ibi Bal. C. de dot. prom. & in l. iubemus, C. ad Senatusconsult. Vell. d. l. 3 tit. 15. part. 6. l. 29. Taur.*

Ex quibus † sequitur, quod dictus filius factus fuit verus do- 18
minus dicti fundi, & legitimæ per dictam traditionē & caussas, *vt in d. l. 17. Taur. l. traditionibus, C. de pactis.* Et dictus filius, vt dominus potuit dictum fundū alienare, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter, *l. si re mandata, C. mandati.*

Et quia † quod legitime factum est retractari non debet, *l.* 19
sancimus, C. de administ. tut. & curat. Etiamsi † casus postea ex- 20
stiterit, a quo initium capere non potuit, *l. in ambiguis, § non est ff. de regul. iur. cum vulg.* Et pater † donando filio dictum fun- 21
dum, visus fuit contractui filii consentire, sicut in bonis profectitiis contingit: nam ex eo quod pater promisit generaliter eorum administrationem filio, videtur contractibus filii consentire, *vt in l. 1. § adipiscimur, ff. de acquirend. poss. l. quod seruus, in fi. ff. de sol.* maxime, quia, vt dictum est, filius potuit etiam inuito & contradicente patre, fundum alienare.

SVMMARIA.

1 *Melioratio tertii vel quinti bonorum a parentibus facta, per contractum inter viuos, aut in vltima voluntate, est reuocabilis vsque ad mortem parentum.*

2 *Reuocatio meliorationis & prælegati, in dubio non præsumitur, quia mutatio voluntatis nunquam præsumitur.*

3 *Reuocationem prælegati allegans, tenetur eam probare.*

4 *Prælegatum tertii & quinti bonorum vel fundi factum a patre vni filio in testamento, non censetur reuocatum, si postea in codicillis idem prælegatum alteri filio faciat; sed ambo concurrent contra Palat. Rub. qui contrarium tenet contra comm.*

5 *Prælegata non veniunt in fideicommisso hereditatis.*

6 *Prælegatum factum de eisdem bonis separatim duobus filiis in eodem contractu vel testamento, non censetur reuocatum a parentibus, sed ambo concurrunt.*

7 *Amor paternus erga filios est æqualis.*

8 *Testator non præsumitur, quod velit se statim corrigere.*

9 *Maioria duobus filiis facta a parentibus diuersis temporibus an valeat, & cui filio debeatur, num. 9. remissiue.*

10 *Melioratio in domo facta a patre filio in suo testamento, censetur reuocata, si domus postea fuerit combusta & destructa, & eam pater refecerit & reædificauerit.*

11 *Insula legata, si combusta fuerit, eius area legatario debetur.*

12 *Insula legata, si combusta fuerit, & testator eam reædificauerit non debetur area, secus si non reædificauerit, & idem erit in domo legata.*

13 *Melioratio in domo facta, non censetur reuocata, etiamsi postea sit paulatim refecta, & de pristina materia non appareat.*

14 *Nauis legata, debetur legatario, etiamsi carina postea solum remanente eam testator refecerit.*

15 *Melioratio facta de certa pecunia, censetur reuocata, si d. pecunia pater emerit fundum, & vendiderit, secus si fundus non vendatur; quia tunc fundus veniet in meliorationem.*

16 Me-

16 *Melioratio de tertio & quinto bonorum, facta in testamento censetur reuocata, si postea in codicillis pater legauerit filio fundum, & dixerit, quod fundo sit contentus.*

17 *Melioratio de tertio & quinto bonorum facta in testamento, non censetur reuocata, etiamsi in eodem testamento pater legauerit fundum filio & dicat: quod illo sit contentus, quia assignationem caussæ fecisse creditur.*

18 *Melioratio de tertio & quinto bonorum in testamento facta, an reuocata censeatur, si pater in eodem testamento legauerit filio fundum, & dixerit: sit tantum fundo contentus, vel fundum duntaxat habeat, vel non possit plus petere, num. 18 remissiue.*

19 *Prælegatus fundus a patre filio, non censetur ademtus, si postea pater illum pignori dederit.*

20 *Prælegatus fundus, censetur ademtus, si postea pro tanto pretio pignori detur, quod non sit spes luitionis.*

21 *Pignus pro iusto pretio pignoratum, censetur quasi emtum, & liberat creditorem a satisdando.*

22 *Prælegatus fundus, censetur ademtus, si pater eum voluntarie, & nulla vrgente caussa alienauerit.*

23 *Alienatio rei, semper præsumitur ex caussa necessaria facta.*

24 *Melioratio in fundo facta, minuitur in parte fundi postea legata.*

25 *Fundus prælegatus, non censetur ademtus per meliorationem tertii & quinti bonorum postea factam.*

26 *Melioratio debetur rei alienatæ, æstimatio vel res permutata, quando per alienationem non præsumitur ademtū prælegatum.*

27 *Melioratio reuocata videtur per alienationem voluntariam inutilem.*

28 *Melioratio in fundo facta, non videtur reuocata per promissionem de d. fundo vendendo postea factam, nec per locationem de fundo factam ad longum tempus.*

29 *Melioratione facta, si cum aliqua certa persona contrahat matrimonium, melioratio cessat, matrimonio cessante.*

30 *Melioratio facta, si matrimonium cum certa persona contraxe-*

rit, matrimonio cessante, non censetur reuocata, quando filii contemplatione fuit facta.

31 *Melioratio in dubio, censetur facta filii contemplatione.*

32 *Melioratio in fundo facta, quæ per fundi alienationem fuit reuocata, reconualescit, si pater fundum redemerit.*

33 *Melioratio a patre facta, quæ per alienationem voluntariam fundi spirauit, reconualescit, si pater fundum redemerit: licet sine pacto de retrouendendo fundus venditus fuerit, contra Angulo.*

34 *Prælegatum fundi, quod per fundi alienationem voluntariam spirauit, non reconualescit, quando testator fundum redemerit, si fuit factum personis, in quib. non consideratur testatoris affectio, nisi cum pacto de retrouend. fuerit fundus venditus.*

35 *Meliorationis & legati ademtio probatur coniecturis, & similiter probatur animus non adimendi melioratione͞ & legatum.*

36 *Melioratio facta filio in nominibus aliquorum debitorum, si postea pater pecuniam a debitoribus exegerit & illam deposuerit vel ex ea fundum emerit, non censetur reuocata, & fundus in meliorationem subrogabitur.*

37 *Melioratio censetur reuocata, si inimicitiæ magnæ inter patrem & filium interuenerint.*

38 *Melioratio censetur reuocata propter magnas inimicitias, licet postea pater faciat codicillos & de inimicitiis nullam mentionem fecerit.*

39 *Legatum a marito vxori factum, censetur reuocatum, si propter inimicitias & sæuitiam postea diuortium fiat.*

40 *Melioratio censetur reuocata propter magnas inimicitias, licet pater eis caussam dederit.*

41 *Maioratus reuocabilis, reuocatur per magnas inimicitias.*

42 *Melioratio reuocata propter magnas inimicitias, redintegratur per reconciliationem postea factam.*

43 *Melioratio per contractum inter viuos facta si reuocabilis sit, sequitur naturam meliorationis in vltima voluntate factæ, & similiter reuocatæ.*

44 Fal

44 *Falcidia debetur ex donationibus, quæ morte confirmantur.*
45 *Melioratio an supernascentibus filiis reuocetur, sicut aliæ donationes extraneis factæ reuocantur, num. 45. & 46.*
46 *Melioratio filio facta non reuocatur filiis superuenientibus, nisi quantum attinet ad eorum legitimam.*

CAPVT IV.

Quando melioratio reuocata censeatur.

DOnationem, seu meliorationem tertii vel quinti bonorum filio, vel descendentibus factam, siue filii sint in patris potestate, siue emancipati, poterunt † parentes vsque ad mortem ad libitum reuocare, *vt in l. 17. Taur. disponitur, & ibi Dd.* Quod procedit tam in donatione & melioratione in cõtractu inter viuos, quam in vltima voluntate facta, *vt in d. l. 17. Taur.* Et † in dubio nunquam præsumitur reuocatio meliorationis, & prælegati, *vt tenet Alexand. cons. 169. n. 5. lib. 5. Hieron. Gabr. cons. 105. n. 4. lib. 1.* quia mutatio voluntatis nũquam præsumitur, *vt in l. eum qui, ff. de prob. & c. maiores, de bap. c. licet, de procura. lib. 6* Et ideo, qui † asserit reuocationem, probare tenetur, *vt in l. 3. §. si duobus, ff. de adimen. leg. Bald. in l. si pluribus, num 1. ff. de legat. 1. l. fideicommissi, § si rem suam. ff. de leg. 3. Corn. cons. 26. num. 7. lib. 2. Alex. cons. 169. nu. 4. lib. 5. & cons. 157. num. 2. lib. 7. Natta, cons. 476. nu. 15. & cons. 486. nu. 14. Rol. a Valle cons. 31. n. 3. lib. 4. Menoch. cons. 254. n. 5. lib. 3. Cephal. cons. 6. nu. 4. lib. 1.* Et ideo † si pater in testamento prælegauit tertium & quintum bonorum vni filio, & postea in codicillis similiter tertium & quintũ alteri filio prælegauit, non ex hoc censebitur reuocatum primum prælegatũ in testamento factum, sed ambo filii præsumuntur re cõiuncti: ita vt faciant partes per cõcursum, sicut in legato fundi similiter facto, *vt tenet Aret. in d. l. si pluribus, § si coniunctim, n. 9. ff. de leg. 1. & Ias. in d. l. si pluribus, num. 3.* vbi affirmat hoc omnes tenere. Et idem tenet Ias. *in l. si plane, § si coniunctim, num. 8. ff. eod. per tex. in l. coheredi, § coheres, iuncta*

glos. & Bald. ff. de vulg. quos sequitur Mantica *in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 12. tit. 1. nu. 2. & tit. 2. in princ. d. lib.* Facit tex. *in l. coniunctim, ff. de leg. 3. & §. Si eadem, Inst. de legat.* & Hieron. Gab. *cons. 102.* testatur communem esse. Ex quib. reprobatur Palat. Rub. *in l. 27. Taur. n. 61.* vbi contrarium tenet, scilicet reuocari primum prælegatum per secundũ in codicillis factum, per text. *in l. Titia testamento, ff. ad leg. Falc. & ibi Bart.* Et quia *d.*
5 *l. Titia testamento,* non probat † eius dictum; ibi enim cauetur, quod si testator grauauit heredem de restituenda hereditate, & postea illi prælegauit, quod prælegatum in fideicõmisso non veniet: quia generi per speciem derogatur, & appellatione hereditatis prælegata non continentur, & sentit glos. *in d. l. Titia testamento, verb. debere,* quæ communiter ibi per Dd.
6 approbatur: Quæ dicta sunt † melius procedunt, si in eodem testamento, vel in alio actu in continenti facto pater separatim duobus filiis dictum prælegatum de tertio & quinto bonorum fecerit, quia licet in continenti possit mutare voluntatem, & reuocare prælegatum, *vt in §. transferri, Instit. de ademt. legat.* tamen non præsumitur in dicto casu eo animo fecis-
7 se, p *l. ad ea, ff. de cõd. & dem.* Et † quia amor paternus erga filios æqualis est, *l. isti quidẽ, ff. quod metus caussa, l. fin. C. de cura furios.*
8 Et quia † testatorem se in continenti corrigere voluisse non est credendum, nec præsumendum, *vt ait Alex. cons. 47. n. 18. vol. 1. Corn. in cons. 308. in princ. vol. 1. quos refert & sequitur Mantica in tract. de coniect. vlt. vol. lib. 12. tit. 1. n. 2. Masc. de prob. vol. 3.*
9 *concl. 128. n. 13. & 14.* Et † de Maioria a patre duobus filiis facta diuersis temporibus vide Greg. Lop. *in l. 39. glos. 1. tit. 9. parti. 6.*
10 Si pater † filio suo in testamento domum suam caussa meliorationis expressa prælegauerit & restituerit, dicta melioratio reuocata videtur & præsumitur, vt *in d. l. si ita legatum, §. fin. ff. de legat. 1.* Et est ratio, secundum Ias. *ibi num. 3.* quia noua domus esse censetur, etiamsi ex eadem materia restituta & refecta fuerit, *vt in l. inter stipulantem, §. sacram, in fin. ff. de verbor. obli-*

obligat. l. si rem, §. auream, ff. de solut. idem sentit Ias. in l. si domus, num. 3. ff. de leg. 1. quia per factionem censetur testator a legato vel prælegato recessisse.

Nec † obstat text. *in l. si grege, in fin. ff. de legat. 1.* vbi insula le- 11
gata combusta, eius area debetur legatario: nam ideo area debetur, quia insula legata fuit, & eius area nō est mutata, nec denuo restituta, & sic nō potest colligi mutatio voluntatis testatoris. Quando † autem area insulæ denuo restituta esset, si 12
militer ademtum legatum videretur, vt de domo dictum est: cum militet eadem ratio, & idem esset in area domus; si restituta & refecta non fuisset a testatore, ita declarat Ias. *in l. cetera, § sed si parauit, num 4. 13. & 14. de legat. 1. Mintica vbi supra, num. 4.* Sed si dicta domus † non esset in totum collapsa & de- 13
structa, & particulatim refecta sit: ita vt nihil ex pristina materia supersit, non censetur dicta melioratio reuocata; *vt in d. l. si ita legatum, §. fin. ff. de legat. 1.* vbi Ias. *num. 1.* eam reddit rationem, quia licet sit particulariter, & diuersis temporib. a testatore refecta, cēsetur eadem domus, etiamsi de illa prima materia nihil remanserit, & etiam quia area in legato remansit, *vt in d. l. grege, in fi. ff. de leg. 1.* Ad † quod facit, quod inquit Pō- 14
ponius *in l. quod in rerū, § fi. ff. de legat. 1.* Si nauim legauero (inquit) & specialiter eam adscripsero, eamq; per partes totam refecero, carina eadem remanēte, nihilominus recte a legatario vēdicabitur; si pater † vni ex filiis prælegauit pecuniam, 15
quam in arca habebat, & postea dicta pecunia fundum emerit, & vendiderit dictum prælegatum, & melioratio reuocata censetur, *ita Bart in l. pater, per illum text. ff. de adim. legat.* Quod si dictum fundum pater non vendiderit, & in bonis vsque ad mortem retinuerit, reuocata melioratio non censebitur, & caussa meliorationis filius dictum fundum præcipuum habebit. *Ita Bart. vbi supra, quem sequitur Menoch. consil. 144. num. 34. vol. 2.* Quia non videtur cōsumtum, quod in corpus patrimonii versum est. *Facit l. Imperator, §. fin. ff. de leg. 2.* Quod † si pa- 16

ter in testamento meliorationem de tertio & quinto filio fecerit, & postea in codicillis dicto filio fundum legauit & dixit, quod illo fundo sit contentus, dicta melioratio reuocata videtur, *Bart. in l. fideicommissa, § si quis ita, num. 1. ff. de legat. 1. per l. peto, in princip. ff. de leg. 2.* Et idem videtur probari in *l. Paulo Ca-*
17 *limaco, §. 1 ff. de leg. 3. Bald. in l. libert. n. 29. C. de oper. libert.* Si † vero d. legatum fundi factum fuisset a patre in eodem testamēto, in quo dictam meliorationem fecit, per d. verb. non censeretur melioratio reuocata, sed potius caussa assignationis meliorationis prolata videretur: quia nō præsumitur in continenti se velle corrigere, *vt in d. l. nam ad ea, ff. de condit. & idem Bald. vbi sup. in d. l. libert. C. de oper. libert. & Bart. in d. §. si quis ita, n. 1. Paul. cons. 136. in princ. vol. 1. Corn. cons. 308. n. 1. his tamen non obstantibus, vol. 4. Bald. in l. cum hic status, in princ. ff. de donat. inter vir. & vxor. Dec. cons. 7. num. 21 vol. 2* Quid † autem si pater
18 dixerit, sit tantum fundo cōtentus, vel fundum duntaxat habeat, vel non possit plus petere? Vide Mascard. *vbi sup. conclus.*
19 *1281. n. 39. 40. & 41. cum seqq.* Si pater † in testamento filio fundum prælegauit, & postea dictum fundum pignori dederit, prælegatum reuocatum non censetur, & heredes tenentur luere & tradere meliorato, tex. *in l. 3 C. de leg. l. 40. in medio, tit.*
20 *9. part. 6. § iidem scripserunt, Inst. de legat.* Nisi pro † tanto pretio pignori dederit: quod spes luitionis non sit, quia tunc reuocatum prælegatum præsumitur, *glos. & Bartol. per text. ibi in l. qui habebat, ff. de leg. 3. & in l. legata, in fin. ff. de sup. leg. idem Bart. in l. rem legatam, in fin. ff. de adim. legat. Ioan. Lup. in rub. de donat. inter vir. & vxor. §. 69. nu. 10. Rip. in l... n. 12. ff. de pign. & in l. filius famil. §. diui, num. 3. ff de leg. 1. Alex. in l. 1. §. qui seruum, ff. de acq.*
21 *poss. ad fin.* Facit † quod tenent Bald. Alex. Rom. & Recen. *in l. sciendum, §. possessor, ff. qui satisdare cogantur,* q̄ quando creditor habet pignus pro iusto pretio pignoratum, censetur quasi emtum, & non tenetur satisdare: Idem locum habet si pater
22 dictum † fundum prælegatum nulla vrgente necessitate volun-

lun-

luntarie alienauerit vel donauerit; nam tunc reuocatum pręsumitur, *d. l. fideicommissa*, §. *si rem*, *& ibi gloss. & Doct. ff. de legat. 1. l. rem legatam*, *ff. de adim. leg.* §. *si rem suam*, *& ibi glos. Instit. de leg. l. 17. & ibi Greg. Lop. verb. Vendiesse. tit. 9. part. 6. l. 40. & ibi Gregor. ver. Desatasse, d. tit. 9. p. 6.* Quod † intellige, nisi ex caussa 23
necessaria rei familiaris, vel alia ex caussa alienauerit: quia tūc melioratio seu prælegatum non reuocabitur in d. iurib. *glos. & Doct. in d. l. fideicommissa*, §. *si rem*, *& Greg. in d. l. 17. verbo, Vendiesse. Angul. de meliorat. in l. 1. glos. 7.* Et in dubio semper præsumitur ex caussa necessaria rē alienatam fuisse, nisi cōtrarium probetur, *vt in d.* §. *si rem suam*, *& in d. iur. Tell. Ferd. in dict. l. 17. Taur. n. 122. Ang. & Salyc in l. 3. C. de leg. & ibi Corn. nu. 15. Gom. in tract. variarum, tit. de leg. num. 56. & ad id citat d. l. 40. in fin. tit. 9. parti. 6.* Cū vero donaret, animo adimendi & reuocandi præsumitur, *vt dictum est*, *& in d. l. 17. & 40. tit. 9. parti. 6. probatur.* Si tamen † partem dicti fundi alii filio pater legauerit, non reuocabitur totum prælegatū, sed detrahetur dicta pars, & totum minus melioratus habebit: *ita Ias. in l. plane*, §. *si eadem*, *n. 18. ff. de leg. 1. quem sequitur Lud. cons. 24. col. 3. vt in l. 1. & 2.* §. *cum Titio*, *ff. de adim. leg. Ruin. cons. 71. num. 8. lib. 2. Corn. cons. 100. num. 18. lib. 2.* Et si † pater tertium & quintum bonorum postea alteri 24
filio donauerit, intelligitur dicto fundo detracto, *Matienc. in l. 10. glos. 4. tit. 6. lib. 5. Recop.* Et in dictis † casibus, in quibus per 25 26
alienationem non præsumitur reuocatū prælegatū, rei alienatæ æstimatio, vel si permutata fuerit, res permutata meliorato dabitur, *vt in d. l. fideicommissa*, §. *si rem*, *ff. de legat. 1. & in l. rem legatam*, *ff. de adim. leg.* §. *si rem*, *Inst. de leg. & d. l. 17. & 40. & ibi Greg. tit. 9. part. 6.* Nota, quod per † alienationem volunta- 27
riam, etiam inutilem, melioratio reuocata cēsebitur, vt in legato tenent Aret. & Alex. *in l. seruum filii*, §. *idem seruus*, *ff. de leg. 1. Ruin. cons. 75. num. 7. vers. & si dicatur*, *lib. 2. Ast. respons. 651. in fin. Curt. Iun. cons. 112. num. 2. in fin. Socin. Sen. cons. 104. nu. 11. lib. 3. Rom. sing. 113. Ias. in l. re coniuncti, 2. lect. num. 116. ff. de leg. 3. Co-*

uarr. in rub. de testam. 2. p. n. 21. & 3. p. n. 19. Quod probatur *in l.*
28 *legatum, §. 1. & in l. & si transferam. ff. de adim. legat.* Non † vero reuocabitur per promissionem de vẽdendo, vel locationem ad longum tempus, *Alex. cons. 188. in fin. & cons. 186. num 3. lib. 6. Menoch. præsumtione 167. num. 45. & 93. lib. 5.*

29 Quando † alicui filio meliorationem de tertio bonorum pater fecit, si cum aliqua certa persona matrimonium cõtraheret, dicta persona mortua, antequam eam in vxorem duceret, melioratio reuocata videtur: quia caussa finalis fuit matrimonium, quo cessante melioratio cessat: quia idem est in legato. *Ita Bart. in l. demonstratio falsa, §. quod autem, ff. de condit. & dem. per l. cum tale, §. vltim. ff. eodem tit. Anch. cons. 137. num. 2. vers. in dubio, Dec. cons. 485. num. 7. & 601. num. 1. & cons. 62. nu. 4. Bald. in cons. 140. in fin. lib. 5. Ruin. cons. 46. num. 5. lib. 2. Socin. Iun. cons. 108. num. 5. & 6. vol. 1. & cons. 64. num. 4. & cons. 58. numer. 2.*
30 *lib. 3.* Quod intellige, nisi † constaret non solum ob caussam matrimonii factam fuisse meliorationem, sed etiam cõtemplatione filii: quia tunc dicta caussa cessante, non censetur dicta melioratio reuocata. *Ita Menoch. cons. 156. nu. 10. & seqq. lib. 2. Ceph. cons. 429. num. 34. & seqq. lib. 3. Ruyz. cons. 38. num. 6. libr. 2.*
31 Et † præsumitur in dubio melioratio facta contemplatione filii, potius quam contemplatione matrimonii, sicut legatum semper præsumitur factum contemplatione legatarii, *vt respondit Dec. cons. 601. in fin. Socin. Sen. cons. 69 num. 5. lib. 1. ex sententia Bart. & aliorum in l. 1. C. de legat. Menoch. in d. cons. 146. n. 9.* Et quia amor patris erga filium, facit pro filio præsumere, vt in simili de amore mariti erga vxorẽ loquitur vbi supra Me-
32 noch. quem vide. Ex † quo infertur, quod si pater alienauerit voluntarie fundum, in quo filium meliorauit, & postea dictũ fundum redemit, conualescit dicta melioratio: quia consanguinitas & amor paternus hanc præsumtionẽ inducunt: nam idem est in re legata vendita voluntate, & redemta. *Ita Rom. auth. similiter, n. 81. C. ad leg. Falcid. per l. filia sua Titia, ff. de cond. & dem.*

dem. quem sequitur Tiraq. in priuileg. 40. in tractat. de priuileg. piæ caus. Natta cons. 613. Gab. cons. 103. num. 13. lib. 1. Menoch. præsumt. 167. num. 25. lib. 5. præsumt. Mascard. conclus. 1281. num. 111. libr. 3. de prob. Ex quo † reprobatur Angul. *in l. 1. glos. 12. de melioratione*, quatenus sentit, quod tunc solum reconualescit melioratio per redemtionem rei venditę, in qua melioratio facta fuerat, cum fuit vendita, cum pacto de retrouẽdendo: nam idem erit si sine dicto pacto fuerit vendita, *vt supradictum est.* Opinio Angul. procedit † in prælegato facto inter personas, inter quas affectio cõsiderari nõ potest: nam ex eo, quod interuenit pactum de retrouendendo, præsumitur alienare animo non adimendi legatum, & dicto pacto deficiente, sic: quia per redemtionem nõ arguitur, quod in principio alienando, non interuenit animus reuocandi legatum. *Ruin. in d. l. filia, §. Titia, ff. de cond. & dem.* Nã sicut † coniecturis probatur ademtio legati & meliorationis, contrarium etiam coniecturis probatur: quas coniecturas recenset Menoch. *in d. præsumt. 167. numer. 27. cum sequent. libr. 5. de præsumt.* Si pater † in meliorationem filio donauit nomina aliquorum debitorum, & postea pater a debitorib. pecuniam exegerit, & eam deposuerit; vel illa fundum emerit, non censebitur reuocata melioratio & fundus in meliorationem subrogabitur: quia ita est in legato, *l. filia, § Titia, ff. de condit. & dem. Ludou. cons. 24. col. 5. pro quo adducit Bartol. in d. l. fideicommissa, §. si rem, ff. de leg. 1. Alex. cons. 157. lib. 7. Ruin. cons. 75. lib. 2. Gab. cons. 103. num. 13. l. Pater, ff. de adim. leg. Mascard. in d. conclus. 1281. num. 89. & 132. Socin. Iun. 162. numer. 10. lib. 2. Socin. & Ruin. in d. l. filiæ suæ, §. Titia, ff. de condit. & dem. Bald. in l. 3. num. 12. C. de legat. Rom. cons. 229. & singul. 430. Alex. cons. 169. num. 4. lib. 6. Menoch. cons. 254. num. 3. lib. 3.*

33 34 35 36

Et si † inter patrem & filium ab eo melioratum inimicitiæ magnæ interuenerint, melioratio reuocata præsumitur, *text. in l. si inimicitiæ, ff. de his, quibus vt indig. l. 3. § fin. ff. de adim. leg. & ibi Bartol. Ias. in l. fideicommissa, C. de fideicomm. Ripa in l. fin.* 37

num. 151. C. de reuoc. don. Tiraq. in tract. cessante caussa, in princ. numer. 122. Socin. Iun. in rub. de acquir. posses. num. 48. Bernard. Diaz regul. 410. Menoch. cons. 30. num. 17. lib. 1. Ruin. cons. 162. col. 3. volum. 4. Aret. Instit. de ademt. leg. in fi. quia nemo præsumitur inimico & male de se merito velle relinquere & donare, *l. nec adiecit, ff. pro soc. Petra. Sanct. sing. 5. Mantica lib. 12 tit. 5. de coniect. vlt. volunt. Gom. variar. in tit. de leg. num. 56. in princ.* Quod pro-
38 cedit, etiamsi † post inimicitias pater codicillos fecerit, & nullam fecerit mentionem de melioratione: nam adhuc reuocata censetur, *text. & ibi Bart. in l. penul. § Seia, ff. de adim. leg. Aret. cons. 93. num. 5. Rub. cons. 1252. num. 5. Mantica in d. tractat.*
39 *lib. 12. tit. 5. n. 2. Petra Sanct. in d. sing. 5.* Ex quo † infertur, quod si maritus legauit aliquid vxori, & postea propter sæuitiam & inimicitiam fiat diuortium, legatum reuocatur, *tex. in l. vxori 1. & ibi gloss. ff. de aur. & arg. leg. Mantica vbi sup. n. 12.* Quod pro-
40 cedit, etiam † si pater dederit caussam inimicitiis secundum magis communem & veriorem opin. *Ripa in d. l. vlt. n. 151. C. de reuoc. don. Ias. in l. hered. col. 1. versic. 2. limita, C. de his quibus, vt indig. in c. 1. num. 14. de iud. Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 70. num. 9. & §. 78. n. 57. Couarr. in rubr. de testam. 2. p. nu. 19. vers. 5. ex præmissis, Mantica vbi sup. d. tit. 12. num. 9. & 14. Petra Sanct. sin. 5. num. 4.* Et veriorem, & magis communem dicit Ioseph. Ludou. *concl. 24. col. 10. Mascar. vbi supr. concl. 1281. num. 144.* quod *num. 145.* vult concordare dictam opinionem cum contraria communi, *secundum Cottam in memorabilibus,*
41 *in ver. inimicitia.* Et † idem procedit in maioratu reuocabili cõstituto: quia si postea superueniant dictæ inimicitiæ, reuocatur per dicta iura, de quo late Molina *de primog. lib. 1. c. 9. per*
42 *totum*, nisi postea reconciliatio † facta fuerit: Nam per eam, melioratio redintegratur, *tex. in l. 4. ff. de adim. leg. l. Lucius Tit. §. Lucius Titi. Daman. ff. de leg. 2. Ant. Gom. in tract. var. tit. de leg. n. 56. Mantic. vbi sup. lib. 12. tit. 5. n. 18. Molin. vbi supr. n. 42. Masc. vbi supra n. 149. Menoch. in præsumt. 170. n. 13. lib. 5. præsumt. quem vide*

vide. Quæ † dicta sunt de melioratione in vltima voluntate 43
facta, in melioratione per contrarium inter viuos facta valēt
& locum habent: quia cum talis melioratio vsq; ad mortem
meliorātis sit reuocabilis, *vt in l. 17. Taur.* disponitur, naturam
legati & prælegati facti in vltima voluntate sequitur. Et † ideo 44
ex donationibus, quę morte cōfirmantur, Falcidia deducitur
in l. in donationib. C. ad leg. Falcid. & ibi communiter Dd. & Doct. in auth. ex testam. verb. daturus, C. de don. inter vir. & vxor. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. n. 42. vers. si vero maioratus, & d. lib. 1. c. 12. n. 9. 10. & 18. Dubium † tamen est, an si post factam vni ex filiis 45
meliorationem reuocabilem de tertio & quinto bonorum
superueniant patri alii filii, dicta melioratio reuocetur? Et videtur quod sic, per text. *in l. si vnquam, C. de reuocand. donat. l. 8. tit. 4. part. 5.* quia donatio quæ fit consensu duorum, *l. in omnibus, ff. de act. & oblig. l. sicut, C. eodem titulo, l. 1. cum ibi notatis, C. de pactis, l. absenti, ff. de donat.* & sic perfecta reuocari non potest, *vt in l. perfecta, C. de donation. quæ sub modo, l. si velles, C. de reuoc. donat.* natiuit. filiorum reuocatur: multo facilius dicta melioratio reuocari debet, cum sola voluntate reuocari possit, sicut legatum, *in l. si dura, ff. de leg. 3. l. 3. §. fin. ff. de adim. legat.* Et per dictas rationes hanc partem tenet Ripa *in d. l. si vnquam, quæstion. 19. num. 41.* vbi alias rationes tradit. Idem tenet Bart. *in authen. ex caussa, C. de liber. præt. & ex her. & in l. filio præterito, ff. de iniust. rup. Alexand. cons. 41. nu. 6. vol. 1.* magis communem dicit *Ias. in dicta authen. ex caussa, Angul. in l. 1. C. de bonorum possess. contra tabul. Bald. in l. vxorem, de manumiss. test.* Communem dicit Socin. *cons. 93.* & magis æquam opinionem appellat Ripa *vbi supra.*

Quibus † non obstantibus, in casu proposito contrarium 46
est tenendum: videl. quod dicta melioratio superuenientia
liberorū non reuocatur, cum per dictam meliorationem filii
superuenientes in legitima grauati nō inueniantur: & quādo
illam pater fecit de filiis cogitauit, & regula *d. l. si vnquam, ver. liberis,* procedit in donatione extraneo facta: non autem do-

natione seu melioratione filio facta: Nam primo hoc casu, fratres superuenientes, solum quoad suam legitimam reuocant donationem fratri factam, iuxta text. *in l. si totus, C. de reuocand. donat.* vbi omnes communiter notant, Tiraq. plures referens dicit communem *in d. l. si vnquam, verb. liberis, num. 75. & ibi Ripa q. 47. num. 115. Couarr. lib. 1. variarum, c. 19. nume. 1. Clarus lib. 4. receptarum sentent. §. donatio, q. 22. Molin. de primog. lib. 4. c. 2. num. 8. Ioann. Gut. de iuramento confirm. cap. 9. numer. 11.* Quod etiam procedit in vnico filio meliorato, si postea alii fratres nascantur, Molin. & Gutierr. *vbi supra.*

SVMMARIA.

1 *Fructus rei nō sunt restituendi, quando titulus reducitur ad non titulum, vt in donatione caussa mortis contingit.*

2 *Fructus veniunt restituendi cum re, quando titulus non reducitur ad non titulum, vt in casu l. si vnquam, C. de reuocand. donat.*

3 *Donatione reuocata natiuitate filiorum, veniunt fructus a tempore scientiæ donatarii, num. 3. & 4.*

4 *Fructus non comprehenduntur in donatione, & ideo cum ipsa non reuocantur.*

5 *Paria sunt nullum titulum habere, vel quod sit ipso iure nullus.*

6 *Possessor malæ fidei fructus non acquirit.*

7 *Fructus sunt restituendi non exspectata petitione, nec litis contestatione, quando quid sit ipso iure nullum.*

8 *Fructus non consumti, sunt restituendi in casu l. si vnquam, non exspectata scientia donatarii.*

9 *Fructus veniunt a tempore ingratitudinis commissæ, quando melioratio perfecta ob ingratitudinem reuocatur.*

10 *Fructus non sunt restituendi reuocata melioratione, quando fuit melioratio reuocata, ex potestate de reuocando reseruata.*

11 *Fructus sunt restituendi a tempore reuocationis donationis, & meliorationis quinti,*

12 *Fru-*

12 *Fructus non sunt restituendi, si melioratio tradita, quæ fuit in vltima voluntate facta, reuocetur: & idem erit in legato tradito cum eius commemoratione, secundum aliquos, num. 12. & 13. contrarium num. 14. cum sequentibus.*

13 *Fructus non restituuntur legato reuocato, secundum communem, contrarium num. 14. cum seqq.*

14 *Donatio caussa mortis reuocatur cum fructibus, & similiter legatum.*

15 *Legatum est quasi mortis caussa donatio.*

16 *Donans caussa mortis se potius vult habere rem donatam, quam donatarium: & idem qui legatum facit, nam se potius quam legatarium vult habere.*

17 *Legatum debetur a tempore mortis testatoris, secundum ius Regni, quod non requirit aditionem hereditatis, vt legata debeantur.*

18 *Donatio caussa mortis & legatum habent tacitam conditionem, nisi reuocentur.*

19 *Fructus non debentur actu conditionali, nisi conditio non adimpleatur vel adimpleat.*

20 *Titulus reuocabilis nõ præstat regulariter fructus acquisitionem.*

21 *Traditio legati, cum eius commemoratione, non mutat substantiam legati.*

22 *Iuris dispositio conuenire debet, vbi verba conueniunt.*

23 *Fructus non debẽtur legatario, nisi post mortem testatoris a tempore adita hereditatis, secũdum ius commune & leges partita.*

24 *Fructus rei legata debentur a tempore mortis testatoris, secundum l. ordin. Reg. quæ non requirit aditionem hereditatis vt legata debeantur.*

25 *Donatio caussa mortis & legatum in multis conueniunt.*

26 *Fructus rei certæ meliorationis vel donationis sunt meliorati, & donatarii a tempore traditionis veræ vel fictæ, & in donatione ob caussam non requiritur traditio vt fructus debeantur.*

27 *Fructus quotæ meliorationis assignata in certis bonis ante tradi-*

tionem, si melioratio facta fuit per contractum inter viuos, non debentur, nisi post mortem meliorantis a tempore moræ.

28 Fructus meliorationis quota bonorum sine assignatione & traditione facta, debentur a tempore mortis donantis.

29 Fructus meliorationis quota bonorum per contractum inter viuos facta & tradita vere vel ficte, debentur a tempore traditionis, secundum aliquos: alii tenent quod a tempore moræ, quorum opiniones conciliantur, num. 32. cum seq.

30 Contractus donationis est stricti iuris.

31 Mora non contrahitur in contractibus stricti iuris, nisi præcedat litis contestatio.

32 Lex interpellat pro minoribus.

33 Filius sub patris potestate constitutus, est impeditus agere.

34 Rigorose non est procedendum contra exercentem liberalitatem.

35 Vsuræ pecuniæ donatæ non debentur, nisi a tempore moræ.

36 Fructus rei meliorationis factæ in vltima voluntate, debentur a tempore mortis testatoris, quia ex tunc dominium rei in melioratum transit, num. 36. 37. & 38.

37 Dominium rei legatæ, quod transit in legatarium post mortem testatoris, est fictum quod non præstat fructus acquisitionem.

38 Aditio hereditatis non requiritur, vt legata valeant, secundum l. 1. tit. 4. lib. 5. noua Recop.

39 Fructus rei certæ meliorationis factæ in vltima voluntate, si traditio interuenerit, debentur a tempore traditionis: & idem erit si ob caussam onerosam sit facta talis melioratio.

40 Fructus rei meliorationis factæ in vltima voluntate debentur a tempore traditionis factæ.

41 Fructus meliorationis quota bonorum facta in vltima voluntate, si traditio vera vel ficta interuenerit, a tempore traditionis debentur.

42 Fructus meliorationis quota bonorum in vltima voluntate factæ, si traditio non interuenerit, post mortem testatoris debentur a tempore moræ.

CAPVT V.

Melioratione reuocata, qualiter & quando fructus sint restituendi, & si reuocata non fuerit, a quo tempore meliorato debeantur?

QVia in duobus † capitibus præcedētibus actum est, *quando melioratio a parentib. facta reuocari valeat, operæ pretium erit videre, an melioratione reuocata fructus a meliorato sint restituendi, & si reuocata non fuerit, a quo tempore fructus meliorationis bonorum ad melioratum pertinebūtur?* Ad cuius quæstionis resolutionem præsupponēdum est, quod vbi titulus reducitur ad non titulum, res est cum fructibus restituenda, *Rom. cons. 454. Felin. in cap. cum caussa, col. 8. vers. respectu autem fructuū, de re iud.* vt in donatione caussa mortis contingit, quæ quādo reuocatur, reducitur ad non caussam, & ideo res cum fructibus perceptis a tempore donationis restituitur, *vt in l. cum quis, ff. de cond. ob caus. l. videamus, 2. §. idemque, ff. de vsur. glos. Bart. & Doct. in l. si mortis caussa, ff. de donat. caus. mort. Bald. cons. 294. verb. donatio caussa mortis, vol. 3. Ang. Aret. in §. 1. col. penult. Instit. de action. Rimin. in l. traditionibus, col. penult. C. de pact. Balduin. & Rimin. in princ. num. 18. & 601. Institut. de action. idem Rimin. cons. 333. n. 31. vol. 3.* Quando † vere titulus non reducitur ad non titulum, sed reuocatur prout nunc res sine fructibus restituitur, vt fit in casu *l. si vnquam, C. d. reuocand. donat. & in l. 8. tit. 4. partit. 5.* Nam reuocata † donatione natiuitate liberorum fructus non veniunt, nisi a tempore natiuitatis filiorum, & scientiæ donatarii, *ita Ripa in d. l. si vnquam, num. 99. vbi nu. 103. communem dicit, & Tiraq. num. 280.* 1 2 3

Quia † fructus non comprehenduntur cum re donata, vt cum ipsa reuocentur, *glos. in l. generaliter, §. proinde, verb. ex aliqua caussa, ff. de fideicommiss. liber. l. in ædibus, §. ex rebus, & l. cum de donatione, ff. de donation. Angul. in tractatu de melioratione, l. 1. gloss. 12. numer. 10. vbi cum Galiant. in l. centurio, colum. 15.* 4

ff. de vulg. & pup. tenet, quod ad fructus restituendos, non sufficit scientia donatarii de superuenientia liberorum, sed etiam requiritur, quod donator declaret se velle ex dicta caussa donationem reuocare: quod mihi verum non videtur: quia ex eo, quod scit donatarius reuocatam donationem esse natiuitate liberorum, scit se sine tit. possidere saltem nullo. Quia
5 paria sunt, nullum † titulum habere, vel talem, qui sit ipso iure nullus, *l. nec vllam, in princ. ff. de petit. hered. Ang in l. sed & paratus, in princip. ff. quod metus caus. decisio Neapolitana 228. num. 2. Roland. consil. 9. col. fi. & cons. 41. num. 31. vol. 4.* Et sic possidet cum
6 mala fide, & fructus † suos non facit, & eos restituere tenetur, *vt in l. si nauis, §. fin. l. fructus. ff. de rei vend. §. illorum, Instit. de offic. iud. l. 2. C. de fruct. & litium expen. l. 40. tit. 28. part. 3.* Ad quod
7 facit, quod † tenet glos. *in auth. de incestis nupt. in princip.* quod vbi quid fit ipso iure, nullum, statim ex eo tempore non exspectata petitione, aut litis contestatione fructus restitui debent. Quam gloss. sequitur ibi Iacob. Beleb. Bart. & Ang. Cynus & Bald. *in authent. incestas, C. eod. titul.* Ioann. Andr. Arch. Domin. & Franc. *in cap. felicis, §. nullus, de pœnis, in 6. Felin. in c. Rodulphius, cart. pen. vers. limit. 3. respectu fructuum, de rescript. & in cap. de quarta, num. 32. de præscript. Tiraq. in d. l. si vnquam, ver-*
8 *bo, reuertatur, num. 219.* Et quod † plus est, tenet Hippol. Rimin. *in d. cons. 333. num. 24. 25. & 26.* quod in casu *d. l. si vnquam,* nõ exspectata scientia donatarii fructus totius temporis sunt restituendi: quod non reputo verum, saltem quoad fructus consumptos ante scientiam, *vt in l. certum, C. de rei vend. l. 39. & ibi Gregor. Lop. titul. 28. part. 3.*

9 Ex quibus † infertur, quod quando meliorationis bona quotæ, vel rei certæ meliorato tradita fuerũt, ita quod in eum dominium bonorum meliorationis per traditionem veram vel fictam transit, & talis melioratio ex caussa ingratitudinis reuocatur, fructus a tempore ingratitudinis commissæ restituendi sunt: quia ex tunc malæ fidei possessor, donatarius seu me-

melioratus efficitur, *Rip. in l. fin. num. 221. C. de reuocand. donat. Tiraq. plures referens in dicta l. si vnquam, verbo, Reuertatur, num. 272.* Et melioratio a principio fuit perfecta, & eius perfectio durauit vsque ad tempus commissæ ingratitudinis: & ex tunc reuocatur, & antea vt verus dominus & ratione dominii fructus suos fecit, *vt in gloss. in l. non amplius, §. cum bonorum, ff de legat. 1. Ang. in l. si quis bonorum in princip. & ibi Alexand. ad fin. & Ias. num. 11. ff. eod. tit.* Idem, quod † in præcedenti casu seruandum est, quando melioratio tradita reuocatur, ex eo, quod donator reseruauit sibi facultatem reuocandi donationem vel meliorationem. Licet enim ex facultate reseruata melioratio reuocabilis fiat, donatarius & melioratus dominus vere, licet reuocabiliter rerum donatarum factus fuit, & sic ratione dominii fructus acquisiuit, & dictus titulus meliorationis non habetur pro non titulo a tempore meliorationis, sed a tempore reuocationis, & ideo poterit melioratus petere expensas & melioramenta, nec tenebitur cum fructibus compensare, *gloss. notabil. communiter recepta, in l. emtor ff. de rei vendic. quam dicunt ibi sing. Bart. & Bald. & ad id notant Paul. Alex. & alii in l. domus, C. de rei vendic. Alexand. in l. insulam, §. fructus, in fin. ff. solut. matrim. Boer. decis. 44. num. 19. Afflict. decisio. 87. colum. 2. Molina lib. 1. primog. cap. 26. numer. 14. gloss.* quæ loquitur in donatione reuocabili *in dict. l. generaliter, §. proinde, verbo ex aliqua caussa, ff. de fideicommiss. libert. Bald. in marg. verbo, Fructus, Ias. in l. si heres, num. 2 ff. de condict. ob caus. Tiraquel. in dict. l. si vnquam, verb. reuertatur, num 281. C de reuocand. donat. Pinellus in l. 2. C. de rescind. vend. 2. part. cap. 4. num. 51. Angul. in tractat. de melioratione in l. 1. glos. 12. num. 7 & 13.* vbi alios refert.

10

Idem † procedit in melioratione quinti bonorum tradita, si foret vera opinio tenentium, quod possunt eam parentes vsque ad mortem reuocare: quam opinionem *infra in cap. 6. numer. 72 cum seqq.* non esse veram probabitur. 11

Dubium † est, *an quando melioratio fit per viam vltimæ vo-* 12

luntatis, vt per donationem caussa mortis, vel per praelegatum traditum, cum eius commemoratione, si reuocatio fuit, fructus restituendi veniant? Et quando melioratio fit per donationem caussa mortis, Gregor. Lop. *in l. 2. gloss. magna, verbo: Mayoria, prope finem, vers. & nota*, tenet, quod fructus percepti erunt meliorati percipientis, *secundum Bald in l. vxori, in fin. C. de legat.*

13 Et in † legato reuocato tenet idem Tell. Ferd. *in l. 17. Taur. num 83. cum sequent.* vbi communem dicit, & Anton. Gom. *in tract variarum, tit. de legat. numer. 4.* & Ioann. Gutierr. *in repeti-*
14 *tione l. nemo potest, num. 258. ff. de leg. 1.* Contrarium † in vtroq; casu tenet Angul. *in dict. l. 1. gloss. 12. a nume. 12. vsque ad 17. per text. in l. cum quis, ff. de cond. ob caus. & in l. videamus 2. §. idemque, ff. de vsur.* vbi disponitur, quod donatio caussa mortis re-
15 uocatur cũ fructibus. Et eadem † ratio militat in legatis, quia legatum est in dicto casu quasi mortis caussa donatio, secundum commun. opin. Doct. quos ibi refert, cuius opinio mihi vera videtur & iuridica: & in donatione caussa mortis. Idem tenet Bartol. Ang. Paul. Cuman. & Alexand. & Ias. *in dict. l. cum quis, Matienc. in l. 7. glos. 3. numer. 12. cum sequent. titul. 10. lib.*
16 *5. nou. Recopil.* vbi alios refert. Quia † sicut qui donat caussa mortis vult potius se rem donatam habere, quã donatarium, *vt in §. 1. Instit. de donat. l. senatus, §. 1. ff. de donat. caus. mort.* Ita, qui legatum facit, se potius quam legatarium habere vult.
17 Cum legatum † nisi post mortem testatoris non debetur secundum *l. 1. titul. 4. lib. 5. noua collect. Regn.* perquam aditio hereditatis non requiritur, vt legata debeantur, *vt tenuit Burg. de Paz in l. 3. Taur. num. 934. Matienc. in d. l. 1. glos. 14. num. 30. cum*
18 *sequentibus.* Et sicut † donatio caussa mortis fit sub tacita conditione, nisi donator conualuerit vel reuocauerit, *vt in d. l. senatus, §. 1. ff. de don. caus. mor.* Ita eandem tacitam conditionem legatum habet, nisi testator reuocauerit, *vt in l. rem legatam, ff.*
19 *de adimen. leg. §. 1. Institut. eodem titul.* Item, quia † attenta dicta tacita conditione donationis caussa mortis & legati, fructus

non

non debentur, *vt in l. necessario, §. quod si pẽdente, ff. de periculo & commod. rei vend.* & completa conditione restituuntur, *vt in d. §. quod si pendente, l. omnia, §. 1. ff. de leg. 2. de quo Signorol. consil. 227. col. penul.* Item, quia † titulus reuocabilis non præstat 20
regulariter fructus acquisitionem, *vt in d. l. cum quis, & ibi notant Angel. & Alexand. ff. de condict. ob caus. Tiraq. in d. l. si vnquam, verb. reuertatur, nu. 228. ad fin. C. de reuocand. donat.* Item, quia † traditio legati, cum eius commemoratione legati sub- 21
stantiam non mutat, glos. cõmuniter approbata *in l. legatum, 1. ff. de legat. 1 Tell. in l. 17. Taur. num. 86. Couarr. in rubr. de testam. 2. p. nu. 21. Molin. lib. 4. de primogen. cap 2 nu. 19. Ant. Gom. in tomo variarum, titul. de legat. num. 4.* Et ex † eo quod non mutat 22
naturam legati, quæ de iure legato non traditur, conueniunt & legato cum eius mentione tradito conuenire debent, quia cui verba conueniunt, & legis dispositio conuenire debet, *l. 4 §. toties, ff. de damn. infect. l. quod constituto, ff. de mil. testam.* Et † legatario non debentur fructus, nisi post mortem testa- 23
toris a tempore aditæ hereditatis, *glos. in l. quod seruus, ff. de leg. 2. Bart. & Angel. in l. seruo legato, ff. de legat. 1. l. 37. versic. Otro si dezimos, tit. 9. partit. 6.* & secundum *dict. l. 1. tit. 4. lib. 5. nou. collect. Regn.* debentur ante † aditam hereditatem a tempore mor- 24
tis testatoris, quia vt debeatur legatum *per d. l.* aditio hereditatis non requiritur, & ideo statim mortuo testatore fructus legati debentur, *vt tenent Burg. de Paz in d. l. 3. Taur. num. 934. & Matienc. in d. l. 1. glos. 14. num. 30. cum sequentibus, vsque ad numer. 36. Gregor. dubitans in d. l. 27. verb. Los fructos, prope fin. tit. 9. part. 6.* Idem tenet Angul licet malo fundamẽto *in l. 4. glos. 6. num. 5.* de melioratione: Ergo si legatarius antea fructus rei legatæ percepit, restituere eos tenetur? Item, quia † licet in a- 25
liquibus legatum, & donatio caussa mortis differant, tamen in supradictis conueniunt, *text. in §. 1. Institut. de donat. & ibi gloss. verb. si re legatis, & in l. fin. C. de donat. causs. mort.*

Restat nunc † videre, a quo tempore meliorato fructus 26

rerum meliorationis debeantur, quando melioratio irreuocabiliter facta est, vel cum reuocabiliter facta fuerit, non fuerit reuocata? Et Tell. *in d. l. 17. Taur.* cum pluribus sequitur de hoc agens, & similiter Angul. Tellum declarare volens *in tract. de melioratione, l. 4. glos. 6. & Matienc. in l. 4. glos. 3. nu. 4. cum sequent. tit. 6. lib. 5. nou. Recopil.* In aliquibus sunt contrarii, & ideo vt melius veritas appareat, sic dicendum videtur, quod quando melioratio facta est per contractum inter viuos de rebus certis, earumque vera vel ficta possessio tradita est, quia dominium rerum donatarum a tempore traditionis in melioratum transit, *vt in l. traditionibus, C. de pactis*, fructus a tempore traditionis donatarii, & meliorati sunt & in hoc concordant Tell. *vbi supra in d. l. 17. Taur. num. 14.* & Angul. *in d. l. 4. glos. 6. num. 15.* Matienc. *in d. l. 4. glos. 3. num. 5. titul. 6. lib. 5. nou. collect. Regn.* vbi idem tenent in donatione ob caussam onerosam cum tertio facta sine traditione. Et quando melioratio
27 per contractum † inter viuos est quotæ bonorum facta, rebus tamen certis assignata, & non tradita, Tell. *vbi supra* tenet, fructus non deberi, nisi post mortem meliorantis a tempore moræ, cuius opinionẽ dicit falsam Angul. *in d. l. 4. glos. 6. n. 14.* idem q. Angul. tenet Matien. *in d. l. 4. glos. 3. n. 6.* vbi tenent, q. fructus veniunt a tẽpore mortis, quod verum puto. Quando
28 vero melioratio † quotæ bonorum inter viuos facta non fuit tradita, neque in rebus certis assignata, Tell. *vbi supra n. 15.* & Angul. *nu. 16.* tenent, fructus a tempore mortis donantis deberi: idem tenet Matienc. *vbi supra num. 8.*

29 Quod si † melioratio quotæ inter viuos facta vere vel ficte tradita fuit: quia dominium a tempore traditionis transit in melioratum, ex tunc fructus veniunt *secundum Tell. vbi supra, numer. 16 per text. in l. Herennius, ff. de vsu. idem tenet Matienc. vbi supra, num. 7.* Contrarium tenet Angul. *vbi supra, numer. 16.* scilicet a tempore moræ fructus venire propter incertitudinem, quæ bonam fidem arguit: quia si res fiat indiuisibilis, pecunia

cunia solui potest, vel si diuisibilis fiat, non est certa cuiuslibet partis adiudicatio. Et contractus † donationis est stricti iuris, 30
vt in l. eum, qui, & ibi Bart. & communiter Doctor. ff. de donat. Et in contractibus stricti † iuris, necessaria est litis contestatio, vt 31
mora contrahatur, *l. cum fundus, ff. si cert. pet. l. si filius, §. 1 ff. de verborum obligat. Bart. in l. in ædibus, §. 1. ff. de donat.* Quorum opiniones possunt † sic conciliari; quod opinio Tell. & Mati- 32
enc. procedat, quando dicta melioratio facta est minori, quia pro minoribus † lex interpellat, *vt in l. in minorum, C. in quibus caussis restitutio in integrum non est necessaria.* Vel † quando me- 33
lioratio facta est filio sub patris potestate constituto, cum sit impeditus agere, *vt in l. 1 §. 1. C. de ann. excep.* & patri litem mouere non potest, *vt in l. lex nulla, ff. de iudic. l. 2. tit. 2. partit. 3.* Opinio Anguli procedit, quando filio maiori 25. annis, & emancipato, facta est melioratio. Quia contra † liberalitatem 34
exercentem non debet rigorose, sicut contra alios procedi, *vt notat Ioann. Andr. Imol. in d. l. eum qui, ff. de donat. Hippol. Rimin. cons. 481. num. 140. vol. 5.* Et † ideo vsuræ pecuniæ donatæ 35
non debentur nisi a tempore moræ. Idem seruandum erit in donatione quotæ ob caussam factam, *vt Angul. vbi supra, numer. 18. & Matienc. num. 6.* Quod intellige, vt superiori casu. Quando † melioratio facta est in re particulari in testamen 36
to, & in vltima voluntate absque traditione, inquit Angul. *vbi supra num. 4.* quod fructus a tempore mortis testatoris debentur: quia a dicto tempore dominium rei legatæ transit in prælegatarium, *vt in l. a Titio, ff. de furt. l. si tibi homo, §. cum seruus, ff. de legat. 2.* Idem probatur *in l. 34. titul. 9. partit. 6.* Idem tenet Anton. Gom. *in tomo 5. variarum, tit. de testamentis, c. 12. num. 2.*

Et licet † illorum sententia in se sit vera de iure Regio: ra- 37
tio autem, quam tradunt falsa est, quia dominium, quod in legatarium transit a tempore mortis testatoris ante aditam hereditatem, est fictum, quod non præstat fructus acquisitionem, secundum magis communem opinionem, de qua te-

statur Matieno. plures referens *in l. 1. glos. 14. num. 24. & 25. tit. 4. lib. 5. noua recopil. Regia.* Quæ opinio probatur per text. *in l. 31.*
38 *versic. Otro si dezimos, tit. 9. partit. 6.* Sed † opinio Ant. Gom. & Angul. est vera, attenta dicta *l. 1. tit. 4. lib. 5. noua collect. Regn.* secundum quam aditio hereditatis non est necessaria, vt legatum subsistat, *vt tenet Burg. de Paz in l. 3. Taur. num. 944. & Matienc. in dicta l. 1 gloss. 14. num. 30. & in l. 4. gloss. 3. num. 5. in fin. tit. 6. lib. 5. noua Recopil. Azebed. in d. l. 1. d. num. 126. lib. 5. titul. 4. noua*
39 *Recopilat.* Quod si in † casu præcedenti traditio rerum meliorationis interuenerit, a tempore traditionis fructus venient, quia ex tunc dominium rerum meliorantis in vltima voluntate facta in prælegatarium transit, & ratione dominii melioratus fructus acquirit, *l. si quis bonorum in principio, & Alexand in fine, Ias. numer. 4. ff. de legatis 1. gloss. in l. non amplius, §. cum bonorum, ff. eodem titul. Tell. in d. ct. l. 20. Taur. numer. 12. Matienc. in dict. l. 4. gloss. 3. numer. 5.* vbi tenet idem esse, si melioratio ob caussam onerosam in testamento de re certa facta sit.

40 Idemque † in præcedenti casu seruabitur, quando melioratio in vltima voluntate facta, assignata est in re certa, & rei assignatæ possessio vere vel ficte tradita fuerit: nam fructus a tempore traditionis venient; Matienc. *in dict. gloss. 5. num. 6.* Contrarium videtur tenere Angul. *vbi sup. n. 5. in fin.* scilicet fructus a tempore mortis deberi: sed verior opinio Matienc.
41 est. Quando † vero donatio & melioratio quotæ bonorũ facta fuerit in vltima voluntate, & bonorũ traditio vera vel ficta secuta sit, Matienc. *vbi supra; in d. glos. 3. num. 7.* tenet fructus a tempore traditionis venire. Idem videtur tenere Tell. *in d. l.*
42 *20. Taur. num. 16.* Quod si dicta † melioratio quotæ bonorum, in vltima voluntate facta, tradita non fuerit, fructus post mortem testatoris a tempore moræ venient; *vt in d. l. si quis bonorum, & ibi Dd. ff. de legat. 1. l. non amplius, §. cum bonorum, ff. eod. tit.* quam dicit communem Anton. Gom. *in tomo 1. variarum*

c. 12.

c.12.de legat.1.num.21.Tell.in d.l.26.num.8.Angul.in d.glos.1.numer.6.Matienc.in d.glos.3.num.8.

SVMMARIA.

1 *Ælioratio tertii bonorum a parentibus per contractum inter viuos facta, efficitur irreuocabilis per traditionem rerum donatarum.*

2 *Traditio bonorum præsentium fieri potest, si possessio omnium bonorum pro indiuiso meliorato tradatur, quia tot sunt possessiones quot res.*

3 *Tradita possessione vnius rei nõ cẽsetur tradita possessio alterius.*

4 *Traditio vnius ex iuribus incorporalibus cohærentibus, quæ fit si donatarius illo vtatur ex consensu donantis, quasi possessio omnium iurium, & rerum, in quibus consistunt, transfert, vbi Ang. taxatur, & num.5.*

5 *Actio vtilis transfertur in donatarium per solam donationem iurium.*

6 *Actiones vtiles transferuntur in emtorem iurium.*

7 *Lex æquiparans in vno casu, extenditur ad similem legem æquiparatam, vbi similis vel maior ratio militat.*

8 *Mandatum re integra, morte mandantis exspirat.*

9 *Donatarius non potest exercere actiones directas, nisi nomine cedentis, & qui per donationem efficitur procurator in rem suam, mandatum non exspirat morte donatarii.*

10 *Tellus, Angulus, & alii taxantur.*

11 *Nomina debitorum quasi possideri non possunt, quia nihil possideri, vel quasi possideri potest, nisi locus sit certus.*

12 *Possidere est sentire sensu se possidere, & nomina debitorum non sentiuntur.*

13 *Possessio iurium incorporalium non acquiritur, nisi per patientiam aduersarii.*

14 *Possessio iurium incorporalium acquiritur per cessionem, quando melioratio fuit facta de tertia parte bonorum non expressis iuribus & actionibus.*

15 *Nomina debitorum mulieris non videntur data in dotem, nisi cessio interueniat.*

16 *Mandatum mulieris marito factum, non operatur actionum cessionem: quia aliud est cedere & aliud mandare.*

17 *Actio de vno in alium regulariter non transfertur sine cessione.*

18 *Nomina debitorum non venient in dote, quæ tacite a iure inducitur secundum Rolandum, alii contrarium tenent.*

19 *Melioratio tertii bonorum efficitur irreuocabilis, etiam quoad bona futura, per traditionem præsentium.*

20 *Constitutum transfert bonorum futurorum possessionem.*

21 *Tellus taxatur.*

22 *Melioratio multarum rerum efficitur irreuocabilis in re tantum tradita, & non in non traditis contra Molin. & Matien.*

23 *Possessio bonorum tertii donati transfertur per constitutum.*

24 *Possessio bonorum præsentium & futurorum acquiritur per cõstitutum.*

25 *Possessio rerum incertarum nõ transfertur per constitutum, quia duo specialia concurrere non debent.*

26 *Constitutum factum super venditione centum tabularum terræ alicuius fundi, nõ transfert possessionem ante mensurationem.*

27 *Traditio instrumenti transfert possessionem, & idem operatur constitutum in casu l. 17. Taur.*

28 *Constitutum factum circa res particulares requirit certitudinem, vt possessio transferatur: in contractu autem rei vniuersalis certitudo non requiritur, vt possessio transferatur.*

29 *Possessio transfertur per modos fictos, num. 29. remissiue.*

30 *Possessio bonorum tertii donati transfertur per traditionem instrumẽti, in quo fit melioratio, idẽ est de iur. com. in contractib.*

31 *Notarii præsentia requiritur in traditione instrumenti in casu l. 17. Taur. vt possessio transferatur.*

32 *Forma lege data si deficiat, actus corruit.*

33 *Præsentia personæ si requiratur ad actum, ea deficiente actus non tenebit.*

34 In-

34 *Iure diuino duo vel tres testes sufficiunt ad probandum, & ex caussa iure positiuo in pluribus caussis augentur.*

35 *Traditione instrumenti, in quo sit melioratio, efficitur melioratio irreuocabilis.*

36 *Contractus quilibet efficitur irreuocabilis, per traditionem instrumenti.*

37 *Traditione instrumenti fit melioratio irreuocabilis quamuis res meliorationis non sint praesentes.*

38 *Traditione clauium transfertur rei venditae possessio, si res sit praesens.*

39 *Possessio facta tunc transfertur, quando, qui eam transferre vult, possidet.*

40 *Possessio probatur in antiquis per instrumentum.*

41 *Praesētia meliorati requirit̃, vt melioratio vere irreuocabilis fiat.*

42 *Scientia meliorati & donatarii sufficit, vt melioratio fiat irreuocabilis.*

43 *Melioratio filio absenti facta, potest ante eius scientiam & acceptationem reuocari, num. 43. & 44.*

44 *Consensus partium in contractibus requiritur.*

45 *Melioratio acceptata per notarium in nomine absentis, reuocari non potest maxime si clausula constituti sit in melioratione posita.*

46 *Melioratio iurata, an reuocari possit, num. 46 remissiue.*

47 *Donatio an mortuo donante possit acceptari, vel mortuo donatario per eius heredes acceptari possit, num. 47. remissiue.*

48 *Melioratio a patre filio facta efficitur irreuocabilis per iuramentum de non reuocando; quia de iure communi donatio filio a patre in sua potestate exsistenti facta, confirmatur iuramento de non reuocando eam, num. 48. & 49.*

49 *Melioratio simpliciter iurata reuocari potest, quia iuramentum non mutat naturam contractus, cui adiicitur.*

50 *Conuentio omnis inter patrem & filium facta, firmatur iuramento.*

51 *Iuramentum potest de iure Regio poni in donatione & melioratione, & in omnibus contractibus perpetuis.*

52 *Melioratio efficitur irreuocabilis per pactum de non reuocando, num. 52. & 53.*

53 *Voluntas facto, & verbo declaratur: & in dependentibus ab animo, magis attenditur intentio, quam factum.*

54 *Melioratio in vltima voluntate facta, etiamsi sit iurata reuocari potest, secundũ aliquos Dd. contrarium, n. 55. cũ seqq. n. 60.*

55 *Iuramentum intelligitur secundum naturam actus cui adiicitur, quando aliud non colligitur.*

56 *Iurans nõ reuocare prælegatum, vt donationem inter viuos velle facere, sicut donatio caussa mortis cum pacto de non reuocando, irreuocabilis fit, quia transit in contractum inter viuos.*

57 *Iuramentum facit valere actum eo meliori modo, quo potest, & maius robur tribuit actui.*

58 *Iuramentum est seruandum, quando potest sine peccato seruari, & non facit quem intestabilem.*

59 *Iuramentũ repugnans naturæ actus, cui adiicitur, est seruãdum.*

60 *Legatum transit in donationem inter viuos, si promiserit testator illud non reuocare, & quod si reuocasset, transiret in donationem inter viuos & illud reuocabit.*

61 *Iuramentum simplex seruandi & dandi legatum, non mutat naturam legati, secus si iuramentum sit de non reuocando illud.*

62 *In certis non est locus coniecturis.*

63 *Legatum factum in vltima voluntate cum pacto de non reuocando, non mutat suam naturam, & potest reuocari.*

64 *Melioratio facta in vltima voluntate, efficitur irreuocabilis, si postea res meliorationis tradantur sine commemoratione meliorationis, secus si commemoratio fiat, nu. 64. & 67.*

65 *Traditio præsumitur fieri ex caussa, & titulo præcedenti.*

66 *Promissio sine caussa, doli exceptione remouetur.*

67 *Traditio legati in vita facta aliquid debet operari, & ideo in donationem transit, si non fiat eius commemoratio.*

68 In-

68 *Indebitum scienter soluens, donare præsumitur, & idem facere vt testator soluens in vita legatum.*

69 *Traditio legati in vita facta declarat animum esse donandi, quia plus est aliquid facere facto quam verbo.*

70 *Amor paternus & consanguinitas, inducunt aliquam præsumtionem donandi.*

71 *Traditio rei legatæ facta simpliciter, cum testamentum fit, non facit legatum irreuocabile, & idem erit in melioratione.*

72 *Melioratio quinti bonorum, si traditio interueniat, & perfecta sit donatio, reuocari non potest: sunt tamen soluenda de quinto funeraria.*

73 *Donatio inter viuos extraneo facta, perficitur consensu, & remanet irreuocabilis.*

74 *Verba sunt intelligenda cum affectu, & sic perfecta donatio datur, quæ reuocari non potest.*

75 *Donatio quinti bonorum nullo tempore valeret, si propter eam donans intestabilis redderetur, sicut per hanc caussam non valet donatio omnium bonorum præsentium & futurorum vel præsentium tantum per l. Taur.*

76 *Pater donando quintum bonorum, non efficitur intestabilis, quia potest de ceteris bonis inter filios testari, & diuisionem bonorum inter eos facere.*

77 *Intestabilis non dicitur, qui potest de bonis suis testari inter aliquas personas.*

78 *Donatio caussa mortis omnium bonorum præsentium & futurorum, post mortem collata, valet.*

79 *Donatio quinti bonorū sine dubio semper valebit, si aliqua quantitas eius ad testandum reseruetur, quia donatio omnium bonorum præsentium & futurorum cū hac reseruatione valebit.*

80 *Melioratio facta cum tertio ob caussam onerosam valet, & est irreuocabilis.*

81 *Filia non potest caussa dotis meliorari, & donatio ob caussam matrimonii conuenit in multis donationi propter nuptias.*

82 *Melioratio facta ob caussam matrimonii cum certa persona contrahendi, non facto matrimonio, reuocari potest.*

83 *Melioratio ob caussam impulsiuam facta, non potest reuocari, licet caussa deficiat. secus si caussa sit finalis.*

84 *Caussa finalis dicitur, sine qua donatio non fieret, impulsiua vero sine qua alias donatio fieret.*

85 *Finalis caussa est probanda ab illam allegante.*

86 *Donatio facta filio Aduocato, vel Doctori, non potest reuocari, idem erit, si bona iam tradita filio sint consumta.*

87 *Donatio facta filio ob caussam studii in necessariis ad discendum, & ad alimenta, est irreuocabilis.*

88 *Donatio facta filio ob caussam studii, est reuocabilis ante traditionem donatarum, num. 87. & 89.*

89 *Donatio facta filio, vt in matrimonium eat, semper est reuocabilis.*

90 *Donatio filio facta ad ordines suscipiendos, in titulum patrimonii, est irreuocabilis.*

91 *Melioratio in quocunque casu potest reuocari, si facultas eam reuocandi a meliorante reseruetur.*

92 *Facultas reuocandi meliorationem, non transit ad heredes, sicut ius reuocandi propter ingratitudinem non transit.*

93 *Vasallus vel emphyteuta non potest accusari de delicto & caducitate ab heredibus, si dominus in vita non proposuit querelam.*

94 *Donationes irreuocabiles & perfectæ possunt per multas caussas reuocari, num. 94. remissiue.*

95 *Donationes ob caussam cum tertiis personis celebratæ, non possunt in praiudicium tertii reuocari propter ingratitudinem.*

96 *Donatio ob dotem facta, potest soluto matrimonio reuocari ob ingratitudinem mulieris.*

97 *Pater iurans non reuocare meliorationem propter filii ingratitudinem, non potest eam reuocare ingratitudine commissa, quod procedit in aliis ita donantibus, num. 97. & 98.*

98 *Pactum & promissio de non reuocando donationem propter ingra-*

gratitudinem, est seruandum, quando pacto fieri potest, quod iniuria non sit iniuria, nu. 98. vbi duæ opiniones conciliantur.

CAPVT VI.

Qualiter melioratio irreuocabilis fiat.

MElioratio tertii † bonorum a parentibus filio vel nepoti 1
facta per traditionem rerum donatarum irreuocabilis efficitur, si per contractum inter viuos dicta meliotatio facta fuerit, *vt in l. 17. Taur. cauetur.* Traditio † autē bonorum præ- 2
sentium fieri potest, si possessio omnium bonorum pro indiuiso meliorato tradatur: nam tunc certa est possessio respectu cuiusq; rei sic traditæ, quia tot sunt possessiones quot res, *vt in l. 3. & 6 glos. in verb. quemlibet, ff. de acquir. poss. Ant. Gom. in l. 45. Taur. n. 38. text. in l. 5. §. cum veteres, cum glos. ibi verb. per vnum, ff. de acquir. poss.* Et † tradita possessione vnius rei, non cense- 3
tur tradita possessio alterius, vt in dictis iuribus, *glos. & Bart. in d. l. 3. & in princ. in glos. vlt. & ibi Cuman col. 2. & Soc. n. 27. Alex. nu. 21. Ias. n. 3. Tiraq. de retract. Linagier, §. 33. glos. 3. n. 1. Ant. Go n. in d. l. 45. Taur. n. 38. & 39.* Si † vero bona in iuribus & actioni- 4
bus consistant, per traditionem vnius ex iuribus cohærentibus, quæ traditio fiet, si donans patiatur donatarium, & melioratum vti aliquo ex dictis iuribus, quasi possessio omnium iurium, & rerum in quibus consistunt, transfertur. Quod intellige, vt tenet Ant. Gom. in *d. l. 45. Taur. n. 37. & 42.* Bart. & omnes *in d. l. 3. nu. 5. ff. de acquirend. possess.* Bart. Bald. & Angel. & omnes *in l. 1. §. Iulianus ait, ff. de itinere actuque priuat. Tiraq. de iur. const. 2. p. ampliatione 3. n. 23.* vbi multos refert & Velazq. *in l. 44. Taur. glos. 11. num. 5.* Molin. videndus in *tract. de primog. lib. 4. cap. 2. n. 33. cum seqq. vsque ad n. 40.* Angul. tamen *in tract. de melioratione, l. 1. glos. 8. nu. 10.* inquit, quod iura incorporalia, ex eo quod corporaliter non possidentur, debent per cessionem tradi: quia in donatione cessio de iure non inducitur, quod dicit probari *in l. illam, C. de donat. ibi: donationis Titio ces-*

ssiones actionum accipientes, & ibi: *Ad mouendas easdem cessas actiones*, & ibi: *quæ susceptis per donationem cessionibus*: Quæ verba dicit Angul. supponere cessionem esse necessariam, & quod sic *dict. l. illam*, intellexerant glos. *in l. fin. ff. de donationibus*, & ibi Paul. *num. 3*. Belapert. Odofred. Cynus & Alber. *in d. l. illam*, *contra glos.* Fabr. & Salyc. Corn. *in l. 1. C. de action. & obligation. idem tenet Tell. in dict. l. 17. Taur. num. 56.*

5 Sed mihi † videtur opinio glos. & dictorum Doct. *in d. l. 1. C. de act. & oblig.* esse vera & tenẽda, & quod *d. l. illam*, facit pro eorum opinione, prout ipsi bene intelligũt: nam *d. glos. & Dd.* quæ eam sequuntur *in d. l. 1.* loquũtur de actione vtili, quæ per
6 solam donationem † transfertur in donatarium. Ad similitudinem venditionis nominum & iurium, quorum vtiles actiones sine cessione in emtorem transferũt, vt aperte probatur *in l. emtor, C. de hered. vel act. vend. ibi: quamuis vtiles etiam aduersus debitores hereditarios actiones emtori tribui placuit.* Et idem probatur *in l. postquam, & l. ex nominis, d. tit.* Cuius verba sic se habent, *ex nomine emtionis dominium rerum obligatarum ad emtorẽ non transit, sed vel in rem suam procuratore facto, vel vtilis secundum ea, quæ pridie constituta sunt, exemplo creditoris persecutio tribuitur*, & text. *in l. 2. C. de act. & oblig.* cuius verba sunt: *Nominibus in dotem datis, quamuis nec delegatio præcesserit, nec litis contestatio sequuta sit, vtilem tamen marito actionem ad similitudinem eius, qui nomen emerit, dari oportere sæpe rescriptũ est.* Et quia erat dubium, an actiones directe a donante cessæ donatario, transirent ad heredes donatarii ante litem contestatam, *d. l. illam*, statuit, ꝙ, sicut actiones cessæ emtori transeunt ad eius heredem lite nondum contestata, sic in donatarii heredem transire debent, & ex eo, quod *d. l. illam*, æquiparat donationẽ emtioni in actionibus directis cessis, similiter remanet æquiparatio in vtilib. actionibus, quæ sine cessione transeunt, vt statutum est *in d. l. 2. C. de act. & oblig. & in dictis legibus emtor, & l. postquã, & l. ex nominis, C. de here. vel act. ven.* Et quia

lex

lex æquiparans † in vno casu extenditur ad similem legem æ- 7
quiparatam in alio vbi similis, vel maior ratio militat, *Abbas & Doct. in c. translato, de const. Hier. Grat. responso 9. n. 24.* Et quia
lex † interpretans, intelligi debet secūdum naturam legis in- 8
terpretatæ, *l. nihil, & ibi Bart. ff. de cōiung. cum emanc. liber.* Et ratio dubitandi & decidendi *d. l. illam*, est, quod de iure mandatum re integra morte mandantis vel mādatarii exstinguitur, *l. si. ff. de sol. l. nulla, C. de procurat. l. siquidem, C. de action. & oblig. l. mandatum, C. mand. §. idem si adhuc, Inst. eod. tit.* Et † donata- 9
rius, cui cessæ sunt actiones a donante, non potest eas exercere, nisi nomine cedentis, quia actiones directe infixæ sunt personæ cedentis, ita vt ab eo auelli non possint, *vt in l. 3. & ibi glos. in verbo, ea vero, ff. pro socio, l. quis ergo casus, ff. de pecul. glos. in dict. l. emtor, verbo, fungitur, C. de hered. vel action. vend.* & sic videbatur, quod morte donatarii lite non contestata mandatum exspirabat, & cessiones actionum non poterant ad heredes donatarii transire, *& d. l. illam*, decidit, quod non exspirat mandatum: nam donatarius per dictas cessiones actionum efficitur procurator in rem suam, & ideo eius morte non exspirat mandatum, *ita glos. in d. l. illam, verbo, transferre, & glos. in l. siquidem, verbo a procuratore, C. de act. & oblig.*

Ex quibus † infertur, quod est falsa opinio Tell. & Angul. 10
& aliorum tenentium per cessiones iurium transferri possessionem, cū actiones directe cedi nō possint, & solum per cessionem iuriū efficiatur donatarius procurator in rem suam, & non possit mouere directas actiones cessas, nisi nomine cedentis, vtiles tamen suo nomine exercere potest. Ad quod o-
ptime facit † dictum Bald. *in cap. querelam, colum. 3. de elect. vers.* 11
item cum populus, ibi: quædam sunt incorporalia, quæ quasi possideri non possunt, vt sunt nomina debitorum obligat. l. fin. ff. quorum bonorum, & dicit esse rationem, quia nihil possideri, vel quasi potest, nisi locus sit certus, *l. locus, l. 3. §. incertam, ff. de acquirend. posses.* Sed nomina debitorum nullum habent locum

circumscribentem ea, vel circumscriptũ ab eis, quia non respiciũt certi loci facultates, nec subiacent alicui rei corporali, qua mediante possunt quasi possideri, *vt in l. fideicõmissum, §. tractatum, ff. de iud. l. fin. C. de praescriptione long. tempor.* Item, omne possidere est sentire sensu se possidere, sed nomina de-
12 bitorum non † sunt huiusmodi, quia non sentiuntur, vt naturaliter patet etiam ex definitione possessionis, vel quasi. Er-
13 go, &c. Item, quasi † possessio incorporalium non acquiritur, nisi per patientiam aduersarii, *vt in l. 2. de seru. & aqua.* Sed in nominibus debitorum non inuenitur acquisitio per patientiam, sed per praestationem. *Idem tenet Lambert. de iure patron.*
14 *3 quaestione principal. lib. 2. num. 4. 5. & 6. fol. 25.* Opinio † Tell. & Angul. videtur posse procedere, quando melioratio facta fuit de certa parte bonorum non expressis iuribus & actionibus, quia tunc ne duo specialia concurrant contra *l. 1. C. de dot. promiss.* scilicet, quod cessio vtilis actionum fiat, & de incertis bonis seu iuribus: quod videtur probari per ea, quae tradit Rol. *in quaest. de lucro dat. q. 81.* vbi *numer. 4. & sequent.* inquit secun-
15 dum Bald. *in c. 1. §. fi.* An † maritus succedat vxori, quod nomina debitorum mulieris non videntur data in dotem, nisi interueniat cessio actionum, quia ipsa nomina non tradũtur, sed ceduntur, *vt notatur in l. fi. in princ. ff. de donat. & in l. 2. C. de*
16 *action. & oblig. Bal. sequitur Alex. cons. 122. col. 2. vol. 7.* vbi † plus dicit, quod si mulier dedisset mandatũ secundo viro ad agendum contra heredes primi mariti, & exigendi quascunque quantitates pecuniae, & res sibi debitas quacunq; ratione vel caussa, quod propter hoc non videtur cessisse actiones, sed mandasse, & aliud est mandare, & aliud cedere, *vt notat glos. & Doct. in l. 1. C. de action. & oblig. Bald. sequitur Curt. Iun. in auth.*
17 *praeterea, n. 13. in fi. C. vnd. vir & vxor.* Et quia † regulariter actio de vno in alium non transfertur sine cessione, *l possessio, § & si possessio. ff de acq. possess.* sicut non transit dominium sine traditione possessoris, *l. traditionib. C. de pact.* Ita nec actio sine cessione

sione, cum ita se habeat cessio circa iura incorporalia, sicut traditio circa corporalia, *vt notat gloss. in l. fin. quando fiscus vel priuat. Bart. in l. non quocunque, §. Caio, ff. de legat. 1.*

Ex quo † infert Roland. *vbi supra, in fin.* quod dispositio *d. l. 2. C. de action. & obligat.* non habet locum nec procedit, nisi quando nomina debitorum fuerũt specialiter & nominatim in dotem data, & sic non venient in dote, quæ tacite a iure inducitur, quando mulier secundo nupsit, quæ videtur secundo viro dare dotem, quam cum primo viro habuit, *vt in l. penult. §. si vxor, vbi not. ff. solut. matr. l. diuus. ff. de iure dot. de quo late Couar. in c.... pract. quæst. Menoch. præsumt. 6. & 8. l. 3. præsumt.* Et cõtra supra dicta videtur obstare *d. l. emtor, & ibi gloss. verb. vtilis, C. de hered. vel act. vend.* Vbi emtori hereditatis dantur actiones vtiles contra debitores hereditarios sine cessione: & ita videtur dicẽdum in melioratione tertii, quæ est quota bonorum & quid vniuersale. Et Ruin. *cons. 53. col. penult. vol. 2.* tenet contrarium, quod *vbi supra, d. q. 81.* tenet Roland. & Menoch. *d. præsumt. 6. nu. 53. præsumt.* Facta † traditione bonorum & iu- 19
rium tertii donati, vt dictum est melioratio irreuocabilis efficitur, nõ solum quoad bona tradita, sed etiam ad futura: quia sic *d. l. 17. Taur.* statutum est: nã licet bona futura incerta sint: tamen ex post facto certificãda veniunt. Et † sicut per consti- 20
tutum transfertur bonorum futurorum possessio, *vt tenet Decius consil. 179. num. 10. Afflict. decis. 139. num. 8 & 9. Tiraquel. de iur. constit. 2. p. ampliation. 31. & Tell. in dict. l. 17. Taur. n. 20.* Ita auctoritate dictæ *l. 17. Taur.* veniet possessio bonorũ futurorum, & eorum erit irreuocabilis melioratio: sufficit enim in principio voluntatem meliorantis interuenisse, vt super ea lex statuere possit tam de translatione possessionis, quam de irreuocabilitate, *vt in l. quoties, C. de donation. quæ sub mod. l. 7. tit. 4. p. 5. l. 45. Taur. Matienc. in l. 1. glos. 4. n. 16. tit. 6. lib. 5. nou. Recop.* Ex quibus, quod Tellus dicit, quatenus intelligit *d. l. 17. Taur.* procedere in † possessione, quæ transfertur per actus tantum 21

22 fictos & non veros, non est verum. Et similiter † non potest substineri intellectus Molin. *lib. 4 primog. cap. 2. nu. 21.* & Matienc. *in l. 1. glos. 4. nu. 4. cum seqq. tit. 5. lib. 5. nou. recop.* qui tenet, sufficere traditionem vnius rei in melioratione contentæ, vt irreuocabilis melioratio fiat: nam est contra verba expressa *d. l. 17. Taur.* ibi: *Ouiere entregado la possession de la cosa, o cosas, &c.* per verbũ, *Possession*, quod ad omnes res de præsenti donatas refertur, & ita tenet Angul. *in tract. de meliorat. l. 1. glos. 8. n. 2.* Velazq. de Auend. *in l. 44. Taur. glos. 13. num. 8. 10. & 11.*

23 Dubium † est, *an per constitutum possessio, vel quasi dictarum rerum tertii donati, transferatur?* Et Tell. *in dict. l. 17. Taur. nu. 15.* intelligit dictam legem in hoc casu & similibus procedere, ea motus ratione, quia licet ceterarum rerum possessio acquiri non potest, *l. possideri, §. incertam, ff. de acquirend. poss.* & in melioratione tertii bonorum incertum est vsq; ad mortem, quid & quantum in melioratione contineatur, cum ad eius certitudinem & valorem tempus mortis inspici debeat, *vt in l. 19 & 23. Taur.* & incertus non acquirit, quia voluntas deficit certa, quæ in acquirenda possessione requiritur, *vt in l. nihil tam naturale, §. vt igitur, ff. de regul. iur. l. quemadmodum, ff. de acquir. possess. l. 1. §. adipiscimur, l. 3. ff. eod. tit. l. licet, C. eod.* Tamen
24 per † cõstitutum possessio bonorum tam præsentium, quam futurorum, & sic incertorum acquiritur, vt tenet Bart. & Ias. qui dicit communem *in d. l. 3. § incertam, n. 16. ff. de acquir. poss. & ibi Alex. nu. 119 Tiraq.* multos referens *in tract. de iur. const. 2. part. ampliat. 31.* Et videtur, q͏ dictus intellectus Telli, non po-
25 test procedere, quia † ficta possessio, quæ transfertur per constitutum, procedit, cum fit super rebus certis, *vt in l. quod meo, & ibi Dd. communiter, ff. de acquir. poss.* Alias duo specialia concurrerent, scilicet ficta possessio, & incertarum rerum, contra *l. 1. C. de dotis promiss.* Et ideo incertarum rerum, & quotæ bonorum per constitutum possessio nõ transfertur, *vt tenet Dec. cons. 226. numer. 13. Anton. Gom. in dict. l. 17. Taur. num. 17. Mier.*

*in 1.part.de maior.quaest.49.num.4.Peralt.in l.vnum ex familia,in princ.num.20.& 21 ff.de legat.2.Ruin.cons.39.num.5.vol.4.*Idem quoque apertius sentit Bart.*in l.3.§.incertam,ff.de acquirend.possess.*dum concludit,quod si quis vendidit in tali fundo centum tabulas † terrae eligendas per emtorem,& cõstituat ven- 26
ditor se nomine emtoris possidere, quod ex tali constituto non transfertur possessio, propter incertitudinem loci, & quotae, & tamen dictae centum tabulae constituunt certam quotam, & ad illam possunt reduci, habito respectu ad mensuram fundi. Sed quia emtor tempore constituti est incertus, quam quotam fundi constituant dictae centum tabulae, propterea, quia de dicta quota est incertus, licet in se & secũdum veritatẽ sit incerta, non potest possidere. Idem Ruin *cons.136.n.8.vol.1.*vbi dicit opinionem Bart. communiter teneri. Qui- 27
bus † non obstantibus intellectus Tell. est tenendus, scilicet possessiones, de qua *in d.l.17.Taur.* disponitur per cõstitutum ficte transferri posse: nam sicut per instrumentum transfertur ficta possessio, & illam dictam legẽ admittit, similiter admitti debent omnes fictae possessiones: & ita omnes ibi intelligunt *d.l.17.Taur. Cifuen.col.2.in fin.Palat.Rub.num.5.Castell.verb.La possession. Tellus num.17. Ant. Gom.num.11.& 12.Gomez Arias verb.Saluo,n.14.& 15.Angul.vbi supra nu.4.* Et procedere *dict.l.in constituto,* tunc probat Matienz.*in dict.l.1.glos.4.n.12.cum seqq.vsque ad n.16.lib.5.nou.Recop.*vbi *n.15.*respondet dictae obiectioni de incertitudine, sic † distinguens, quod quando 28
constitutum ponitur in contractu rei particularis requiritur certitudo loci & quotae, vt transferatur possessio: quando autem ponitur in contractu rei vniuersalis, tũc sufficit certitudo quotae duntaxat: vel loci *secund. Ioan. Petr. in l. ab emtione,ff.de pact. Socin. in d.l.3.§.incertam, n.5.vers.prima difficultas,ff.de acquir.poss. Paul. Paris.cons.59. n.23.lib.1.Tiraq.in tract.de const.3.p.lim.9.n.2.*& inquit ꝙ Dec. *cons.229.n.3.ver.nec obstat.*& Hier. Grat.*cons.94.nu.9.lib 1.*contrarium tenentes communiter re-

prehēduntur. Modos autem fictos, per quos possessio transfertur, refert Cif. *in d. l. 17. Taur. n. 2. & Ant. Gom. n. 45. Castell. n. 51. Faber in §. interdum, Instit. de rer. diuis. Dd. in d. l. 3. in prin. ff. de acq. poss.* quorum vnum ponit *d. l. 17. Taur.* quando instrumen-
29 tum † contractus traditur: nam de iure communi traditio instrumenti rei venditæ vel donatæ, eius possessio in emtorem vel donatarium transfertur, *vt in l. 1. & ibi Bald. & alii, C. de don. l. 8. & ibi Greg. Lop. tit. 30. p. 3.* quæ requiruntur, vt per tradi-
30 tionem † instrumenti, secundum ius commune rei venditæ vel donatæ possessio transferatur, ponit Alex. *in d. l. 3. in tract. de mater. poss. a num. 78. vsque ad 90. d. l. 17. Taur.* in casu meliorationis vltra traditionem instrumenti, præsentiam notarii requirit, quod ex eo videtur statutum, vt melius de veritate cōstet, & similiter de libera voluntate volentis possessionem rerum donatarum in melioratum & donatarium transferri, per
31 instrumenti traditionem. Ex quo † infertur, quod si instrumentum sit traditum, absente notario, & non interueniente, quod melioratio erit reuocabilis: ita Tell. *in dicta l. 17. Taur. num. 65. & 68. & ibi alii Dd. Couar. lib. 3. var. cap. 16. num. 12. Mier. in tract. maior. 1. part. q. 65. in princ. nu. 8. & 9. Molin. lib. 4. de primog. cap. 2. num. 12. Olan. Mant. verbo, donatio, nu. 63.* Sed quidam moder. Velazq. de Auend. *in l. 44. Taur. glos. 14 num. 11.* tenet, non esse necessariam præsentiam notarii ad inducendam irreuocabilitatem maioratus, si constiterit, constituentem maioratum eius instrumentum tradidisse animo irreuocandi, quod mihi falsum videtur contra verba expressa *dict. l. 17. & 44. Taur.*

Et quia quando ad essentiam † & substantiam actus datur
32 certa forma a lege, sublata forma corruit actus, *cap. cum dilectus, cum vulg. de rescript.* Et dictis legibus cauetur, quod ad hoc, vt fiant irreuocabiles meliorationes & maioratus, interueniat in traditione instrumenti notarius. Et † quando præsentia personæ alicuius ad actū faciendum requiritur, ea deficiente,

ciente, actus nullus redditur, *l. 1. ff. de auctorit. tutor. l. quaecunque, in fin. ff. de Publician. in rem act. l. cum hi, §. praetor, ff. de transaction.* Et quia praesentia † notarii requiritur, non solum vt de voluntate constituentis maioratum cōstet, sed etiam vt fraudibus obuietur: & hac de caussa in testamento in scriptis requiritur maior solemnitas, quam in nuncupatione. Et licet in ore duorum vel trium constet veritas, iure positiuo statutum est, in pluribus casibus plures testes requiri, de quibus textus *glos. & Dd in Clementin. exigit, de censib.* Et quae dicta sunt de instrumenti traditione, intellige, siue nouum, siue antiquum tradatur non facta distinctione, quam de iure communi Doctores faciebant; Nam ad hoc, quod melioratio irreuocabilis fiat, sufficit, si instrumentum, in quo fit melioratio, tradatur, *vt in dict. l. 17. & 44. Taur. disponenti, Cifuent. in dict. l. 17. verb. tertius casus, & ibi Tell. num. 65. Mieres in tract. de maior. 1. part. quaest. 65. in princip. Molin. de primog. lib. 4. cap. 2. numer. 10. & 11. Gomez in l. 45. Taur. n. 57.* Quod † procedit etiam in alio quo- 34
cunq; contractu, secundum communem opinionem Doct. Regni, vt inquit Matienc. *in d. l. 1. glos. 6. num. 5. & Azeb. ibidem num. 16.* Quorum opinio mihi vera videtur, per ea, quae ipsi adducunt contra Tell. & Couar. contrarium tenentes: quorum opinionem defendit nouissime Velazq. de Auend. *in d. l. 44. Taur. glos. 14. num. 13. & 14.* Per traditionem instrumenti
coram † notario factam efficitur melioratio irreuocabilis, vt 35
dictum est, etiamsi † traditio non fiat in conspectu rerum do- 36
natarum, vt ex *d. l. 17. Taur.* constat. Et idem est in donatione
de iure † communi, vt tenet glos. & Dd. *in d. l. 1. C. de don.* Di- 37
cit communem Couar. *lib. 3. var. c. 16. nu. 12. Gom. in l. 45. Taur.*
num. 58. Angul. de melior. in l. 1. glos. 9. num. 8. In traditione † au- 38
tem clauium, praesentia rei requiritur, cum agitur de tradenda eius possessione, Couar. *vbi supra num. 11. glos. Angel. Faber & Port. in §. item si quis merces, Instit. de rerum diuision. gloss. in l. clauibus, ff. de contrahend. emtion. Rip. in l. 1. §. si iusserim, vbi nu-*

mer. 57. vers. tertio habes, communem dicit, ff. de acquirend. possess.
39 Nota, quod † in omnibus casibus, in quibus ficta possessio transfertur, requiritur, quod tempore constituti vel traditionis instrumenti, vel clauium & similium, sit in vera possessione, qui eam transferre vult, alias nihil aget, Cyn. & Bartol. *in l. prædia, & in l. 2. ff. de acquir. poss. Petr. Ferrar. in form. possit act. in versic. item quod præfatus, Angul. & Alexand. in l. quamuis, §. 1. ff. de acquirend. posses. Matthes. sing. 67. nota, quod venditor, & sing. 170. nota vnam doctrinam, Ias. in l. ab emtione, column. 6. numer. 13. vers. secundo limita, ff. de pact. Cifuent. in dict. l. 17. Taur. vbi Palat. Rub. num. 25. Gomez in dict. l. 45. Taur. num. 58. Tiraq. de iur. const. 3. part. limit. 1. cum seqq.*
40 In antiquis † vero possessio per instrumentum probatur, vt tenet Dec. *cons. 56. col. 5. numer. 6. vers. vt quod instrumento, Aluar. cons. 64. num. 17. Mascard. de probat. concl. 1585. num. 3. Socin. cons. 187. col. 4. vol. 2. Paul. cons. 10. vol. 1. Greg. Lop. in l. 9. verb. En vuestro nombre. prope fin. glos. tit. 30. part. 3.*
41 Animaduertendum † est, quod ad hoc vt melioratio in dictis casibus irreuocabilis fiat, filio præsenti facienda est, nam per præsentiam videtur eam acceptare, *l. qui patitur, ff. manda. Couar. in rubr. de testam. 3. par. num. 13. vbi multos refert, Gutierr. in cap. quamuis pactum, in princ. nu. 58. vbi communem dicit Molin.*
42 *de primog. cap. 2. num. 76. lib. 4.* Et sola scientia † donatarii ratificationem & acceptationem inducit, Auend. *in cap. 1. prat. num. 2 p. 2.* Idem tenet Gutierr. *in cap. quamuis pactum, in princ. nu. 59.* Et sufficit, quomodocunque sciat, vt Gutier. ibid. & Menoch. *cons. 371. num. 19. lib. 5.* Si autem dicta melioratio filio absenti facta fuerit, ante eius scientiam & acceptationem, pater eam reuocare poterit: de quo late Molin. *de primog. lib. 4. ca. 2. num. 58. cum seqq.* Et non obstat *l. 3. tit. 8. lib. 3. ordinam.* quæ est,
43 *l. 2. tit. 16. lib. 5. Recop.* secundum † Molin. vbi supra, & Greg. *in*
44 *l. 4. verb. No lo pue de hazer. tit. 4. par. 5.* Quia in † omnibus contractibus, duorum consensus requiritur, idem tenet Pelaez Mier.

Miet. *in tract. de maior. 1. part. q.36.n.2.fol.142.& q.68.nu.1.fol. 231.* qui dicit ita practicari, Olan *in concord. antinom. verb. litera, d. n. 43. Burg. de PaZ Sen. consf.14.n.20.& consf.33.n.12.* Burg. de Paz Iun. *in quæst. 10. nu, 23.* vbi refert contrarium tenentes, & *n.54.* sequitur primam † limitationem Greg. *vbi supr. in d.l.4.* 45
scilicet, quādo notarius nomine absentis stipularetur, & meliorationem acceptaret: nam tunc irreuocabilis efficitur secundum communem opinionem, de qua testatur Couar. *vbi supra in repet. rubr. de testam. 3. par. num.13.* Rol. multos referens *consf.19. lib.1.* contra Molin. *vbi supr. n. 58.* Et magis sine dubio procedit, si clausulam cōstituti habeat. Et magis communem dicit Bursat. *consf.53. num. 2. lib.1.* Et an si fuerit iurata ante acceptationem, possit † a patre reuocari, vide Molin. *vbi supra* 46
num. 64 & 66. Gutierr. *vbi supra num. 55.* qui contra Gregor. *in d.l 4.* tenent, quod sic, secundum Abbat. & Butrium & Archidiaco. quia ante acceptationem ius non est absenti quæsitum, & iuramentum non mutat naturam contractus, super quo interponitur, *l. fi. C. de numerat. pecun. vide ibi.* Et † an 47
mortuo donāte, donatarius possit acceptare, vel mortuo donatario, eius heredes possint? Vide Molinam *vbi supra num. 77. Menoch. consil.92. num.73. libr.1. Corn. consil.2. numer.3. & 4. lib.3. Alciat. responf.675. Castrens. consf.197. Ioann. Gutierr. in cap. quamuis pactum, 1. par. num.57.* Sed † si filio præsenti facta fuerit 48
dicta melioratio, & pater curauerit eam non reuocare, per tale iuramentum irreuocabilis efficitur: etsi per modos, de quibus supra, traditio bonorum in melioratione comprehensorum facta non fuerit. Quia licet de iure communi non valeat donatio a patre facta filio in sua potestate constituto, Vt *in l. donationes, quas parentes, C. de donat. inter virum & vxorem, Corn. consf.199. columm. 21. post lite. O. volum. 2.* Et est communis secundum Paris. *consf.16. nu.19. vol.2.* Tamen si in dicta donatione iuramentū interuenerit, talis donatio substinetur & valet, Bart. & Ias. *in l. frater a fratre, col. fi. & ibi ēt alii, ff. de con-*

dict. indeb. Dd. in l. pacta, quæ contra, C. de pact. Bald. in l. fin. versic. sed quid si fecit, C. de vsucap. Abb. in cap. cum contingat, col. fin. & ibi Alc. nu. 207. de iureiurand. Alex. consi. 7. nu. 8. vol. 6. Ruin. consi. 128. in princ. vol. 1. Anton. Gabr. in tit. de donation. conclus. 4. in princ. Clar. lib. 4. senten. §. donatio, quæst. 8. vers. sed quæro. Vbi † testatur communem esse opinionem, & quod ineptus esset aduocatus, qui contra dictam opinionem communem vellet disceptare: communem etiam dicit Grat. *resp. 63. num. 23. lib. 2.* Et magis communem dicit Angul. *de meliora. lib. 1. glos. 11. nu. 55.* eam dicit communem & sequitur Matienc. quam plurimos Doctores referens *in l. 1. gloss. 9. num. 6. libr. 5. nou. Recop.*

49 Hoc enim † dicit procedere, secundum magis communem opinionem in proposita specie, quando pater iurauit non reuocare meliorationem, secus quando simpliciter eam iurauit; quia tunc poterit eam reuocare, quia iuramentum non mutat naturam contractus, *vt in d. l. fin. C. de non num. pecun. l. si stipulatus, ff. de vsur. secundum Segur. in l. vnum ex familia, §. sed si fundum, num. 139. vers. tertia ratio, Tell. in l. 17. Taur. nu. 93.*

50 Et similiter † omnis alia conuentio inter patrem & filium iuramento firmatur, Alexander *consil. 8. & consil. 157. libr. 1. Seraphin. priuileg. 72. num. 4. in tract. de priuileg. iuramen.* circa donationem & meliorationem a patre filio factam. Vide late Gu-

51 tierr. *de iuram. confirmat. cap. 4. libr. 1.* Et an † hodie in tractatu donationis & meliorationis possit poni iuramentum, vide Matienc. *vbi supra num. 7.* Vbi inquit, communem opinionem esse de iure etiam Regio; quod sic, *per l. 12. titul. 1. libr. 4. noua Recopilat.* Vbi in donationibus & aliis contractibus perpetuis permittitur iuramentum interponi.

52 Dubium † est; *An per pactum de non reuocando meliorationi adhibitum, melioratio irreuocabilis fiat?* Et mihi verior videtur opinio Doctorum tenentium irreuocabilem esse, vt tenet Peralt. *in l. cum pater, §. a filia, num. 32. ff. de legatis 2.* per textum *in l. vbi ita donatur, ff. de donation. caussa mort. Tellus in dict. l. 17.*

Taur.

Taur. num. 99. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 40. & 45. cum sequentibus. Vbi optime satisfacit argumentis contrariis. Neque obstant, quæ contra Molinam tradit Angul. *vbi supra in dicta l. 1. glos. 11.* Quibus facile respondetur: quod sicut facto, id est, traditione, declaratur voluntas, ita & verbo. Et quia in omnibus ab † animo dependentibus magis attenditur in- 53
tentio, quam factum, *l. etiam, §. 1.* vbi Bald. & Alexand. *in 4. notabil. ff sol. matrim. l. 1. §. Diuus, ff. de sicar.* Hanc opinionem defendit Ioann. Gutierr. *quæst. 77. super noua Recop. lib. 2.* Hanc dicit communem in donatione loquens Bursat. *consil. 304. num. 29. vol. 3.* vbi alios refert, *Beroi. decis. 253. Roland. consil. 8. num. 26. & 37. vol. 1.* Quæ autem dicta sunt, intellige, quando melioratio † facta est in contractu inter viuos; si vero in vltima volun 54
tate facta fuerit, & pactum & iuramentum sit interpositum de non reuocando, Angul. *vbi supra in dicta glos. 11. numer. 43. & 50.* tenet, quod non obstante iuramento, melioratio seu prælegatum erit reuocabile. Idem in legato loquēs tenet Seraphinus *in tract. de priuil. iurament. priuil. 75. nu. 16.* & allegat ad id Boerium *decis. 204. num. 19.* vbi Boerius loquitur in iuramento simplici de soluendo legato. Idem quod Angul. tenet Ioannes Gutier. *in quæst. 79. lib. 2. super noua Recopilation.* Sed Tellus † *in d. l. 17. Taur. a num. 94. vsque ad 113.* aliquibus fun 55
damentis defendit irreuocabilem esse: cuius opinio mihi verior videtur: Nam regula generalis quoad iuramentum, intelligitur secundum naturam actus, cui adiicitur, & tacitam actus conditionem habere præsumitur, *vt in l. fin. & ibi Bald. Salyc. & omnes, C. de non num. pecun. & l. fin. ff. qui satisdar. cog. & Grat. resp. 15. num. 59. & resp. 30. num. 8. & resp. 55. num. 26. libr. 1.* videtur, quod in hoc casu non potest procedere. Nam iurans non reuocare † prælegatum, videtur donationem inter vi- 56
uos velle facere: Nam si solum pactum de non reuocando facit donationem causa mortis in contractum & donationem inter viuos transire, *vt in l. vbi ita donatur, ff. de donat. caus. mort.*

a fortiori iuramentum additum idem operari debet. Et quia iuramentum facit actum valere eo meliori modo quo potest,
57 *l. cum pater, § filios matrem, ff. de legat. 2.* Et † iuramentum tribuit maius robur actui, in quo interponitur, Iaſ. *in l. ſi pecuniam, poſt num. 25. ff. de condict. ob cauſ. & in l. is qui, num. 35 ff. de acquir. heredit. Seraphin. in tract. de priuileg. iurament. priuil. 153.* & ſic aliquid debet operari, *vt in l. ſi quando, ff. de legat. 1.* Et
58 quia † poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ, & propter eius obſeruationem teſtator non efficitur inteſtabilis, *vt in capit. cum contingat, & ibi Doctores de iureiurand. cap. non eſt obligatorium, a contrario ſenſu, de regul. iur. in 6. l. ſtipulatio hoc modo con-*
59 *cepta, ff. de verb. obligat.* Et quia † dictum iuramentum concomitatur promiſſionem repugnantem naturam actus, cui ad-
60 hibetur, Menoch. *conſil 84. num. 65. in fin. libr. 1.* Pro quo † facit illa magis communis opinio Doctorum, quod ſi in pœnam reuocationis legati dictum a teſtatore ſit, quod tranſeat in donationē inter viuos, valet talis pœna & remanet facta donatio, Zaſ. *in d. l. ſtipulatio hoc modo, num. 17. Couar. in rub. de te-*
61 *ſtam. 2. part, nu. 17. Tell. vbi ſupra nu. 95.* Opinio † autem Angul. & Gutier. poteſt procedere, quando teſtator iurauit ſimpliciter ſeruare prælegatū ſeu meliorationem; Nam iuramentum ſimplex non videtur mutare naturam actus, cui adhæret, vt diximus ſupra de iuramento ſimplici interpoſito in melioratione per contractum inter viuos facta de ſui natura reuocabili, ſecundum magis cōmunem opinionem, de qua teſtatur
62 Matienc. *in d gloſ. 9. n. 6.* Nam quādo † promiſit teſtator non reuocare meliorationem, adhibito iuramēto animo deliberato donationis faciendæ, intelligens naturam reuocabilem prælegati feciſſe creditur: quia in certis non eſt locus cōiecturis, *vt in l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. oblig.* Et quia nemo loquitur, niſi ꝙ ſentit, *l. quod Labeo, ff. de ſuppell. leg. cum vulg.* Menoch. ita declarat in donatione cauſſa mortis iurata cū dicto pacto, *in cōſ. 84. n. 64. & 65. lib. 1.* Et quatenus Angul. *in d. gloſ. 11.*

n. 38.

n.38.cum aliquib.seqq. tenet contra Tell. q; legatũ in testamento seu codicillis factum, cum pacto de non reuocando, non mutat eius naturã & remanet reuocabile, videtur bene dicere, per ea, quæ ibi adducit. Dubium † est, an si melioratio facta 63 in vltima voluntate post traditionem postea factam efficiatur irreuocabilis? Et opinio magis communis Dd. est, quod si fiat traditio prælegati, nulla commemoratione prælegati facta transit in donationem & meliorationem inter viuos, & erit irreuocabilis, alias si mentio prælegati & vltimæ voluntatis fiat, remanet reuocabilis, per text. *in gloss. verb. quadam, in l. legatum, 1 ff. de leg. 2.* quam magis cõmuniter Doctores sequuntur, *& in l. Lucius, per text. ibi, ff. de leg. 2. Tell. in d. l. 17. Taur. n. 86. Couar. in rubr. de testam. 2. part. nu. 21. Ant. Gom. in tit. de leg. nu. 4. Molin. lib. 4. primog. cap. 2. n. 19.* Idem † erit in melioratione per 64 viam donationis caussa mortis factam: sed contrarium tenet Angul. *in tract. d meliorat. l. 1. glos. 8. n. 28. cum seqq.* qui aliquibus fundamentis nititur subuertere dictam communem opinionem, asserens, quod siue fiat † traditio legati, facta eius mentione, siue non, nunquam transit in donationem inter viuos, 65 quia traditio semper intelligitur ex caussa & titulo præcedenti fieri, tex. & glos. *in l. triticum, ff. de verb. oblig. l. quadam, & ibi glos. fin. ff. de rei vend.* Et quia si non præcessit caussa, traditio nihil operatur, *l. nunquam nuda, ff. de acquir. rer. domin.* Et promissio sine caussa remouetur doli exceptione. Et quia ex simplici † traditione non præsumitur donatio, *l. cum de indeb.* 66 *ff. de prob. l. Campanus, ff. de oper. liber.* & inquit, quod *d. l. Lucius,* non facit pro dicta communi opinione, neque contra eam.

Quibus non obstantibus, non est † recedendum in iudi 67 cando & consoluendo a dicta magis cõi opinione, quæ mihi vera & iuridica videtur, per fundamenta, quæ Dd. hanc partẽ tenentes adducunt, quib. non obstat, quod traditio præsumitur fieri ex caussa præcedenti; Nã illa caussa legati, quæ pẽdet ab animo legantis, quod magis se habere vult rem legatam,

quam legatariam, tollitur simplici traditione in vita facta, ex qua præsumitur velle, quod potius legatarius, quam ipse habeat, propter quod transit legatum in donationem inter viuos, quia traditio in vita facta aliquid debet operari, *l. si quando, ff. de legat. 1.* Et sic qui indebitum scienter soluit, præsumitur donare, *vt in l. cuius per errorem, ff. de regul. iur.* & ibi Decius,
68 ita, qui † legatum in vita scienter soluit, donare præsumitur.
69 Item, quia † vt donatio caussa mortis efficitur irreuocabilis, & transit in donationem inter viuos, quando interuenit promissio & pactum de non reuocando, *vt in dict. l. vbi ita donatur, ff. de donation. caus. mortis.* Ita dicta traditio animum donandi & non reuocandi legatum declarat, quia plus est aliquid facere facto, quam verbo, *l. nostram,* ibi: *siquidem testator, C. de testamentis, iuncto § penult. Instit. quibus modis testamenta infer. capit. degradatio, de pœn. in 6.*

70 Item, quia in † proposita specie de melioratione concurrit amor paternus & consanguinitas, quæ est caussa præsumendi donationem, *l. a Procula, & ibi glos. & Doctor. ff. de probation.* Ex quibus remanet responsum & satisfactum argumentis Angul. licet dicta *l. Lucius,* non faciat pro dicta magis communi opinione, vt ipse inquit, & Ioan. Gutier. *in tractat. de iuramento confirmator. lib. 1. cap. 12. num. 15. & in l. nemo potest, num. 257. ff. de legatis 1.* quem refert & sequitur Azebed *in l. 1. num. 28. lib. 5. titul. 6. nouæ Recopilationis.* Sequitur dictam communem opinionem cum hac declaratione: quod si traditio rei legatæ fiat simpliciter, statim facto testamento sit idem ac si mentio rei legatæ facta fuisset. Quod mihi verum videtur,
71 quia † videtur esse de mente Doctorum tenentium dictam magis communem opinionem. Nam quæ in continenti fiunt, inesse videntur, *l. lecta, ff. si certum petatur.* Et idem videtur tenere Ant. Gom. in melioratione tradita in testamento, in quo facta fuit *in d. l. 17 Taur. n. 24.* quem refert & sequitur Matienc. *in dict. l. 1. glos. 4. num. 26. & 27. titul. 6. libr. 5. nouæ collect.*

Idem

Idem tenet Gregorius *in l. 2. gloss. 1. magn. colum. fin. versic. Et nota, titul. 15. part. 2.* ibi: *Si vero fiat per viam vltimæ voluntatis seu donationis caussa mortis, si tradatur tunc, adhuc erit reuocabilis:* Ecce vbi dicit, quod traditio facta statim, quod denotat dictum aduerbium, *tunc*, est idem, ac si postea cum commemoratione rei prælegatæ traditio facta fuisset, & nihil dicit Gregorius de traditione postea ex interuallo simpliciter facta, & sic non fiat pro contraria opinione; pro qua allegatur Gutiertr. *vbi supra nu. 16.* vbi dubitans in melioratione consulit, vt iuramentum de non reuocando eam apponatur. Quæ dicta sunt, intellige in melioratione de tertio bonorum facta; Nam circa meliorationem † quinti bonorũ traditam, variç sunt opiniones: alii tenent semper esse reuocabilem, alii contrarium, in casibus, in quibus melioratio tertii bonorum reuocari non valet: alii faciunt differentiam inter meliorationem quinti ob caussam cum tertia persona factam, & eam, quæ sine caussa facta est, vt illa reuocari non possit. Ista vero, quæ sine caussa facta est, sic. Quas opiniones & earum auctores refert Velazquez de Auendano *in dict. l. 17. Tauri, glos. 3. & Ioann. Gutier. in quæstionib. super noua Recopilation. quæst. 50.* & Velazquez de Auendan. sequitur opinionem tenentium, quod in casibus, in quibus donatio tertii est irreuocabilis, similiter donatio quinti irreuocabilis erit, ita tamen vt onus funeralium & animæ exoneratio quintum bonorum semper sequatur: quæ opinio ratione non caret: nam ea ratione contrariæ, ne testator intestabilis fiat, satisfit, & quia omnes Doctores vnanimiter tenent, donationem quinti bonorum valere, siue fiat extraneæ personæ, siue filiis & descendentibus, vt aperte probatur *in l. 21. & 22. & 28. Tauri.* Et si dicta donatio quinti bonorum de iure est valida, quare non dabuntur casus, in quibus irreuocabilis fiat? cum sit regula generalis; Quod perfecta donatio reuocari non potest, *vt in l. perfecta, & ibi Doctores, C. de donation. quæ sub modo.* Et donatio quinti bonorum extraneo

Rr

vel filio facta, nulla lege Regni disponitur, quod si fit, etiam perfecta reuocari possit, & si non mutatur, quare stare prohibeatur.

73 Item, quia † donatio inter viuos extraneo facta, de iure communi & Part. solo consensu contrahitur & irreuocabilis efficitur, *vt in l. 1. ff. de don. & in l. 1. & 4. tit. 4. part. 5. l. consensu, ff. de action. & oblig. l. sicut, C. eod. tit. d. l. perfecta donatio.* Et quia *l. 8. vers. E si por auentura, dict. titul. 4. part. 5. & l. 28. Taur.* permittitur parentibus bona vltra legitimam filiorum extraneis donare, quod cum effectu & irreuocabiliter intelligendum est, quia verba cum effectu intelligi debent, *l. 3. §. hæc verba, ff. de*
74 *negot. gest.* Et † illa dicitur perfecta donatio, quæ reuocari non potest, *dicta l. perfecta donatio, C. de donation. quæ sub mod.*

75 Nam si † ideo dicta donatio quinti bonorum extraneo facta reuocabilis semper foret, ne donator intestabilis redderetur, nullo tempore dicta donatio quinti extraneo facta valere poterat, nec eam faceret valere pater, quia iure improbaretur & annullaretur, *vt in l. stipulatio hoc modo concepta, & ibi Bartolus & Doctores communiter, ff. de verborum obligation.* Quia sicut donatio omnium bonorum præsentium & futurorum non valet, *vt in dicta l. stipulatio hoc modo, & ibi Doctores, Roman. consil. 26. in princip. & ibi Mandos. verb. præstando, Clarus lib. 4. sententiar. verb. donatio, quæstion 19. in princip. Eman. Suar. receptar. sententiar. verb. donatio omnium nume. 179. dicit communem Bursatus consil. 136. numer. 10. cum sequentibus, lib. 2.* Quia libera voluntas testandi tollitur, quod est contra bonos mores, & ideo *l. 69. Taur.* donatio omnium bonorum etiam præsentiũ prohibetur & nulla redditur: similiter & dicta donatio quinti bonorum iuribus non subsisteret, & remanerent contrariæ dictæ leges Tauri, quod non est credendum, cum correctio legum vitanda sit, *vt in l. sed & posteriores, ff. de legatis, l. præcipimus, C. de appellationibus, & in capit. cum expediat, de electon.*

Quare

Quare dicendum † est, quod donando pater quintum bonorum non efficitur intestabilis, cum possit de ceteris bonis inter filios testari, & inter eos bonorum diuisionem facere, *vt in l. final. C. famil. ercifcundæ, l. cum pater, §. euictis, ff. de legatis 2. l. 9. titul. 15. partit. 6.* 76

Nam bene dicitur † quis testabilis, licet de bonis suis non possit, nisi inter certas personas æqualiter testari, vt circa intellectum *l. 5. titulo 5. De las mandas, lib. 3. fori, & l. 4. Taur.* tenuit Rodericus Suarez *in l. quoniam in prioribus, limitation. 10. & in l. 9. de legat. libr. 3. fori, limitation. 10. Couarr. in rubric. de testam. 3. part. num. 28. vers. præmissa tamen,* vbi tenent, quod damnatus ad mortem tenetur testari inter personas: de quibus *in authen. bona damnator. C. de bonis præscript. & damn. l. 5. tit. 31. part. 5.* Et licet dictus intellectus communiter damnetur, vt per Velazq. de Auend. *in d. l. 4. Taur. glos. 5.* Tamen † in ratione sui, quod quis sit testabilis, quoad quid non reprobatur, & ideo donatio omnium bonorum præsentium & futurorum caussa mortis valet post mortem collata, communem dicit Clar. *lib. 4. sent. §. donatio, num. 19. vers. sed quid si quis, Ang. cons. 170. Bursat. cons. 136. nu. 12. glos. in l. fin. ver. accommodauerit, C. de pact.* quia poterit donator, ipsa donatione nõ obstante, alium heredem instituere: Michael Cras. *libr. ... sent. §. donatio. q. 14.* Et non † debent esse melioris conditionis extranei quam filii: & ita verius videtur, ꝙ per traditionẽ donatio quintæ partis bonorum a parẽtibus filiis facta irreuocabilis fiat: ita vt funeraria de dicto quinto deducantur. Et ad euitandas opiniones Doctorum, consulo, vt in donatione vel melioratione quinti bonorum donatorum reseruet sibi aliquã quãtitatem, de qua ad libitũ testari queat: nam cum hac reseruatione, etiam donatio omnium bonorum etiam præsentium & futurorum, substinetur & valet, glos. a Doct. communiter approbata, vbi Bartol. & omnes, & ibi Purpurat. *num. 222. in l. fin. C. de pact.* Communem dicit Bursat. *in cons. 136. nu. 32. & 33. lib. 2.* 77 78 79

Bartol. in dicta l. stipulatio hoc modo concepta, colum. 2. numer. 6. & ibi communiter Doctores, ff. de verbor. obligation. Anton. Gomez in d. l. 69. Taur. num. 3.

80 Melioratio † facta ob caussam onerosam cum tertio, est irreuocabilis, vt *in dict. l. 17. Taur.* disponitur: & quatenus dicta lex intelligitur in dote secundum textum *in l. Pomponius Philadelphus, ff. familiae erciscund.* in eo, quo est melioratio, non ha-
81 bet locum, *per l. 1. tit. 2. libr. 5. noua Recopilat.* qua † prohibetur filia caussa dotis meliorari. In donatione autem ob caussam matrimonii cum certa persona contrahendi, recte procedit: quae donatio in multis donationi propter nuptias conuenit, de qua late Tellus *in dict. l. 17. Taur. numer. 70. cum sequentibus, Angul. ibidem gloss. 10. & Matienc. in dict. l. qua est l. 1. titul. 6 libr. 1. noua collect. Regn. glos. 1. & ibi Azebed. num. 45. & 46. Ioann. Gutierr. in quaest super noua Recopilation. quaest. 65. num. 9. lib. 2.*

82 Sed † si dicta melioratione facta ob caussam matrimonii cum certa persona contrahendi, matrimonium sequutũ non fuerit, poterit pater, tanquam caussa non sequuta, eam reuocare, vt tenet Matienc. *vbi supra, & Azeb. & Angul. num. 2. Velazquez de Auendan. in l. 44. Tauri, glos. 15. & 16.*

83 Nota, quod † donatio seu melioratio ob caussam non finalem, sed impulsiuam facta, etsi caussa deficiat, vel alioquin cesset, non annullatur, vt tenet Alex. *cons. 14. in princ. vol. 1. Dec. cons. 366. num. 10. & in l. si donatione, num. 24. & seq. C. de collat. Paris. cons. 88. ad fin. lib. 3. Ruin. cons. 173. num. 13. vol. 1. Cephal. cons. 81. num. 8. & 9. Socin. Sen. cons. 295. num. 9. vol. 2. Oldr. cons. 5.* Sed si ob caussam finalem facta fuerit, caussa deficiente, & ipsa donatio seu melioratio deficit, vt dicti Dd. *vbi supra.*

84 Et caussa finalis † in proposito dicitur, cum donans non esset in totum alias facturus, vel eo modo, nisi virtute dictae caussae. Impulsiua vero, cũ aliter etiam donasset, Paul. *in l. 2. §. fin. ff. de donat. Abb. in cap. post translationem, num. 88. de renunciat. Bald. d. cons. 140. vol. 3. Roland. a Vall. cons. 44. num. 15. vol. 4.*

de quo late Tiraq. in tractat. a caussa cessante, limit. 1. Cou. libr. 1. variar. cap. 20. num. 2. Et † finalis caussa ab allegante eam probari debet, Socin. *in cons. 83. in fin. volum. 3.* Quoniam alias impulsiua tantum præsumitur, gloss. & Dd. *in d. l. 2. §. fin. ff. de donation. Roland. in d. cons. 44. num. 7. & 23. vol. 4.* Bursat. *cons. 304. num. 11.* vbi communem dicit secundum Franc *in cap. cum cessante caussa, limit. 1. num. 45.* 85

Donatio † facta filio, vt in matrimonium eat, semper est reuocabilis, & est communis opinio Dd. *vbi supra.* Donatio autem ob caussam † studii filio facta ante traditionem rerum donatarum reuocabilis est, secundum magis communem, Azeb. *in dict. l. 1. num. 46. tit. 6. lib. 5. Recop. Velazq. de Auend. in d. l. 44. Taur. gloss. 15. num. 6. in fin. Matienz. in d. l. 1. glos. 7. tit. 6. lib. 5. nou. Recop.* Quod † limita, nisi filius esset Aduocatus vel Doctor, vel nisi tempore reuocationis bona donata iam essent consumta, Angul. *in dict. l. 1. glos. 10. num. 8.* & Azeb. *ibidem numer. 46.* qui *nu. 45.* concordans † communes opiniones contrarias circa reuocationem donationis ob caussam studii factam, inquit; dictam magis communem opinionem procedere in rebus donatis, quæ nõ sunt necessariæ ad studendum & ad discendum, & in necessariis ad alimenta, & ad discendum aliam communem opinionem, quod non sit reuocabilis, habere locum: quæ conciliatio mihi iuridica videtur, cum filius de iure non teneatur conferre necessaria, quæ ei pater ad discendum præstitit, *vt in l. qua a patre, ff. famil. ercisc. Bartol. in l. 1. §. neque castrense, ff. de collation. bonor. l. 3. tit. 4. part. 5. l. 5. titul. 15. part. 6. & ibi Gregor. verb. E las despensas, vers. aduerte tamen, vbi in verb. Los libros.* tenet, quod donatio de libris ad discendum necessariis a patre filio facta, statim valet & est irreuocabilis, etiamsi filius in eius potestate sit, *per dict. l. 3. titul. 4. partit. 5.* 86 87 88 89

Donatio filio † facta in titulum patrimonii ad ordines suscipiendos irreuocabilis est ad similitudinem donationis ob 90

caussam matrimonii cum certa persona contrahendi factæ. *Cifuent. in d. l. 17. col. 2. ver. idem in donation. & ibi Tell. n. 81. & 82. Matienc. qui alios refert in d. l. 1. gloss. 9. nu. 8. in fin. Ioannes Gutierr.*
91 *in quæst. 65. super noua Recopil. libr. 2.* Nota, quod † in dictis casibus, in quibus melioratio irreuocabilis efficitur, poterit reuocari, si facultas reuocandi reseruata sit, *vt in d. l. 17. Tauri dispo-*
92 *nitur, idem l. 44. Tauri.* Quæ † facultas reuocandi ad heredes nō transit, sicut nō transit ius reuocandi per ingratitudinem, *Tell. in d. l. 17 Tauri in fin. Sigismund. cons. 5. nu. 18. Angul. in d. l. 1.*
93 *gloss. 12. num. 28.* Ad † quod facit, quod & si vasallus, vel emphyteuta committit delictū, quo meretur priuari feudo vel emphyteusi, & non soluit debitum canonem, & dominus illis viuentibus nō declarauit vllam caducitatē, nullamq; proposuit querelam, dicitur iniuriam ex delicto illatam remisisse, *Dec. cons. 206. n. 8. Soc. Sen. cons. 66. n. 19. lib. 3. Rip. in l. fin. C. de reuocand. donat. Menoch. alios referens cons. 155. n. 17.* vbi *n. 19.* cum Crauetta *cons. 59.* tenet, quod si heres viuens non fuit querelatus, tanquam indignus, eo mortuo, querela proponi non potest, quia indignitatis delictum censetur remissum.

94 Donationes irreuocabiles † & perfectæ propter multas caussas reuocari possunt, *vt in l. fi. & ibi late Rip. C. de reuoc. don. l. 1. titul. 2. lib. 3. for. l. 4. cum tribus seqq. tit. 2. partit. 6. l. 10. titul. 4.*
95 *partit. 5.* Quod non procedit † in donationibus ob caussam cum tertiis personis celebratis, neq; in dotibus, quæ non possunt per ingratitudinem reuocari, quia est in præiudiciū tertii, & delictum vnius alteri nō debet esse damnosum, *vt in reg. non debet aliquis, de reg. iur. lib. 7. & l. non debet, ff. de reg. iur.* & pœ-
96 na debet suos auctores tenere, *l. sancimus, C. de pœn.* Sed † soluto matrimonio quoad mulierem ingratam, reuocatio locum habebit, *Matienc. alios referens in d. l. 1. gloss. fin. tit. 6. lib. 5. noua collect. Reg.* vbi tenet contra Pinell. quod si mulier sit pauper, non erit locus reuocationi.

97 Nota, quod si pater † iurauit nō reuocare meliorationem

ex caussa ingratitudinis, non poterit postea ingratitudine a filio commissa, meliorationem dictam reuocare, sicut nullus alius donationem sic iuratam, *ita Rip. in d. l. fin. n. 183. Imol. cons. 35. n. 21. Alex. in l. stipulatio hoc modo concepta ff. de verb. oblig. col. pen.* vbi dicit ita in iudiciis seruari, *idem cons. 40. col. vlt. lib. 4. Ias. in l. fin. n. 17. C. de pact. Rub. cons. 114. nu. 13. & commun. testatur Socin. Iun. cons. 89. n. 33. lib. 3 Menoch. cons. 155. n. 25. vol. 2.* Quod intellige quãdo † ex pacto fieri potest, vt iniuria non sit iniuria, 28 *secundum Menoch. vbi supra, & Rip. in d. l. fin. n. 181. vers. ego puto, C. de reuoc ind. donat. Hippol. Rim. in consil. 569. nu. 120. 121. & 122. volum. 5.* Et ita concordari possunt duæ communes opiniones contrariæ: altera affirmans, ingratitudinem futuram iuramento interposito remitti posse, quam testatur communem & veriorem in practicaque seruari Alexander *in dict. lég. stipulatio hoc modo concepta, num. 25. ff. de verb. oblig.* Altera quod non obstante iuramento & sine metu periurii donationes propter ingratitudinem post eius remissionem reuocari possent *secundum glos. in cap. vlt. voluntas, 3. quæst. 3* & ibi Archid. quam dicit communem Corn. *in cons. 224. vol. 4.*

SVMMARIA.

1 *Promissio de meliorando facta ob aliquam caussam onerosam a parentibus filio, vel descendenti in scriptura publica, est seruanda, & si in vita nõ fecerint, post eorũ mortẽ pro facta habetur.*

2 *Promissio de donando non est donatio, etiamsi iuramentum adiiciatur; contrarium n. 24. & 27. sed primum verius num. 28.*

3 *Textus l. si quis argentum, non habet locum in promissione de donando.*

4 *Promissio de vendendo non est venditio, & ideo de promissione de vendendo gabella non debetur, num. 4. 5. & 26.*

5 *Obligatus ad dandum vel tradendum, ad id compellendus est, si dare, vel tradere potest.*

6 *Promittens facere, est præcise compellendus ad faciendum.*

7 *Vasallus pmittens donare sine domini cõsensu, nõ cadit a iure suo.*

8 *Emphyteuta promittens vendere sine licentia domini a iure suo non cadit, etiamsi promiserit non vendere sine domini licentia.*

9 *Emtor secundus, cui res promissa vendi tradita est, præfertur cui prius facta fuit promissio de vendendo cum iuramento.*

10 *Emtor fundi, in quo pater promisit filium meliorare, præfertur filio, cui prius promissio facta fuit, si emtori fuit fundus traditus.*

11 *Dos data & promissa, an sint idem & a pari procedant num. 11. & 12. cum sequentibus, vsque ad num. 17.*

12 *Dominium non transfertur per promissionem rei dotalis, nisi traditio interueniat.*

13 *Fructus fundi promissi in dotem non debentur, nisi post lapsum biennii.*

14 *Dominium non transfertur, etiamsi quis omnia bona sua in dotem promittat.*

15 *Dos promissa & non tradita, censetur proprie dos.*

16 *Statutum loquens in dote extenditur ad dotem promissam.*

17 *Promissio de constituenda dote, idem operatur ac si dos constituta esset.*

18 *Dos & pia caussa pari passu ambulant, & ita doti sicut pia caussa fauendum est.*

19 *Piæ caussæ priuilegia doti promissæ sunt concedenda.*

20 *Pio loco & ciuitatibus datur actio in rem ad rem donatam & non traditam, & etiam actio hypothecaria, & ad rem promissam in dotem dari dictæ actiones debent.*

21 *Pius locus & ciuitas præferentur in re tradita contra text. in l. quoties, C. de rei vendic. & idem est seruandum in re promissa in dotem & non tradita.*

22 *Actio hypothecaria datur pro re in dotem promissa.*

23 *Actio hypothecaria sequitur rem contra quemcunq; possessorem.*

24 *Promissio de vendendo pro certo pretio est venditio, numer. 24. contrarium num. 26.*

25 *Fru-*

25 *Fructus rei promissæ vendi non veniunt, iuxta* text. in l. curabit, C. de act. emt. in pr.

26 *Promissio de vendendo non est venditio, iuxta communem opinionem Doctorum.*

27 *Promissio donandi est donatio secundum commun. opinion. Contrarium n. 28. per l. Taur.*

28 *Promissio donandi non est donatio iuxta l. Taur.*

29 *Filius, cui facta est promissio de meliorando potest compellere parentes, qui promiserunt; vt meliorationem faciant, caussa sequuta, ob quam facta fuit promissio de meliorando.*

30 *Commissario non adimplente in testamento contenta intra certum tempus a l. Tauri taxatum, d. l. supplet factum.*

31 *Maritus lucratur dotem promissam & non solutam post mortem vxoris secundum statutum in dote loquens, n. 31. & 33.*

32 *Mora sua cuilibet est nociua.*

33 *Statutum de dote loquens; non extenditur ad dotem promissam, nisi mora vera, expressa vel tacita præcedat.*

34 *Promissio de donando intra certum tempus, non est donatio antequam tempus præcedat.*

35 *Promissio de donando sine temporis præfinitione, non est statim donatio secundum mentem donantis, quæ est seruanda.*

36 *Verbum promitto donare, denotat futurum consensum: & de futuris contingentibus non est determinata veritas.*

37 *Circuitus non est vitandus quando interest contrahentium.*

38 *Lex 22. Tauri declaratur.*

39 *Insinuatio requiritur in promissione de donando, quando promissio pro donatione habetur.*

40 *Acceptatio pacti de meliorando requiritur.*

CAPVT VII.

Quando pactum & promissio de meliorando donationem & meliorationem contineat.

1 SI parentes † ob caussam matrimonii vel aliam ob caussam onerosam promiserint alicui filio vel descendenti meliorationem tertii & quinti bonorum facere, tenentur promissum adimplere: & si in vita sua non fecerint, post eorum mortem melioratio ipso iure perfecta habetur, *vt dicta l. 22. Tauri*
2 *in eius secunda parte probatur*. Ex qua lege † probari videtur, quod aliud est donare, & aliud promittere donare: quod ex eo patet, quia obligat parentem meliorare, & per promissionem meliorandi non efficitur statim melioratio, sed eius effectus post mortem promittentis confertur. Et quod promittere donare, non sit donare, tenet gloss. *in §. aliæ, Inst. de donat. & alii quos refert Tiraquell. in tractat. conuent. ad finem num. 48. & 49. Boerius q. 3. numer. 8.* vbi tenet, quod nec iuramento adhibito, donatio perfecta ex sola promissione de donando efficietur. Ex quo Ang. *in d. § alia, tenet, quod dispositio l. si quis ar-*
3 *gentum, C. de donat.* non † habet locum in promissione de donando. Et idem tenet Imola *in l. in adibus, §. 1. ff. de donat. Alex. in l. iurisgentium, in princ. c. 3. ff. de pact. & in cons. 119. ad fin. lib. 7. Sal. in l. 2. C. de cond. ob caus. & in d. l. si quis argentum, §. & siquidem, Alt. & Dec. in l. si pacto quo pœnam, C. de pact.* Et communem dicit Alt. *in l. 1. nu. 21. in fin. ff. de verb. oblig.* Quæ communis opinio videtur facere contra Roger. *in l. Modestinus, nu. 21. ff. de don. & Tell. Fern. in d. l. 22. n. 24. & Ang. ibi glos. 11. in fin.* Qui
4 tenet, quod † in promissione de donãdo requiritur insinuatio, sicut in ipsa donatione. Contra quos et facit quod tenet Ang. *in l. 1. C. de pact. pign.* vbi inquit, quod si ex forma statuti de contractu vẽditionis, debet gabella solui, non soluetur de contractu promissionis de vẽdendo: quia ipsa promissio non est venditio: quod dicit menti tenendũ, quem sequitur Alex. *in l. si pupill. in fin. prin. ff. ad l. Falc. Corset. in suo repertorio, in verb. promissio. Marsil. sing. 469. Ias. in l. in bonæ fidei col. 2. ff. de eo quod certo loc.* Quod nota *ad l. 1. tit. 17. lib. 9. noua recop. Reg.* qua disponitur decimam partem pretii rei venditæ solui debere. Nam de re promissa vendi non debetur: quia aliud est vendere, &

aliud pactum † de vendendo; *glos. in l. Titius, ff. de pig. actione, &* § *glos. in l. in bona fidei, ff. de eo, quod cert. loc. vbi omnes scrib. notant, Ias. cons. 117. c. 1. vol. 1. & in cons. 24. c. 8. vol. 3. Dec. cons. 183. in fin. & 340. n. 1. & 502. c. 3. in princ.* vbi post Alex. per eum citatum inquit, quod qui vendere promisit, ad vendendum præcise cogi non potest, quia promissio ista est facti, *vt in l. cons. in fin. ff. de cur. furios.* & obligatus ad factum non cogitur præcise facere, *l. si quis ab alio ff. de re iud. l. si procuratorem, §. mand. ff. mandat. l. stipulationes diuiduntur, ibi Bart. q. 8. ff. de verbor. oblig.* Per quæ iura tenet idem Dec. *in l. pactum quod dotali C. de pact.* quod qui promittit donare, non potest cogi præcise donationem facere, sed ad interesse tenetur: quia promissio donandi continet quid fieri. Idem tenet Gramm. *dec. 105. in fin.* Sed contra Dec. in præd. casib. est communis opinio, de qua testatur Tiraq. *in tract. de cur. const. 1. p. n. 24.* Quia qui est obligatus ad dandum vel tradendum, & potest dare vel tradere, ad id compellitur, *l. vbi autem non apparet, §. vlt. ff. de verb. oblig. & ibi omnes Dd. Bart. in d. l. stipulationes non diuiduntur, nu. 14. Menchac. in const. 92. n. 62.* Quod † de iure Regio sine dubio procedit: Nam quilibet qui factum promisit, si potest facere, præcise facere cõpellitur, *vt in l. 13. & 35. tit. 11. partita 5. & ibi Gregor. Lup. & l. 3. & ibi Gregor. in verbo Pudiere fazer, titul. 14. partita. 5.* Et † ad id quod dictum est, quod promissio donandi non continet donationem, facit quod tradidit Bald. *in cap. 1. §. aut si libellario, c. 2. quibus mod. feud. amittantur*, vbi inquit, quod vasallus, qui non potest alienare feudũ sine consensu domini, per promissionem de vendendo nõ cadit a iure suo, quia promissio non est proprie venditio. Idem tenet Præpositus *in cap. 1. in princ. column. 2. de prohibita feudi alienatione per Federicum.* Idem † est in emphyteuta, qui per solam promissionem de vendendo a iure suo non cadit: etiamsi sub pœna promiserit sine licentia domini non vendere: *ita Paulus in dicta leg. in bona fidei, §. si tamen, ff. de eo quod certo loc.* Ad † quod optime facit, quod nota-

(margin numbers: 6 at "Quod † de iure Regio"; 7 at "Et † ad id"; 8 at "Idem † est"; 9 at "Ad † quod")

biliter tenet Imola *in capit. cum contingat, columm. 85. de iureiurando*. Quod si quis cum iuramento promisit rem alicui vendere, qui postea alii vendidit & tradidit, secundus emtor, cui res tradita est, præferri debet: quia in eum translatum fuit dominium; *vt in l. quoties, C. de rei vendicatione*, iuncto eo quod habetur *in c. ex literis, de sponsalibus*: Nam ex dicta promissione cum iuramento facta, non datur actio realis; nisi personalis ad factum, & eo deficienti ad interesse, *Iason in d. l. in bonæ fidei, col. 3. & consi. 117. col. 1. & in l. si quis maior, in 4. notab. C. de transact. & in d. l. quoties, col. 1. C. de rei vendicat.* quam dicit communem opinionem Parpal. *in d. l. si quis maior, num. 59.* Ex quo vi-
10 detur dicendum, quod si † parens, qui ob caussam onerosam filio vel descendenti promisit meliorationem in aliquo fundo facere, posteaquã dictam meliorationem faceret; dictum fundum alii vendiderit & tradiderit; quod filius non poterit ab emtore dictum fundum ratione promissionis de meliorando rei vendicare nec petere: quod etiam procedet melioratione facta, si ante traditionem vendiderit per dictam
11 *l. quoties*. Idem † dicendum videtur in dote promissa, vtputa, quãdo parens vel alius extraneus fundum aliquem in dotem promiserit, & antequam traderet mulieri, vel eius marito, alii vendiderit & tradiderit; quia dos promissa vere dos non dicitur, *vt tenet Bart. in l. iubemus 2. §. sane, num. 7. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi tenet, quod dispositio loquens in dote non debet ad dotem promissam extendi, & quod solum in dote vere tradita intelligi debet, quem sequitur Isern: *in c. 1. de nat. succes. feud. col. 13. & 14. Socin. in l. de diuisione 2. notabili, ff. solut. matrim. Paul. in l. si marito, §. si pater, n. 3 ff. solut. matr. Iason in l. si donatarius, §. 1. per totum, ff. de cond. caus. dat. & in §. fuerat, n. 127. Instit. de actionibus, Anton. Guibertus Costanus in tract. de dotibus, c. 2. num. 12.* Vbi tenet; quod dos dici non potest, nisi post eius traditionem & per nuptias secutas, *per text. in l. si sponsa, ff. de iurisdict.* Vbi Hermogenianus dotem sponso datam exemplo dotis con-

condici respondit, & ita ante proprie dos nõ est, *l. 2. §. vlt. ff. de priuil. cred.* ad idem allegat *l. 4. ff. de fund. dot.* vbi Caius, legem Iuliam; quæ fundo dotali prospexit, ne eum liceret alienare, plenius accepit, vt ad sponsam quoque pertineat. Et quia per contractum dotis † promissæ non transfertur dominium rei 12
dotalis in virum, nisi traditione facta, *vt est text. in l. de diuisione, ff. solut. matr. & ibi Bald. Nouel. & idem Baldus Nouellus in tract. de dot. 7. p. priuil. 10. Bart. & communiter Dd. in d. l. de diuisione, text. in l. dotale, §. 1. ff. de fun. text. in l. fin. §. præterea, C. de iur. dot.* vbi Bal. notat, quia † ibi fundi in dotem promissi non de- 13
bentur fructus, nisi post lapsum biennii, etsi dominium transiret, a tempore promissionis deberentur. Quod † etiam procedit, si vxor, aut pater, aut alius omnia bona sua in dotem 14
promitteret, quia sine traditione dominium non transiret, *gloss sing. & ei iuncto tex. in l. 1. in verbo, vniuersa, ff. pro dote, quam ibi sequuntur Bart. & communiter Doctores,* quam dicit singularem Bald. *in l. nulli, in princ. C. de iur. dot. Imol & Paul & communiter moderni in d. l. de diuisione, Anton. Gom. alios referens in l. 53. Taur. num. 27.* Contrarium, quod dos promissa, licet non tradita censetur † proprie dos, & sic quod dos data & promissa a 15
pari procedunt, tenet Ang. *in l. prædiorum, C. ad legem Falcidiam & cons. 79. incipienti in Christi nomine pro euidentia, per text. in l. si mulier ita in dotem, ff. de iur. dot. & l. 1. ff. de collat. dot.* vbi dos promissa confertur; & in rubrica & nigro, *C. de dot. promiss.* Quod dicit esse verius de iure nouo, per text. *in l. ad exactionem, C. de dot. promiss. Ioan. Campeg. in tract. de dote, q. 2. n. 3.* Idem tenet Ias. & Ripa, *num. 58. in rubr. ff. solut matrim.* vbi communem dicunt Aug. Perus. *in cons. 76 & 180. Ferren. tit. de dote, §. 15. Anton. Guber. Costan. vbi supra de dotibus, c. 2. n. 12. in princ.* communem vocat, quamuis contrarium tenet, quia dos promissa hoc nomine dotis a Iurisconsultis sæpe appellatur, *vt in l. Theopompus, ff. de dot. prælig. l. 2. §. vltim ff de priuileg. cred. l. de diuisione, ff. solut. matrimon. l. nuptura, l. si mulier ita, l. siue generalis, l.*

cum post. §. patronat. ff. de iur. dot. l. post mortem, versic. sed his de quo, ff. de administr. tut. & curat. vbi glos. verb. promiserit, l. si quis
16 *mandato, in fin. ff. de neg. gest.* Et † sic statutum loquens in dote, extenditur ad dotem promissam, Bart. sibi contrarius *in cons. 133. incipienti: Statutum ciuitatis, Bald. in l. fi. num. 12. C de dot. promis.* Et est communis *secundum Alex. in l. si donatarius, §. si quis indebitam, ff. de cond. caus. dat. Ang. cons. 179. & ipse Alex. consi. 63. in fin. vol. 4. Paris. ad Bart. l. iubemus, 2. §. sane, n. 7. vers. quid si dos, C. de sacros. Eccles. Salycet. in l cum te, C. de donat. ante nupt.* Quam opinionem sequitur & approbat viuis rationibus cum aliis relatis Tiraquel. *in tract. de retract. in § fin. n. 32. circa finem dicti*
17 *tractatus.* Et quia † promissio de constituenda dote operatur eundem effectum, ac si dos constituta esset, *ita in specie tenet*
18 *Matth. de Afflict. in decis. Neapol. 61. nu. 12.* Ex quibus † infertur, quod si dos promissa habetur pro dote vera, & dos, & pia caussa pari passu ambulant, *l. cum his, §. si mulier, & ibi Dd. ff. de cond. ict. indeb.* & vt pietatis caussis in primis fauendum est, ita & fauendum est doti promissæ, & e contra, *vt habetur in cap. 1. §.*
19 *donare, qualiter olim feud. poterat alienar.* Et † omnia priuilegia, quæ pietatis caussa sunt concessa, eadem quoq; & in dote promissa concedenda sunt, vt in dote vera loquens, tenet Bald. *in*
20 *l. sicut, C. de act. & oblig.* Et † sicut in re donata loco pio, & ciuitatibus actio in rem & hypothecaria a iure conceditur ante traditionem, *vt in l. fi. & ibi glos. in verbo, in rem, & ibi Dd. C. de*
21 *sacrosanct. Eccles.* Ita videtur, quod † dictæ actiones pro dote promissa concedi debent, & sicut in re donata ciuitatibus, vel loco pio præfertur ciuitas, & locus pius illi, cui post dicta res tradita est, contra *d. l. vt d. glos. & Doct. vbi supra in d. l. fi.* tenent, ita in dote promissa seruandum videtur. Et licet dicta a-
22 ctio in rem, de † qua in *d. l. fi.* doti promissę nō concedatur, tamen dicta actio hypothecaria expresse tribuitur, per tex. in *l. vnic. §. & vt plenius, C. de rei vxor. act. ibi.* Ita & in huiusmodi actione damus ex vtroq; latere hypothecam, siue ex parte mariti

riti pro restitutione dotis, siue ex parte mulieris pro ipsa dote præstanda, vel rebus dotalibus euictis, siue ipsæ principales personæ dotes dederint vel promiserint, *vt in §. sequenti, ibi: nihil enim prohibet, et si sine scriptis dos vel detur, vel promittatur, vel suscipiatur*, simili modo intelligitur, factam stipulationem & hypothecam ex vtraque parte, quasi fuerit scripta & attenta dicta tacita hypotheca, vir & mulier ante dotis traditionem habent ius in re acquisitum, quod illis auferri non potuit per traditionem fundi in dotem promissi postea alii emtori factam: quia actio hypothecaria † sequitur rē ad quemcunque possessorem vadat, *vt in §. item Seruiana, & ibi Iason & Doct. & l. fin. ff. de contrahend. emt.* 23

Sed contra ea, quæ † superius diximus, de promissione, de vendendo tenet Rub. Alex. *in consi. 29.* vbi inquit, quod promissio de vendendo pro certo pretio & venditio sunt idem, per glos. *in l. in vendentis, C. de contrah. emt.* vbi si dico; *volo tibi vendere hanc rem pro decem aureis*, & respondeas, *volo emere pro decem*; quod sit celebratus perfectus contractus venditionis, quia amborum consensus concurrit. Ad quod facit, quod qui promittit id, quod pendet a sola voluntate, vt est venditio, locatio & similia, tunc promissio pro ipso contractu habetur, *Ias. in l. cum fundus, § seruum. ff. si cert. petat. & ibi Alexand. nu. 4. Curt. Iun. num. 6. Purpurat. num. 14.* dicens ita iudicatum fuisse, *Alt. consil. 117. Bursat. cons. 101. n. 16. lib. 1. Alex. cons. 73. viso themat. vers. nec etiam deberi, vol. 2.* vbi † inquit, quod quamuis ex promissione de vendendo, venditio præsumatur ad euitandum circuitum, non veniunt fructus post hāc promissionem vendendi percepti, sicut venirent post venditionem factam: *iuxta text. in l. curabit, C. de act. emt. idem Alexand. cons. 13. circa princ. vol. 3. Curt. in additionibus ad Alex. in l. pupillus. ff. ad leg. Falcid. Afflict. in constitutione apud iustitiarios, numer. 8. Tiraquel. in suo tractatu de retract. in princ.* ne fictio duo operaretur contra text. *in l. 1. C. de dot. promiss. Thom. Grammat. in decis. 103. num. 189.* 24 25

26 *cum duobus sequentibus.* Sed † primam opinionem, quod promissio de vendendo non sit venditio dicit communem Ant. Thesaurin. Fosaneus *in decis. Pedemont. 233. n. 5.* vbi inquit ab illa non esse recedendum, & quod secundum eam vidit plures per Senatum iudicatum, *per glos. in l. in bonæ fidei, ff. de eo quod certo loco*, vbi dicit aliud esse conducere, & aliud promittere de conducendo, quam sequuntur ibi Paul. & Iason *in d. l. quoties, n. 34. C. de rei vend* & per alia exempla, quæ congerit Tiraq. *in tract. conuention. § fin. nu. 40. cum seqq.* Et ita † videtur
27 dicendum in promissione de donando, cum ratio differétiæ assignari nequeat. Nã sicut vẽditio solo cõsensu contrahitur, ita & donatio, & sicut facta vẽditione deueniendũ est ad traditionem rei venditæ, ita fundo donato ad eius traditionem deueniri debet, & sic non est verũ dicere, quod in promissione de vendendo restat quid faciendum, & in promissione de donando, *vt tradit Matienc. in l. 6. glos. 7. n. 4. lib. 5. nouæ recop. titul. 6.* & Angul. *in d. l. 6 glos. 11 num. 4.* refert multos Dd. qui tenent promissionem de donando non esse donationem, & Boer. *q. 3. col. 1. Menoch.* multos refert *in cons. 1. num. 229. & 230.* quamuis ipse ibi contrariam partem sequatur *in num. 234.* vbi contrariam communem dicit: & Ripa etiam communem dicit *in libr. 3. respons. cap. 12. num. 2.* idem Menoch. *cons. 92. numer. 27. lib. 1. & in cons. 178. num. 18. lib. 2.* vbi veriorem & receptiorem vocat opinionem tenentium, promissionem de donando donationem esse, quam opinionem dicunt approbari per dictam *l. 22. Taur. Castell. ibi in gloss. fin. Palat. Rub. nu. 21. & Gomez Arias num. 21. Matienc. vbi supra in d. glos. 7. in prin.*
28 Quorum opinionẽ falsam † puto, imo per dictam *l. 22. Taur.* approbatur prima opinio, quod promissio donandi non est donatio, quod ex eo patet, quia obligat parentes, vt meliorationem promissam faciant, & filius, in cuius fauorem promissio de meliorando facta fuit, potest, caussam, ob quam fuit
29 secuta, compellere † parentes, vt meliorationem faciant, *vt in*

in l. eum qui Kalendis in princ. ff. de verb. oblig. l. interdum, in princ. l. continuus, §. cum ita, dicto titulo, l. 2. §. si quis ita stipulatus, ff. de eo quod cert. loc. l. si mandatum, §. quæsitum, ff. de fideius. l. 13. titul. 11. partit. 5. Etsi opinio Castel., & sequacium vera esset, statim cum facta fuit promissio de meliorando pro facta haberetur absque facto parentum: sed quia parentes vsq; ad mortem, facultatem faciendi meliorationem habebant, *vt in l. rem legatam, ff. de adimend. legat.* in parentum vita, *d. l. 22. Tauri*, nihil disponit: & quia dicta facultas morte finitur, ne eorum mora meliorando noceat, & ne fraudatores esse videantur, eorum defectum in faciendo lex supplet disponendo, quod melioratio pro facta habeatur: & idem similiter disponitur *in l. 33. Taur. quæ nunc est lex 7. tit. 4. lib. 5. noua recopil. Reg.* Vbi si † commissarius testamentarius intra tempus *in d. l.* taxatum non fecit ea, quæ testator illi præcepit, dicto tempore præterito pro factis habentur. Ad quod etiam facit, quod vbi 30
est † statutum quod maritus lucretur dotem, præmortua vxore, etiam dotem promissam & non solutam lucratur, Bart. 31
cons. 133. Angel. Perus. cons. 280. Bald. in l. vlt. C. de dot. promis. Bart. in l. iubemus 2. C. de sacrosanct. Eccles. l. ex more, C. de pact. conuen. l. si donaturus, §. vlt. ff. de cond. caus. dat. l. mulier, ff. de cond. inst. l. 2. Iauius, ff. de pactis dotalibus, quia vnicuique sua mora nocet, *l. in condemnatione, §. vnicuique, ff. de reg. iur. Roland. a Valle in tract. de lucr. dot. quæst. 6. n. 3.* est, inquit † quod verior & rece- 32
ptior opinio, quod statutum in dote loquēs, non extenditur ad dotem promissam, quod intelligitur *in quæst. 7.* nisi mora vera expressa vel † tacita præcedat. Ad concordandas dictas 33
opiniones † quæ versantur circa promissionem de donando, 34
videtur dicendum, quod si quis promiserit aliquam rem intra certum tempus donare, antequam tempus veniat, nō erit donatio: quia tempus promissoris gratia adiectum censetur, *vt in l. cum tempus in fin. & ibi Dec. ff. de reg. iuris.* Tempore † au- 35
tem præterito donatio erit, vt circuitus euitetur. Facit, quod

tradit Roland. a Valle *in tract. de lucr. dotali, q. 8.* Quod si promissio de donando facta fuerit sine tẽporis præfinitione in vita promissoris, donationem non continebit, quia in cõtractibus nihil agendũ est vltra contrahentium intentionem, *l. non omnis, ff. si cert. pet.* & contractus consensu perficitur, *l. obliga-*
36 *tionum substantia, ff. de act. & oblig. l. sicut, C. eod tit.* Et † loquela hominis eius animum declarat, *l. Labeo, ff. de supellectili leg.* Et verbum, *promitto donare*, denotat futurum consensum, & vt inquit Philosophus, de futuris contingentibus non est determinata veritas, *Ant. Thesaur. Fasaneus in dec. Pedemont. 233. nu. 5. in fi. & n. 6. in fi.* Nam si statim donare vellet, dixisset, quod donabat, & sic circuitus euitari nõ debet, quia ex eo vtilitas promissori resultare potest, dũ donationem nõ facit, & quãdo in-
37 terest contrahentiũ vt circuitus saluetur, circuitus † nõ est vitandus, *iuxta tradita per Doct. in l. ante nupt. ff. sol matrim. per tex. in l. si vsusfructus mihi, ff. vsusfructus quemadmod. caueatur, Rol. cons 69 n. 25. vers. 3. respondetur vol. 3.* Quæ distinctio comprobari videtur *in d. l. 22. Taur.* Post mortem a promissoris donatio erit, vt circuitus euitetur. Et quia dictæ rationes cessant sed caussa secuta, ob quã promissio de donãdo facta fuerit, poterit promissor ad donationẽ faciendam compelli, *vt dictum est*
38 *supra.* Ex quib. colliges, optimũ † intellectũ ad dictam legem 22. Tauri, videlicet, quod si pater ob caussam onerosam promiserit filio intra certũ tempus eum meliorare: quod tempore præterito melioratio pro facta habetur, quia dies pro homine interpellãt, *l. magnam, C. de contrah. & commit stip.* & vt circuitus euitetur. Quod, si generaliter filium sine præfinitione tẽporis meliorare promiserit, melioratio post mortem patris facta censetur, poterit tamen filius caussa secuta, ob quã fuit melioratio facta, patrẽ ad meliorationem faciendam cõpellere, & in dictis casibus, in quib. promissio de donãdo pro do-
39 natione habetur, procedet † opinio Rogerii Tell. & Angul. circa insinuationem faciendam de quo *supra num. 3. in fine.*

Et

Et an † pacti de meliorando, vel de non meliorando acce- 40 ptatio requiratur, tractat Mier. *in tract. de maiorat. 1. part. q. 68. num. 11. Menoch. cons. 92. n. 64. & 65. & 67. cum seqq. lib. 1.* vbi partem tenet affirmatiuam, & ad id multos Doctores refert. Vide Crauett. *cons. 11. num. 4.*

SVMMARIA.

1 *Pactum de non meliorando, factum inter parentes & filios, scriptura interueniente seruandum est.*

2 *Filia dotis caussa meliorari non potest.*

3 *Pactum de non meliorando filios, non potest fieri in fauorem filiæ nubentis, num. 3. cum pluribus sequentibus.*

4 *Dos constitui debet habita ratione ad legitimam.*

5 *Legitima filiorum non potest grauari tempore, nec quantitate, vel fructibus, & qualitate siue conditione.*

6 *Parentes non possunt relinquere nepotibus aliquid de legitima filiorum.*

7 *Tertium bonorum possunt de iure Regio relinquere parentes descendentibus, & his deficientibus, collateralibus, & in eorum defectu aliis extraneis.*

8 *Res facta alienabilis, semper alienabilis remanet.*

9 *Idem iuris est de parte quoad partem, quod de toto quoad totum.*

10 *Oratio indefinita æquipollet vniuersali.*

11 *Promissio de non meliorando filiæ, est idem ac si pars æqualis cum fratribus post mortem parentum promitteretur.*

12 *Donatio & quilibet contractus potest post mortem conferri.*

13 *Pactum de non meliorando, re vera est donatio & ius irreuocabile filiæ acquirit.*

14 *Quod vna via prohibetur, per aliam admitti non debet.*

15 *Tertium non est legitima filiorum.*

16 *Legitimam filiorum non potest pater tacite, nec expresse augere, cum sit a iure taxata.*

17 *Hereditas potest augeri, non autem legitima.*

18 *Absurdum vitandum est.*

19 Filia non potest recipere in dotem partem æqualem cum fratribus, quam parentibus defunctis recipere posset nu. 19. & 20.

20 Plus est aliquid facere facto quam verbo.

21 Tertium non est legitima, sed tertia species bonorum, de quibus parentes nō disponūt, nisi seruata forma leg. Tauri, n. 21 & 22.

22 Parentes disponunt de tertio bonorum suorum, seruata forma leg. 27. Tauri.

23 Lex 1. & 3. titul. 8. lib. 5. noua collectionis Reg. declaratur, nu. 23. 24. & 25.

24 Filia, quæ dotem recepit pro legitima, non potest augmentum legitimæ petere, si bona patris postea augeantur, secundum vnam communem opinionem, alia communis tenet cōtrarium.

25 Filius, qui in vita patris legitimam recepit, bonis paternis postea auctis, non potest augmentum legitimæ petere, secundum vnam magis communem opinionem, alia tenet contrarium.

26 Filia renuntians hereditati paternæ, non videtur renunciare iuri postea superuenienti.

27 Filius, qui legitimam in vita patris recepit, tenetur fratribus restituere quod plus legitima inuenitur tenere, quando pater moritur facultatibus diminutis.

28 Dos est constituenda iuxta legitimæ quantitatem.

29 Filius, in cuius fauorem factum est pactum, de non meliorando, potest meliorari.

30 Filio, in cuius fauorem factum est pactum de non meliorando, renuntiante dicto pacto, potest alius frater meliorari.

31 Pactum de non meliorando, factum in fauorem omnium filiorum, seruādum est, nisi filii omnes dicto pacto renuntiauerint.

32 Pactū de non meliorando, in fauorem tertii factum, seruandū est.

33 Pacto de non meliorando facto in fauorem vnius filii, possunt cæteri filii meliorari reseruata portione fratris, in cuius fauorem pactum fuit, num 33. 34. 35. & 36.

34 Remittentibus actiones suas non est amplius concedendus regressus ad eas.

35 Ne-

35 *Nemo velle debet quod sibi non prodest, & alteri nocet.*
36 *Promissio & portio aequalis facta filiis censetur per pactum de non meliorando.*
37 *Pactum praesumitur in dubio factum in fauorem filii, cum quo pactum fuit.*
38 *Fratre mortuo, sine descendentibus, in cuius fauorem factum fuit pactum de non meliorando, potest alius frater meliorari.*
39 *Pactum de non meliorando factum in vltima voluntate, potest reuocari; quia vltima voluntas est deambulatoria vsque ad mortẽ, nisi per viã contractus in vltima voluntate sit factum.*
40 *Donatio inter viuos potest in testamento fieri.*
41 *Pactum de non meliorando factum in scriptura priuata recognita, est seruandum.*
42 *Filia per contractum inter viuos sine expressione dotis vel neptis ex filio vel filia ab auo meliorari an queat, num. 42.*

CAPVT VIII.

Quando pactum de non meliorando parentes seruare teneantur.

ARbitri familiae erciscundae attendere debent, quod si parentes † per contractum inter viuos promiserunt non 1
facere meliorationem alicui filio, vel descendenti; & de eo instrumẽtum publicum confectum fuerit, quod tale pactum seruari debet, etsi contra illud parentes meliorationem fecerint, huiusmodi melioratio nullius momẽti erit, ita disponit, *in l. 22. Taur. quae nunc est lex 6. tit. 6. lib. 5. nouae recop. Reg.* Sed dubium † est, *an si parentes tempore, quo filiam nuptui tradiderunt, filia & genero promiserunt, non meliorare aliquem ex filiis vel descen-* 2
dentibus, & si per eo scriptura publica facta fuerit, tale pactũ valeat? Dubiũ oritur ex *l. 1. tit. 2. lib. 5. nouae Recop.* qua prohibetur filia caussa dotis tacite, & expresse meliorari: & Angul. *in d. l. 6. n. 5. cum seqq* tenet tale pactũ & promissionem valere, quia inquit, quod filia recipiens partem aequalem cum fratrib. nõ dicitur meliorata, quia filiorũ successio aequalis est, & quia filia reci-

piens partem æqualem, cum ceteris fratribus vltra legitimam nihil recipit: nam licet tertium non sit legitima vnius cuiusq; & quintum non sit legitima vllius, quando pater de his dispo-
3 nit. Sed † quando pater nõ vtitur dicta facultate meliorandi, omnia bona sunt legitima filiorum, quemadmodum patre ab intestato defuncto omnia bona de iure ad filios æqualiter pertinent, *vt in l. scripto, ff. vnde liber. l. nam etsi parentibus, ff. de inof. testam. l. cum ratio, ff. de bon. damn. l. inter filios, C. fam. ercisc.* Hæc & alia ibi tradit Angul. *vsque ad num. 8.* quæ in idem recidunt. Idem tenet Matienc. *in d. l. 6. in glos. 1. num. 7.* quia inquit, quod filia in nihilo melioratur, sed damnum euitat. Et contra Angul. & Matien. quod pater non possit caussa dotis dictum pactum & promissionem filiæ vel genero facere, tenet Gut. *in tract. de iuram. confirm. c. 59. num. 14. lib. 1. & Azeb. in d. l. 6 nu. 24. tit. 6. lib. 5. nou. recop. Reg.* Quorum opinio mihi verior videtur; quia secundum dictam *l. 1. quæ est c. 101. de Madrit.* filia non potest ratione dotis vltra legitimã aliquid tacite, nec expresse recipere, vt expresse probatur *in d. l. 1.* ibi: *Ni se entienda ser meiorada tacita ni expressamente por ningun contrato entre viuos.* Ex quibus verbis clare deducitur, quod legitima filiorũ sunt omnia bona deducto tertio & quinto bonorũ: & q̃ filiæ solum legitima in dotẽ dari & promitti potest: Ergo bene sequitur, quod ad cõstituendam filiæ dotẽ, tertium & quintum bonorum prius deduci debet? Aliter enim plus legitima filia cõsequeretur: & aliquid meliorationis haberet contra dictam *l. 1.*
4 Quæ lex † statuta est iuxta magis communem opinionem Dd. qui tenent, dotem esse constituendam habita ratione ad legitimam, *Salyc. in auth. res quæ, 2. not. C. comm. de leg. & ibi Iason n. 22. Aymon. Crauet. cons. 236. n. 3.* vbi magis communem dicit, multos ad id recensens Ruin. *cons. 26. n. 5. in fin. & cons. 60. nu. 6. lib. 3. Menoch.* quam plurimos referens *cons. 8. n. 9. & 11. lib. 1.* Et
5 q̃ tertium & quintum † bonorum nullo tẽpore sint legitima filiorum, vltra *d. l. 1.* probatur euidẽtissima ratione: Legitima filio-

filiorum eius est naturæ, q nec in tẽpore, nec in conditione vel fructibus, quantitate & substitutione aliquod grauamen pati pôt, *vt in l. quoniam in priorib. & ibi Dd. C. de inoffic. testam. Ruin. cons. 17. n. 7. lib. 2. Menoch. cons. 77. nu. 4. lib. 1. l. 11. & ibi Greg. Lop. tit. 4. part. 6.* Et † pater nõ potest liberis præteritis aliquid 6
de eorum legitima nepotibus & descendentib. relinquere, *vt in l. Gallus, cum sua materia, & ibi Dd. ff. de liber. & posth. & totus tit. C. de liber. & post.* & attenta *l. 27. Taur.* parentes † possunt 7
tertium bonorum omissis filiis nepotibus & descendentibus relinquere, cum grauaminib. quibus voluerunt: Ergo non est legitima filiorum. Quod apertius probatur *per d. l. 27. Tauri,* dum permittit parentibus deficientibus descendentibus & ascendentibus dictum tertium extraneis relinquere, & clarũ est, q si tertium bonorum foret legitima filiorum, q illis inuitis ad extraneos nõ perueniret: & sic huic rationi inquit Tell. *in d. l. 27. n. 12.* se congruũ respõsum dare nõ posse: & Matienc. *in l. 11. glos. 8. tit. 6. lib. 5. nou. recopil.* curans † respondere, inquit, 8
q ex eo, q antequã ad extraneos perueniat, aliquæ substitutiones præcesserunt, quibus tertiũ factum est alienabile, & ita semper alienabile remanere debet, vt ad extraneos peruenire valeat, *l. pater, §. quindecim, ff. de legatis tertio, Bar. & Iason 1. & 2. lect. Ioann. Crot. & Ferd. Loazes in l. filiusfamilias, §. Diui, n. 430. ff. de legat. 1.* Quæ ratio friuola est, & in nihilo satisfacit, quia vt dictum est, nullo tempore filii in aliqua parte legitimę grauari possunt, & sic nec a principio disponendo, nec ex post facto, pater in tertio, si legitima esset, posset grauamen aliquod ponere, nec filiis omissis relinquere nepotib. valeret, *vt in d. l. Gallus.* Ergo tertiũ bonorum nõ est filiorũ legitima? Ex quo sequitur necessario, quod si aliquid de tertio & quinto bonorum filiæ caussa dotis detur, vel promittatur, q est vltra legitimam, & sic cõtra *d. l. 1.* Quia † idẽ iuris est de parte quoad partem, quod de toto quoad totũ, *l. quæ de tota, ff. de rei vendicat:* & 9
d. l. 1. meliorationẽ tollit, & generaliter loquit, & generaliter

debet intelligi, *l. de pretio, cum vulgaribus, ff. de Public. in rem act.*
10 Et oratio † indefinita, æquipollet vniuersali, *l. si ita relictum, &*
11 *l. si pluribus, ff. de leg. 1.* Et idem † est promittere non meliorare aliquem filium vel descendentem, ac si parentes promitterēt date filiæ post mortem partem æqualem cum ceteris fratribus, & hoc nemo prudens negauit, quia non refert quid vel ex æquipollentibus fiat, *l. Iulianus ait, ff. de cond. & demonst. l. fideicommissa, §. si cui, ff. de leg. 3. l. seruo, ff. de condict. indeb. l. 3. C.*
12 *de instit. & substit. l. seruo, C. de donat. quæ sub mod.* Nam † donatio & quilibet contractus potest post mortem conferri, *vt in l. vnica, C. vt act. ab hered. & contra heredem, & ibi glos. & Dd.*
13 Et quod † dictum pactum operetur idem, ac si diceretur de relinquendo filiis partes æquales, tenet Dec. *in cons. 184. col. 2. & in cons. 475. num. 21. Bald. in l. cum archiatri, col. fin. C. vt in poss. leg at. Burg. de Paz Iun. quæst. 1. Azebed. in d. l. 6. num. 6. titul. 6. lib. 5. nouæ recopil. Reg.* Atque ita filia statim, cum facta sit dicta promissio & pactum de non meliorando, ius dictæ partis tertii & quinti irreuocabiliter acquireret, cōtra dictam *l. 1.* Nam dictum pactum re vera donatio est, cum ex eo ius filiæ confirmetur, quod auferri de iure poterat, *l. si sponsus, §. si maritus, ff.*
14 *de donat. inter vir. & vxor. Angul. in d. l. 6. glos. 5. num. 3.* Et † sicut si filiæ caussa dotis statim prima pars dicta tertii & quinti promitteretur & traderetur, non valeret, ita post mortem effectum non habebit: Nam quod vna via alicui prohibetur, non debet ad id per aliam admitti, *Reg. cum quid, de reg. iur. in 6. cum*
15 *vulgaribus.* Ex quibus † infertur, esse falsum dicere, quod per dictum pactum filia nihil vltra legitimam consequitur, cum legitima inter filios non sit tertium & quintum, & sic filia non agit de damno vitando, sed de lucro captando, contra *d. l. 1.*
16 Et similiter † est falsum, & absurdum dicere, quod pater non disponendo de tertio & quinto bonorum, auget legitimam filiorum, cum a lege taxata sit, & nemo facere potest, quin le-
17 ges in † suo testamento locum habeant, *vt in l. nemo, ff. de legat.*

gat. 1. l.... C. de iurisdictio. omn. iud. Nam ex † eo, quod pater nollet de tertio & quinto disponere, legitima non augetur, sed patris hereditas augetur: nam alias diceremus, quod quando quis moritur ab intestato sine filio herede legitimo, & ideo legitimis heredibus hereditas defertur, q; dicta hereditas est legitima eorũ, & idem quãdo deficientibus heredibus legitimis mulier succedit, & deficienti † etiam muliere fiscus, quod erit legitima mulieris vel fisci: quod est absurdum & vitandum, *l. nam absurdum, ff. de oper. libert.* Ex quibus † etiam sequitur esse falsam aliam opinionem Angul. *vbi supra num. 8. & 9. cum seqq.* quam deduxit ex dicta sua prima falsa opinione, qui tenet quod filia potest in dotem recipere partem integram, & tantam, quantam post mortẽ patris reciperet, si pater nullum filiũ melioraret: & quod similiter potest recipere dictam partem, attentis bonis, quæ pater habet tempore promissionis dotis: Exempli gratia: Pater habens quatuor filios & filias, & quatuor mille aureos nummos, in bonis filiæ vni mille nummos aureos in dotem promisit & tradidit, inquit Angul. quod dicta dos in totum valet. Et quod † hæc opinio Angul. sit falsa, per ea quæ diximus superius, probatur, quia vltra legitimam recipit, & si dictum pactum de non meliorando in fauorem dotis non valet, a fortiori pacti effectus, qui resultat ex ipsa traditione, non valebit: & quia plus est aliquid facere facto quam verbo, *vt in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de noui oper. nuntiat. cum vulgaribus.* Et contra Angul. quod pater non possit caussa dotis aliquid de quinto bonorum filiæ dare, etiam æqualitate inter filios seruata, tenet Ayora *in tract. partit. 3. part. quæst. 26. num. 28. vers. quinto.* Et vt hoc, & in quantum attinet ad tertium, tenet idem cum Angul. quia inquit, quod alia legitima filiorum est diminuta, & alia larga, & quod larga legitima est, quando solum quintum bonorum deducitur, & minima siue necessaria, quando tertium & quintum extrahitur. Ex quo infert, quod secundum *d. l. 1.* pater non poterit fi-

19

20

liæ in dotem dare, nisi partem æqualem cũ fratribus legitimæ largæ, & nihil vltra: quia quintũ bonorum nullo tempore est
21 legitima. Quæ † distinctio falsa est per supradicta, quia sola vna est legitima & necessaria, de qua pater in præiudiciũ filiorum disponere non potest; Et hæc est, quam minutam Ayora vocat: nam tertiũ bonorum nullo tempore est legitima filiorum, *vt superius late probatum est*. Et quod tertium non sit legitima, nec pars legitimæ, tenent Quesada *in quæstionib. suis, c. 6. n 15. in fi. Castel. in l. 22. Taur. verb. Como si fuessen, & in l. 18. Taur. in fi. Gom. Arrias in l. 16. Tau. n. vlt.* Est igitur tertium tertia spe-
22 cies † bonorum, de quibus parentes disponere non possunt,
23 nisi seruata forma *d. l. 27. Tauri*. Et † Angul. *vbi sup.* nõ percipiens intellectum dictæ *l. 2. & l. 3. tit. 8 libr. 5. nou. recop. Reg.* rationibus friuolis se inuoluit: Nam si, vt probatum est, filia non potest in dotem vltra legitimam aliquid recipere, quæ legitima est deducto tertio & quinto pars æqualis cum fratribus, qui est intellectus clarus *d. l. 1.* conueniens, ex illo sequitur clarus intellectus ad *d. l. 3.* permittentem genero eligere tempus constitutæ dotis, vel tẽpus mortis patris, qui eam dedit, ad cognoscendũ an inofficiosa fuerit: nam ad euitandã correctionem attenta *d. l. 1. d. l. 3.* intelligi debet, quando filia attẽtis bonis paternis, & deducto tertio & quinto bonorũ legitimam tantum sine aliqua part. tertii & quinti recepit: nã postea bonis paternis diminutis vel consumtis, si fratres velint dotem inofficiosam dicere, illis *d. l. 3.* obstat: qua gener se defendit tẽpus dotis promissionis & solutionis eligens, & extra bonis patris postea auctis augmentum legitimæ petere poterit, quod non est sine magna controuersia inter Doct. de iure communi: Nam duæ communes opiniones contrariæ inueniuntur,
24 altera † quæ tenet, ꝙ filia cui dos constituta semel fuit, cũ qua contenta exstitit, quia dos in locum legitimæ succedit, *vt in l. quoniam Nouell. C. de inof. testam.* post dotis constitutionem bonis patris auctis, poterit augmentum legitimæ petere, nisi iuramen-

ramētum interueniat, *vt in c. quamuis pactum, de pact. in 6.* Alia communis opinio tenet contrarium quam dicit veriorem & seruari Boer. *dec. 62. n. 14. & 15. & d. l. 3. quae est l. 29. Taur.* dictam primam opinionem approbare videtur, dum dictam electionem concedit. Et † si dixeris, quod *d. l. 29.* nō loquitur in casu, 25
quo filiá legitimæ renuntiauit, & fuit cum dote contenta, sed quando simpliciter dotem recepit, quia, vt dictum est, dos in locum legitimæ succedit, *vt in d. l. quoniam Nouella, & in l. sancimus, C. de nup. Boer. in d. dec. 62. n. 3.* Similiter sunt aliæ duæ cōmunes opiniones contrariæ: nam Iac. Butr. *in l. pactum ver. modo quaro, C. de coll.* tenet, ꝙ filius qui legitimam in vita patris recepit, postea bonis patris auctis & augmentatis nō poterit augmentū legitimæ petere, per tex. *in l. pen. C. de sol.* qua cauetur, ꝙ si fundus in solutū datus opera & industria creditoris melior factus fuerit, nihil potest debitor de augmēto petere, & e contra, diminuto fundo nihil creditor a debitore petere pōt, quia solutione eius ꝙ debetur, omnis obligatio tollitur, *vt in §. 1. Inst. de solutio.* Quam opinionem dicit communem Cou. *in c. quamuis pactū, part. 3. §. 1. n. 2.* communem etiam dicit Ant. Gom. *in d. l. 22. Taur. n. 4. Rom. in d. l. pactum, col 6.* & Tellus Fern. *in d. l. 22. Taur.* dicit eam magis cōmunem & veriorem & tenendam, & Baec. *in tract. de non meliorand. filiab. c. 15. n. 30.* in filia dotata loquens, magis communem attestatur. Cōtrariam opinionem ꝙ filius possit auctis bonis patris augmētum legitimæ petere, tenet Bal. *in d. l. pactū quod dotali, 6. oppositione, C. de coll.* quam dicit cōmunem Ias. *in l. cum quaeritur, & in auth. Nouiss. n. 9. & in l. si quando, §. 1. C. de inof. testam.* Et hāc dicit magis communem & eam sequitur Mencha. *de success. creat. §. 20. n. 291.* & magis cōmunem eam vocat Couar. & eam sequitur *in d. c. quamuis pactum, 3. p. §. 1. n. 2.* & hanc partē sequitur Ioan. Gut. *in d. c. quāuis pactū, in verb. a filia, n. 8. & 9.* Vbi aliquib. fundamentis eam corroborat, & quā plurimos Dd. hanc partem tenentes recenset: q̄ mihi verior videtur: q a iuri de futuro nū-

quam quis videtur renunciare, *Anchar. in consf. 204. Doct. in l.*
26 *qui Romæ*, §. *duo fratres*, *ff. de verb. oblig.* Ad quod † facit, quod filia renũtians hereditati paternæ, nõ præsumitur iuri renuntiare ex post superuenienti, *Corn. consf. 80. vol. 4. Gozad. consf. 20. n. 5. Gigas consf. 70. n. 169. Mascard. plures referens in concl. 1265. numer. 15. deprobat. vol. 3.* Et e contrario sunt duæ magis commu-
27 nes opiniones † contrariæ, quarum vna tenet, quod patris facultatibus diminutis, nihil potest a filio, qui legitimam recepit, ab aliis fratribus peti: alia tenet quod sic, *vt Gutierr. vbi supra num. 10.* Et ego hanc teneo: nam qui sentit commodum, damnum etiam sentire debet, *l. secundum naturam, cum vulgaribus ff. de regul. iur.* Et quia legitima attenditur, secundum facultates, quas testator tempore mortis reliquit, *l. cum quæritur, C. de inoffic. testam. l. Papinianus*, §. *quarta, ff. eod. tit.* Et quia idem videbatur dicendum in dote constituta, secundum opinionem Doctorum, quos refert Menoch. *consf. 335. num. 47. vol. 5.* & dict. *l. 29. Taur.* concessit vxori & marito dictam electionẽ fauore dotis, & in aliis donationibus præcipit, vt tempus mortis donatoris & testatoris attendatur, ad videndum
28 an inofficiosæ fuerint, & *d. l. 29. Taur.* in dotis † cõstitutione videtur sequi opinionem Socin. Sen. *in consf. 100. lib. 3. & consf. 57. lib. 4.* vbi tenet, quod dos esse debet iuxta legitimæ quantita-
29 tem, quem refert Menoch. *in consf. 8. num. 15.* Quod in † principio dictum est, quod pactum de meliorando est seruandum, intelligendum est, nisi in fauorem alicuius factum sit: nam ille in cuius fauorem factum sit, meliorari poterit: nam quod fauore alicuius introductum est, non debet in eius o-
30 dium retorqueri, *l. quod fauore, C. de legib.* vel † nisi dicto pacto renuntiauerit: nam tunc poterit alius filius meliorari, quia quilibet potest iuri suo renuntiare, *l. si quis in conscribendo, C. de pactis, Palat. Rub. in d. l. 22. num. 11. Anton. Gom. num. 24. Castell.*
31 *nu 15. & 29. Angul. glos. 2.* nisi in † fauorem omnium filiorum propter ęqualitatem inter eos seruandam factum fuerit: tunc enim

enim omnium consensus necessarius foret, vt aliquis meliorari possit, quilibet tamen suæ parti meliorationis renuntiare valeret, & pro parte renuntiantis melioratio teneret, per *d. l. si quis in scribendo*, quia dictum pactum non omnes tangit vt vniuersos, sed vt singulos, *reg. quod omnes, & ibi glos. de reg. iur. in 6. l. aliud esse vendere, §. refertur, & ibi Decius, ff. de reg. iur.* Nisi tale pactum † in fauorem tertii factum sit: quia in eius præiudicium renuntiatio facta non valeret, vt si caussa matrimonii cum aliqua contrahendi factum sit, *Gutierr. in d. c. 59. num. 12. & 13. de iurament. confirmat. part. 1. Azebed. in d. l. 6. num. 20.* Et quando † pactum de non meliorando factum est cum aliquo filio, & in eius fauorem, ceteri filii meliorari possunt, reseruata parte & portione meliorationis dicto filio, cum quo pactum fuit, ita vt partem quam haberet, si melioratio non fieret, habeat: *Ita Castel. in d. l. 22. in verbo, Que no vala, quem refert & sequitur Ludouic. Velazq. de Auendano in d. l. 22. glos. 1. num. 7.* Quia inquit, quod donatio excessiua ad quantitatem de iure permissa, reducitur & in excessu tantum reuocatur, *vt in l. si mihi, & Titio, §. 1. ff. de legat. 2.* Et quia vtile per inutile non vitiatur, *l. sancimus, cum vulgaribus, C. de donat. idem tenet Matienc. in d. l. 6. glos. 3. num. 2.* Contrarium † tenet Azebed. *in d. l. 6. numer. 20. in medio.* Quia inquit, quod *dicta l.* indistincte disponit meliorationem in contrarium factam non valere, & quod indistincte quoad omnes intelligendum est procedere: & quia quando lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, nec diuidendus est actus vnus circa diuersos, cum ipsa promissio indiuidua videatur, & tandem cogitandum relinquit: & male, nam his non obstantibus dicta opinio Castelli & sequacium tenenda est: quia *d. l. 22. Taur.* loquitur, quando in fauorem omnium filiorum pactum factum fuit: & tunc non est dubium, nisi quod melioratio in contrarium facta non valebit, nisi filii pacto & promissioni in fauorem eorum factæ renuntiauerint, vel aliquis ex illis renuntiauerit: nam

34 melioratio † pro portione renunciantis vires habebit, quia remittentibus actiones suas, non est amplius dãdus regressus ad eas, *l. quæritur*, § *si venditor, ff. de ædil. edict. Castell.* & alii loquuntur, quando pactum fuit factum in fauorem alicuius ex filiis, & in hoc casu non loquitur dicta lex, quod ex eius verbis patet, quæ talia sunt, *Si el padre o la madre, o alguno de los ascendientes prometio por contrato entre viuos, de no meiorar a alguno de sus hiios o descendientes, y passo sobre ello escritura publica: en tal caso no puede hazer la dicha meiora de tercio y quinto*: Ex quibus verbis clare constat, quod non fuit promissio de non meliorando in fauorem principaliter alicuius facta, sed omnium: & quando pactum factum fuit in fauorem vnius, diuersa ratio militat, & sic diuersũm ius, *vt in l. fi. ff. de rit. nupt.* & ex hoc superius *n. 29.* tenui, quod filius, in cuius fauorem pactum factum fuit, potest meliorari: & idem cum aliis a se relatis tenet Azebedo *in d. l 6. n. 19. in fine, & num. 20. in princ.* & qui hanc opinionem sequitur, dictam opinionem Castelli, secundum regulas iuris a fortiori sequi tenebatur: Nam si vera esset opinio Azeb. d. filius, in præiudicium aliorum, quibus erat ius quæsitũ, meliorari non posset; & sicut filius, cuius gratia pactum fuit factum, potest meliorari; ita alter ex fratribus meliorari poterit, dum
35 modo illi sua portio meliorationis reseruetur: nã aliter † vellet quod sibi non prodesset, & meliorato noceret, cõtra text.
36 *in l. 2. §. itẽ Varus, in fi. ff. de aqua pluu. arcen.* Et † quia per pactum de non meliorando, promissa & donata videtur singulis portio æqualis, *Dec. cons. 184. col. 2. & cons. 475. n. 21. Burg. de Paz Iun. q. 5. idem Azeb. in d. l. 6. n. 6.* Et illa soluta obligatio promissionis
37 tollitur, §. *1. Inst. de sol.* Nota † tamẽ, quod pactũ in dubio præsumitur factum in fauorem filii, cum quo factum fuit, sicut legatum presumitur factum contemplatione legatarii, *Dec. consil. 601. in fi. Soc. Sen. cons. 69. n. 5. lib 1 ex sententia Bart & aliorum*
38 *in l. 1. C. de leg.* Ex quibus † infertur, quod mortuo fratre sine descendẽtibus, in cuius fauorem dictum pactum fuit factum, alter

alter fratrum melius & sine dubio meliorari poterit, *Castell. in d.l. 2. & ibidem Palat. Rub. num. 11. & 13. Ant. Gom. num. 24. in fine, Matienc. in d. l. 6. gloss. 3. num. 3. & gloss. 4. num. 4. & Azebed. num. 20. in fine.* Et idem videtur tenere Angul. *in d. l. 6. gloss. 10. nu. 7.* & sic fugiendum est ab opinione Tell. *in dict. l. 22. n. 20.* quatenus tenet, dictum pactum mortuo filio, in cuius fauorem fuit factum, sine descendentibus, ad heredem extraneum filii transire. Contra quem tenet Matienc. & bene *in d. l. 6. gloss. 4. nu. 40. & Azebed. ibidem, n. 20. in fine.* Quæ † dicta sunt limita, 39
nisi dicta promissio de non meliorando in testamento & vltima voluntate facta fuerit, quia cum vltima voluntas vsque ad mortem deambulatoria sit, *vt capite, cum Marte, de celeb. miss. l. rem legatam, ff. de adim. leg.* dicta promissione & pacto non obstante, poterit a patre melioratio fieri, & quia *d. l. 22.* pactum de nõ meliorando per contractũ inter viuos factum, seruari iubet, & ita intelligunt *d. l. Peralt. in l. si quis in princ. testament. n. 136. ff. de leg. 3. Mieres de maioratu 1. part. q. 28. n. 1. Lud. Velazquez de Auendano in d. l. 22. glos. 1. num. 12.* Nisi per viam contractus in vltima voluntate sit factum: quod fieri potest, *secundum Albertum in rubrica, C. de donation. num. 1. Mieres & Velazquez de Auend. vbi supra.* Nam † donatio inter viuos, po- 40
test in testamento fieri, *Boerius decis. 353. Tellus in leg. 3. Tauri, secunda part. numer. 12. l. assignare, §. fin. ff. de assign. libert.* Velazquez vbi supra alios referens, qui in dicta glossa prima tenet, dictum pactum de nõ meliorando in scriptura priuata & recognita factum seruandum fore: quia recognitio scripturæ vim † publici instrumenti habet, *secundum Mieres alios referent. in dict. tract. maior. prima parte, q. 65. Burgos de Paz Iun. in q. 4. num. 13.* 41

An filia per contractũ † inter viuos sine expressione dotis 42
meliorari queat, & neptis ex filio vel filia possit ab auo meliorari, tractat Azebed. *in d. l. 1. num. 12. cum tribus sequentibus,* & tenet cum aliis Doct. quod sic. Contrarium mihi verius

videtur, ne dicta *l. 1. tit. 2. lib. 1. Recopil.* defraudetur: Nam si dicta filia & neptes meliorari possent, *dict. l. facile* defraudaretur, contra reg. *certum, de reg. iur num. 6. l. non dubium, C. de leg.* & eadem ratio militat in prædictis casibus, quæ in dotando filiam. Ergo idem ius, *l. a Titio, ff. de verb. oblig. Baec. in tract. de non meliorand. filiab. cap. 7. num. 11.* Vide infra *in cap. 13. num. 35. cum sequent. lib. 4.*

SVMMARIA.

1 *Parentes possunt donare extraneis quintam partem bonorum suorum.*

2 *Donationes duæ de duobus quintis a parentibus filiis facta valent, altera in quinto & altera in tertio.*

3 *Donationibus duabus, de duobus quintis factis a parentibus duobus filiis, vna per contractum inter viuos, altera in diuerso tempore in vltima voluntate: 1. valebit in 3. 2. in quinto secundum aliquos, contrarium n. 4. cum sequent.*

4 *Donatio in quinto semper est reuocabilis in totum, secundum aliquos Doctores.*

5 *Donatio quinti, tradita solum quoad funeralia, est reuocabilis.*

6 *Verba contractus, est forma contractus, quæ forma dat esse rei.*

7 *Verba sunt intelligenda vt sonant: quia nemo loquitur, nisi quod sentit.*

8 *Mens per nomen significatur, & ciuilia nomina in sui natura sunt retinenda.*

9 *Verba testatoris & contrahentium sunt sequenda, & non est ab illis recedendum, nisi de eorum voluntate appareat.*

10 *Animus ex hominis loquela declaratur.*

11 *Coniecturis non est locus in certis.*

12 *Viam videtur quilibet eligere, per quam actus valeat & non pereat.*

13 *Testator si instituat heredes, & notarius dicat volens codicillos facere, non nocet quin sit testamentum.*

14 Ver-

14 *Verba impropriantur vt intentioni deseruiant.*

15 *Testator non potest de duobus quintis disponere sine praeiudicio tertii bonorum, quia nemo potest facere quin leges in suo testamento locum habeant.*

16 *Tertium bonorum legatum extraneo, valebit in quinto, quia vtile per inutile non vitiatur.*

17 *Quinti duo si a parentibus in vltima voluntate filiis legentur valebunt.*

18 *Quintis duobus filiis a parentibus legatis, an 1. in 3. vel in quinto sit imputandus, num. 18. cum seqq.*

19 *Nominatus primo magis dilectus censetur.*

20 *Affectio parentum erga filios aequalis est.*

21 *Pater semper praesumitur velle seruare aequalitatem inter filios.*

22 *Conditio apposita in persona vnius filii, censetur repetita in persona alterius.*

23 *Collatio bonorum, quae alias non fieret, fit inter fratres propter aequalitatem seruandam.*

24 *Praelegata non imputantur in legitimam propter aequalitatem seruandam inter filios.*

25 *Quintis duobus in vna scriptura donatis per contractum inter viuos duobus filiis, est inter filios aequalitas seruanda.*

26 *Quinto bis in eodem testamento separatim legato a parentibus duobus filiis, pro aequalibus partibus filii concurrere debent: vt puta, quia dixit quintum quod legaui Petro, lego Ioanni.*

27 *Melioratio tacita a lege inducta in fundo donato, an prius in tertio vel in quinto sit imputanda, num. 27. cum seqq. vsque ad num. 32.*

28 *Quintum secundum legem styli seruatam deducitur prius de corpore hereditatis & postea tertium.*

29 *Contrahentes in dubio secundum morem regionis, vbi contrahunt, videntur contrahere.*

30 *Fundus donatus a parente filio, si aequiualuerit tertio bonorum, imputabitur in tertio.*

31 *Venditio vel locatio iudicatur ex qualitate pretii.*
32 *Res simpliciter tradita a patre filio, si aequipolleat legitimae, censetur data in compensationem legitimae.*
33 *Pater non habens filios nisi tantum posthumum, an possit vltra quintum legare, num. 33. cum sequent.*
34 *Allegants leges fori vsitatas, ei incumbit probatio.*
35 *Posthumus non potest in legitima grauari.*
36 *Pater tenetur suum posthumum heredem instituere.*
37 *Posthumo praeterito & non nato non rumpitur testamentum.*
38. *Donationibus in vita minutatim a parentibus factis, an possint integrum quintum legare.*

CAPVT IX.

Quando duo quinti bonorum a parentibus donantur, qualiter valere debeant.

1 PArentes per contractum inter viuos & in vltima voluntate vnum † tantum quintum bonorum suorum extraneis donare possunt, *vt in l. 28. Tauri disponitur*, quae nunc est *lex 12.*
2 *titul. 6. lib. 5. non. recop. Reg.* Quod † si duobus filiis in diuersis temporibus singulas donationes de quinto bonorum fecerunt, nõ est dubium, quin aliae donationis vires habeant, quia vna in quinto, altera in tertio valebit: Ita videtur sentire Tellus *in d. l. 28. in 1. col. n. 1. Cifuentes in l. 18. Taur. prope fin. Ayora in tract. partit. p. 2. c. 8. per totum, Azebed. in d. l. 12. nu. 2. & tertio:* & qualis in tertiũ imputabitur; est videndum: Quando vna do-
3 natio † de quinto bonorum fuit per contractum inter viuos facta, & altera in vltima voluntate. Ayora *vbi supra q. 9.* tenet, quod prima est in tertio intelligenda, secũda vero in quinto, quia prima fuit irreuocabilis, & ne intestabilis fiat, ideo de tertio intelligenda est. Idem tenet Azeb. *vbi supra, in d. l. 12. n. 3.* Quorum opinio mihi vera non videtur: sed quod prima donatio debet in quinto intelligi, prout facta fuit, secũda autẽ in tertio, quia aliter valere non potest. Quia ipse Ayora sibi

con-

contrarius *in q. 14. in* † *dict. 2. par. tract. de par.* tenet, q̃ donatio 4
quinti, quamuis sit tradita, semper est reuocabilis. *Idem tenet Ant. Gom. in l. 17. Tauri, n. 10. Roder. Suar. in l. quoniam in priorib. prope fi. §. nono quaeritur, n. 5. vers. praeterea, C. de inoffic. testam. Gregor. Lup. lege 3. in verbo. No valdra, ad fin. tit. 14. p. 5. Matienc. in l. 1. glos. 4. n. 21. & 22 tit. 6. lib. 5. nouae recopilationis, Ioann. Gutier. alios referens in q. 50. super noua recopil. libr. 2.* Et sic † cessat ratio 5
Ayorae, cum semper sit reuocabilis donatio quinti, & de illo testator possit testari secundum supra dictos Dd. quorum opinionem non esse veram probaui *supra c. 6. n. 72. isto lib.* Et secutus sum opinionem Dd. tenentium, quod donatio quinti tradita solum quoad funeralia, erit reuocabilis; & q̃ non erit verum dicere, q̃ parentes donando quintum bonorũ efficiuntur intestabiles: ex quib. sequitur, q̃ etiam si donatio quinti sit irreuocabilis, cessat ratio Ayorae, & sic eius assertio cessare debet, *vt in l. adigere, §. quamuis, ff. de iur. patronat. cap. cum cessante, de appellation.* Item, quia † verba contractus sunt forma 6
contractus, quae forma dat esse rei, *vt notat Bald. in l. quoties, colum. 2. C. de suis & leg. hered.* Et quia † verba debent intelligi vt 7
sonant, quia nemo loquitur, nisi quod sentit, *l. quod Labeo, §. idem Tubero, ff. de suppel. leg.* Et † mens per nomen significatur, 8
& ciuilia nomina retinenda sunt in sua natura, *l. verbis ciuilib. ff. de vulg. & pup. substit.* Et sicut † a verbis testatoris non est re- 9
cedendum, nisi de eius voluntate appareat, *vt in l. non aliter, ff. de leg. 1.* ita nec a verbis contrahentium recedendum est, *vt in l. fideiussores magistratuum, ff. de fideiussor. l. si quis stipulatus sit Stychum, ff. de verb. oblig.* Et ex † loquela hominis eius animus iu- 10
dicatur, *vt notat Bald. in l sed & reprobari, in princ. de excusat. tut. & cur.* Item, quia † in certis nõ est locus cõiecturis, *l. continuus,* 11
§. cũ ita, ff. de V. O. Secundus a. quintus † resoluitur in tertio, *vt* 12
dictũ est, q. a. alias nõ valeret, & semper videt̃ quis eligere viam per quã actus valeat, ne pereat, *Bal. in l. id quod pauperibus, col. fi. vers. vltimo quaeritur circa hoc, C. de Episcop. & Cleric. & l. plane, &*

ibi Bald. ff. quod fals. tutor. auctor. Facit optime textus in *cap. nisi essent, de præbendis, text. in l. 3. ff. de testam. milit. Greg. Lup. videndus in l. 6. glos. 4. q. 2. titul. 11. part. 6*. Ad quod facit quod tenet
13 Angul. *in l. illud, §. tractari, ff. de iure codicill*. Quod † si testator instituit heredes, & notarius dicat, *talis valens codicillos facere*, ista verba notarii non impediunt, quin valeat vt testamentum, *vt tradit Iason in l. non codicillum, C. de testam. referens quoddam cons. Alexand. & dictum Bald. in l. Imperator, 1. col. 2. ff. de stat.*
14 *homin*. Verba enim † impropriantur vt intentioni deseruiant, *l. insulam. ff. de præscript. verb. l. sed et si possessor, §. si iurauero, ff. de*
15 *iureiurand. cap. intelligentia, de verb. signific*. Quod † procedit in dubio: alias si testator vellet aliud quintum legare sine præiudicio tertii, ita quod in tertio non imputaretur, tale legatum quinti iuribus non subsisteret, quia quod potuit, noluit, quod voluit; adimplere nequiuit; *l. 1. & ibi Dd. ff. de iur. codicill*. Et quia nemo potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant, *l. nemo potest. ff. de legat. 1.* vbi vide Paul. *col. 1. vers. sed quæro quid e conuerso, & in l. fin. C. de codicill. l. 32. tit. 9. part. 6.* Et per supra dicta idem iudicandum videtur de tertio bono-
16 rum a parentibus † extraneo legato vel donato: nam ex eo quod non potest, nisi in quinto valere, in quinto sustineri debet: & quia vtile per inutile vitiari non debet, *regula vtile cum vulgaribus, de reg. iur. in 6. facit lex 7. tit. 12. lib. 3. for*. Ita tenet Segur. *in l. vnum ex familia, § sed si fundum, fol. 17. ff. de leg. 2. Cif. in l. 18. Tauri, num. 7. Angul. in tract. de meliorat. l. 12. glos. 1. num. 4. Azeb. in d. l. 12. in princ. num. 3. tit. 6. libro 5. nouæ collect. Reg*. Quod
17 si duo quinti † duobus filiis a parentibus in vltima voluntate & testamento legati fuerint, similiter per supra dicta valebũt: quia diuersitate legatorum multiplicatur dispositio *l. 50. ff. de probat. Bartol. in l. re coniunct. col. 3. & ibi Ias. col. 19. ff. de legat. 3.*
18 Et videtur † dicendum, quod primus quintus legatus sit in quintum imputandus, vt de duobus quintis diuersis temporibus factis diximus *supra nu. 3. & seqq*. & quia valet argumen-
tum

tum ab ordine, *l. nec enim, ff. de solut. cum vulgaribus.* Vel videtur dicendum quod primus quintus imputabitur in tertio, & secundus pro vt sonat valebit, & sic melioratus in secundo quinto tenebitur ad contenta *in l 30. Tauri*, quia primo nominatus censetur † magis dilectus, *l. Publius, ff. de condit. & de-* 19
monst. authent. hoc amplius, C. de fideicommiss. Corn. cons. 161. vol. 2. & cons. 30. vol. 4. Crauett. cons. 161. num. 5. Marian. Socin. cons. 21. num. 19. vol. 1. Paul. Castrens. cons. 121. col. 2. vol. 1. Anchar. cons. 38. num. 1. & Franc. de Arct. cons. 155. num. 5. vers. sed in substitutione, & sic primum integrum solui debet, *l. quoties, ff. de solut. Bald. videndus in l. sicut, ff. de iustitia & iure.* Imo † verius & tenen- 20
dum videtur, quod expensæ funerum & legata tam pia, quam non pia, sunt de ambobus quintis soluenda & deducenda, quatenus vnum quintum non excedant, & residuum est inter ambos fratres diuidendum, quia affectio parentum erga filios æqualis est, *l. isti quidem, ff. quod metus caus. l. fin. C. de curat. furios.* Et quia † pater semper præsumitur velle æqualitatem 21
inter filios seruare, *l. pater, § cunctis, & ibi notat Bald. ff. de legat. 2. & in l. fin. C. comm. vtriusque iud.* Facit optime quod concludit Arct. *in cons. 1. vers. in casu autem, col. pen.* Quod in † dubio ex 22
dicta iuris præsumtione conditio apposita in persona vnius, censetur repetita in persona alterius ex tacita mente defuncti: *Idem † tenet Ruin. in cons. 133. num. 19. vol. 2.* Et quia propter 23
æqualitatem † seruandam, aliquando fit collatio bonorum, 24
quæ alias non fieret inter fratres, *l. illud, C. de collat. l. 4. titul. 15. part. 6.* Et propter † æqualitatem seruandam inter filios præ- 25
legata non imputantur in legitimam. *Ruin. in d. cons. 133. nu. 19.* Et quæ dicta sunt de duobus quintis, duobus filiis in testamẽto & vltima voluntate legatis, dicenda sunt de duobus quintis in vita per contractum inter viuos in vna scriptura eodem tempore donatis: nam etiam in hoc casu dictæ rationes militant, ideo idem ius statui oportet, *vt in l. a Titio, ff. de verbor. oblig.* Quando testator de vno quinto tantum sensit; vt puta:

ibi Bald. ff. quod fals. tutor. auctor. Facit optime textus in *cap. nisi essent, de præbendis, text. in l. 3. ff. de testam. milit. Greg. Lup. videndus in l. 6. glos. 4. q. 2. titul. 11. part. 6.* Ad quod facit quod tenet
13 Angul. *in l. illud, §. tractari, ff. de iure codicill.* Quod † si testator instituit heredes, & notarius dicat, *talis valens codicillos facere,* ista verba notarii non impediunt, quin valeat vt testamentum, *vt tradit Iason in l. non codicillum, C. de testam. referens quoddam cons. Alexand. & dictum Bald. in l. Imperator, 1. col. 2. ff. de stat.*
14 *homin.* Verba enim † improprianrur vt intentioni deseruiant, *l. insulam, ff. de præscript. verb. l. sed et si possessor, §. si iurauero, ff. de*
15 *iureiurand. cap. intelligentia, de verb. signific.* Quod † procedit in dubio: alias si testator vellet aliud quintum legare sine præiudicio tertii, ita quod in tertio non imputaretur, tale legatum quinti iuribus non subsisteret, quia quod potuit, noluit, quod voluit; adimplere nequiuit; *l. 1. & ibi Dd. ff. de iur. codicill.* Et quia nemo potest facere, quin leges in suo testamento locum habeant, *l. nemo potest. ff. de legat. 1.* vbi vide Paul. *col. 1. vers. sed quæro quid e conuerso, & in l. fin. C. de codicill. l. 32. tit. 9. part. 6.* Et per supra dicta idem iudicandum videtur de tertio bono-
16 rum a parentibus † extraneo legato vel donato: nam ex eo quod non potest, nisi in quinto valere, in quinto sustineri debet: & quia vtile per inutile vitiari non debet, *regula vtile cum vulgaribus, de reg. iur. in 6. facit lex 7. tit. 12. lib. 3. for.* Ita tenet Segur. *in l. vnum ex familia, § sed si fundum, fol. 17. ff. de leg. 2. Cif. in l. 18. Tauri, num. 7. Angul. in tract. de meliorat. l. 12. glos. 1. num. 4. Azeb. in d. l. 12. in princ. num. 3. tit. 6. libro 5. nona collect. Reg.* Quod
17 si duo quinti † duobus filiis a parentibus in vltima voluntate & testamento legati fuerint, similiter per supra dicta valebũt: quia diuersitate legatorum multiplicatur dispositio *l. 50. ff. de probat. Bartol. in l. re coniunct. col. 3. & ibi Ias. col. 19. ff. de legat. 3.*
18 Et videtur † dicendum, quod primus quintus legatus sit in quintum imputandus, vt de duobus quintis diuersis temporibus factis diximus *supra nu. 3. & seqq.* & quia valet argumentum

tum

tum ab ordine, *l. nec enim, ff. de solut. cum vulgaribus.* Vel videtur dicendum quod primus quintus imputabitur in tertio, & secundus pro vt sonat valebit, & sic melioratus in secundo quinto tenebitur ad contenta *in l 30. Tauri*, quia primo nominatus censetur † magis dilectus, *l. Publius, ff. de condit. & de-* 19
monst. authent. hoc amplius, C. de fideicommiss. Corn. cons. 161. vol. 2. & cons. 30. vol. 4. Craue:t. cons. 161. num. 5. Marian. Socin. cons. 21. num. 19. vol. 1. Paul. Castrens. cons. 121. col. 2. vol. 1. Anchar. cons. 38. num. 1. & Franc. de Arct. cons. 155. num. 5. vers. sed in substitutione, & sic primum integrum solui debet, *l. quoties, ff. de solut. Bald. videndus in l. sicut, ff. de iustitia & iure.* Imo † verius & tenen- 20
dum videtur, quod expensæ funerum & legata tam pia, quam non pia, sunt de ambobus quintis soluenda & deducenda, quatenus vnum quintum non excedant, & residuum est inter ambos fratres diuidendum, quia affectio parentum erga filios æqualis est, *l. isti quidem, ff. quod metus caus. l. fin. C. de curat. furios.* Et quia † pater semper præsumitur velle æqualitatem 21
inter filios seruare, *l. pater, § euictis, & ibi notat Bald. ff. de legat. 2. & in l. fin. C. comm. vtriusque iud.* Facit optime quod concludit Aret. *in cons. 1. vers. in casu autem, col. pen.* Quod in † dubio ex 22
dicta iuris præsumtione conditio apposita in persona vnius, censetur repetita in persona alterius ex tacita mente defuncti: *Idem † tenet Ruin. in cons. 133. num. 19. vol. 2.* Et quia propter 23
æqualitatem † seruandam, aliquando fit collatio bonorum, 24
quæ alias non fieret inter fratres, *l. illud, C. de collat. l. 4. titul. 15. part. 6.* Et propter † æqualitatem seruandam inter filios præ- 25
legata non imputantur in legitimam. *Ruin. in d. cons. 133. nu. 19.* Et quæ dicta sunt de duobus quintis, duobus filiis in testamēto & vltima voluntate legatis, dicenda sunt de duobus quintis in vita per contractum inter viuos in vna scriptura eodem tempore donatis: nam etiam in hoc casu dictæ rationes militant, ideo idem ius statui oportet, *vt in l. a Titio, ff. de verbor. oblig.* Quando testator de vno quinto tantum sensit, vt puta:

26 quia dixit. *Lego filio † meo Ioanni quintam partem bonorum meorum*, & postea in eodem testamento dicat: *Eandem quintam partem, quam filio meo Ioanni legaui, Didaco filio meo lego*: dicti fratres coniuncti re videntur, & ambo pro æqualibus partibus concurrent, *Bar. in l. re coniuncti, col. 3. q 3 ff. de leg. 3. & ibi Doctores, & Iason col. 19. text. in l Iulianus quinq; ff de hered. inst. l. vni. §. fin autē, C. de caduc. tollend. Palat. Rub. in l. 26. Taur. n. 21.* Quam opinionem dicit communem Iason *vbi sup n. 24.* Et eandem opinionem magis communiter receptam esse testatur Hier. Gabriel *in cons. 110. in princ.* eamque tutiorem dicit Alex. *in l. si fortidianum, in fin. C. de legat.* Contrarium tenet Dyn. *in l. quod traditum, & l. sequenti, ff. de conditionib. & demonst. per l. nam ad ea ff. eod. tit. & l sicut, ff. de adim. leg.* vbi ita inquit Caius: *Quod Titio legaui, Seio do lego.* quæ res in persona Titii tacitam ademptionem continet: & idem probatur *in §. transferri, Instit. de adimend. leg.* Quam opinionem multi Dd. sequuntur, *vt per Alex. vbi supra.* Nihilominus non est recedendum a prima opinione, quia est magis communis, & secunda potest procedere, quando ex verbis testatoris colligeretur, testatorē voluisse reuocare & adimere primum legatum vni factum, & in alium transferre, & ita non erunt contrariæ dictæ opiniones. Sic videtur sentire Alc. *in l. triplici, in verb. ex parte, ff. de verb. sign. Mantic. in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 12 n. 8. Masc. in 3. vol. de prob. conclus. 128. n. 47.*

27 Dubiū † est, quādo pater vel mater aliquem fundum simpliciter nulla mētione meliorationis facta, donauit & tradidit, & dictus fundus non excedit quintum vel tertium bonorum, & per text. *in l. 26. Tauri, quæ nunc est l.... tit. 6. lib. 5. noua recopil. Reg.* filius in dicto fundo tacite melioratus censetur, an dicta melioratio veniat prius in tertio, quam in quinto imputanda? Et Palat. Rub. *in repetit. cap. per vestras, §. 22. col 3. n. 13. fol. 98.* tenet, quod prius debet dicta melioratio in tertium imputari fauore animæ: nam si prius in quinto imputaretur, nō posset pater aliquid postea pro anima disponere,

quem

quem refert & sequitur Ayora *in tract. part. in 2. p. q. 7.* & dat alias rationes, quia semper videtur quis eligere viam per quam se minus grauare possit, & q; quilibet homo diligens & prudens faceret, & dubia dispositio rei gerendæ adaptari debet, secundũ id quod verosimilius est testatorẽ vel cõtrahentem sensisse per iura, quæ ibi allegat. Cõtra q; videtur facere *l. 214.* styli, quę cõsuetudine † declarata obseruatur, cũ de deducen- 28
dis meliorationibus de corpore hereditatis agitur: nam prius quintum & postea tertium deducitur: & cõtrahentes † cum 29
non apparet de eorũ voluntate, semper secundum regionis morem disponere & contrahere censentur, *l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. l. quod si nolit, §. quia assidua, ff. de ædilit. edict. l. si fundus, ff. de euictionib. l. si prius, §. placuit, ff. de aqua pluu. arcend. & cap. ceterum, de donationib. notat Bar. in l. fi. in princ. ff. de his quæ in fraudem creditorum, & in l. si procurator in princ. ff. de iure fisci:* Et quia si opinio Ayoræ, & aliorum, quos *supra num. 4.* recensui, est vera, scilicet quod donatio quinti semper est reuocabilis, cessant dictæ rationes *Palat. Rub. & Ayora*, & esset magis fauorabile patri, q; dicta donatio potius de quinto quã de tertio facta intelligatur, cũ patri remaneat magis ampla facultas disponendi, cum possit quintũ ad libitũ reuocare, & de quinto & tertio disponere, alias si de tertio intelligeretur, nõ posset nisi de quinto disponere, quia tertiũ semel traditũ reuocari nõ potest, *l. 17. Taur.* Et quia si prius tertiũ imputaretur, magis damnosum patri foret, quia quintum diminueretur. Et ideo dicẽdum videtur, quod † si fundus donatus, æquiualeat 30
quinto, imputetur in quintũ, sin a. æquiualeat tertio, imputetur in tertio: quia illud videtur actũ quod ex qualitate rei colligitur, *vt notat Bart. post gloss. in d. l. semper in stipulationib. ff. de reg. iur. glos. & ibi Bart. in l. 1. §. qui superficiem, in verbo, agendo, ff. de superficieb.* quæ † dicit, quod ex qualitate pretii colligitur an 31
fuerit venditio vel locatio, *vt notat Bart. in l. Patronus, §. 1. col. 2. ff. de legat.... Alexand. cons. 26. lib. 4. Aretin. cons. 6. col. pen. Gre-*

32 *gor. Lup. in l. 2. in verbo, vale tanto, titul. 33. partit.* Ad † quod facit, quod si res tradita simpliciter a patre filio sit æquipollens legitimæ, videtur in compensationem legitimæ data, alias donata præsumitur, *l. cum quo, de peculio, §. fi. ff. ad legem Falc. Anton Gom. in l. 29. Taur. num. 28. in fin.* Nec refert, parum plus vel minus quinti vel tertii valorem fundus excedat: quia quod parum est, pro nihilo reputatur, *l. scio, ff. de in integrum restitut. l. prima, ff. de ædilit. edict.*

33 Dubium † est, *an pater, quando non habet filios natos, nisi tantum posthumum, possit extraneis plus vltra quintum legare?* Et Ayora *in tract. de part. in 2. p. q. 1.* tenet, quod poterit quartam partem bonorum suorum legare, *per textum in leg 3. tit. 13. libr. 3. for. & ibi glossa, Montal. in l. quoniam in prioribus, in lectura super l 9. tit. 5. lib. 3. for* Et inquit quod aduocati non aduertentes ad hoc semper contrarium consulunt, & quod est veritas, quod ab eo dictum est. Mihi autem videtur quod multum deuiat Ayora a veritate, quia per leges fori non est consulendum nec iudicandum, nisi quatenus in viridi obseruantia fuerint, quod probatur per *l. 1. Taur.* ibi: *Mandamos que se guarden las leyes del Fuero, en aquellas cosas que se vsaron, &c.* Et infra, *en lo que*

34 *son o fueren vsadas y guardadas en los dichos lugares, &c.* Ex † quo sequitur, quod alleganti leges fori vsitas esse, incumbit probatio, quia allegat factum, *l. ei qui, ff. de probationib. §. verius, Instit. de legatis, l. actor, C. de probationibus,* & sic negans vsum legum fori, non tenetur probare: quia negantis nulla est probatio, *c. quoniam contra falsam, de probationibus,* & ita tenet Roder. Suar. *in proœmio legum fori*, quem refert & sequitur Gregor. Lup. *in l. 42. in glos. O treynta, tit. 13 partit. 5. idem in l. 28. titu.. 15. partita. 7. in verb. glossa fructu.* Vbi inquit se minime solere allegare leges fori, nisi quando cum legibus partitarum & ordinamentis concordant. Idem tenet Ioann. Gutierr. *in quæst. 93. num. 2. 3. & 4. super noua recopil. lib. 2.* & dictam legem Fori ab Ayora allegatam nunquam vidi, nec audiui seruari,

nec

nec vsitatam fuisse, & ideo † posthumus sicut filius natus non 35
poterit in legitima grauari: Nam posthumus in omnib. quæ ad eius commodum spectant, pro nato habetur, *l. qui in vtero, ff. de stat. hom. §. posthumi, Instit. de legatis, l. 20. tit. 1. partit. 6.* Et pater † tenetur suum posthumum heredem instituere si 36
ne diminutione legitimæ, *vt totus titulus, C. de posth. hered. inst. l. cum quæritur, C. de inoffic. testam. & §. igitur quartam, Institut. eodem titul. l. penult. C. de collat.* Alias nato posthumo legitima ipso iure suppletur, *vt in l. quoniam in prioribus, C. de inofficios. testamento, l. cum scimus, §. repletionem, eodem tit. l. 5. titul 8. partit. 6.* Opinio † Ayoræ posset procedere posthumo non nato, vel si 37
natus fuerit, & non vixerit per spatium viginti quatuor horarum, *secundum legem 13. Tauri*: Nam in tali casu etiam posthumo præterito nõ rumpitur testamentum: quia antea non est suus heres, cum nec homo, *l. finali, ff. de assignat. libert. l. fin. ff. de collat. bonor.* Et posthumo nato valebit in quinto, *per ea, quæ superius n. 16. de tertio extraneo legato diximus, & ita tenet Azebed. in l. 12. num. 17. titul. 6 lib. 5. nouæ recopilat. Reg.*

Donationibus † in vita minutatim iam factis, est dubium, 38
an pater, dictis donationibus nõ obstantibus, possit quintum bonorum suorum legare? Et Cregor. Lup. *in l. 8. in verbo: En vida, tit. 4. part. 5.* tenet, quod non, nisi filii parum in legitima grauarentur, Azebed. *in l. 12. in verb. En vida, num. 11. & 19. titul. 6. lib. 5. nouæ recopilat.* refert opiniones contrarias, quas inquit posse procedere in eleemosynis paulatim & minutatim in vita factis, cum pro Deo data, donata non dicantur, sed debita, & plusquam debita, & centum pro vno Deus retribuat. Et ita tenet Greg. *vbi sup. Nauar. in Manual. Latino, c. 16. n. 36. in 4. illat. fol. 786. in paruis.* Quod verum puto.

SVMMARIA.

1 *Ius accrescendi locum habet, quando duo vel tres filii fuerunt a parentibus meliorati in tertia vel quinta parte bonorum, &*

vnus ex filiis mortuus fuit, quia re & verbis fuerunt cōiuncti.

2 *Accrescendi iuri est locus in coniunctis re tantum melioratis.*

3 *Accrescendi iuri est locus in melioratis verbis coniunctis.*

4 *Ius accrescendi habet locum in melioratis per contractum inter viuos, si melioratio sit reuocabilis.*

5 *Ius contrahendi non habet locum in contractibus de iure communi.*

6 *Interpretatio latior fit in vltimis voluntatibus quam in contractibus.*

7 *Stipulari alteri nemo potest de iure communi, de iure autem Regio sic.*

8 *Iuri accrescendi est locus in contractibus de iure Regio.*

9 *Affectio multum operatur circa ius accrescendi.*

10 *Ius accrescendi fuit a lege inductum ex tacita mente testatoris.*

11 *Iuri accrescendi est locus quando testator legauit mille filiabus pro eorum dotibus altera mortua.*

12 *Melioratione in vita facta, & eius rebus traditis duobus filiis a matre, an vno mortuo viua matre iuri accrescendi sit locus? num. 12. cum sequentibus.*

13 *Ius accrescendi habet locum in parte vacante.*

14 *Traditione scripturæ, in qua sit melioratio, transfertur possessio & dominium rerum meliorationis.*

15 *Ius accrescendi cessat, quando coniuncti re & verbis consecuti sunt portiones suas, præter quam in vsufructu.*

16 *Ius accrescendi habet locum parte acceptata in donatione facta a Principe duobus.*

17 *Melioratio qualiter sit soluenda & deducenda de corpore hereditatis, quando melioratio fuit tradita melioratis per contractum inter viuos, & adhuc viua matre, quæ meliorationem fecit, vnus ex melioratis mortuus fuit.*

CAPVT X.

Quando in melioratione ius accrescendi locum habeat?

Quan-

QVando parentes in testamento & vltima voluntate duos vel tres filios in tertia vel quinta parte bonorum meliorauerunt, vno ex filiis † mortuo, superuiuens vel superuiuen- 1
tes integram meliorationem, quia re & verbis coniuncti fuerunt, habere debent, *vt in l. re coniuncti, & ibi Bart. & Dd. ff. de leg. 3. l. vnica, C. de caducis tollen. §. si eadem, Inst. t. de leg. l. 33. tit. 9. part. 6.* Idem † erit, quando re tantum coniuncti fuerunt, vel- 2
uti cum dixit testator: *Petro filio meo tertium & quintũ bonorum prælego. Ioanni filio meo tertium & quintum bonorum meorum do, lego,* vt in dictis iurib. & ibi Doctores. Idem procedit, quando verbis tantum † fuerunt coniuncti, vt si dixit testator: *Tertium* 3
& quintum bonorum meorum Petro & Ioanni filiis meis pro æqualibus partib. do, lego, vt in dictis iuribus. Et quæ dicta sunt locum habent in prælegato & melioratione rei certæ per dicta iura. Sed si dicta melioratio † fuerit facta per contractum inter vi- 4
uos, & eius naturæ sit, vt reuocari possit, quia tradita non fuit: tunc etiam iuri accrescendi locus erit: nam talis melioratio quodammodo naturam meliorationis in vltima voluntate factæ retinere videtur, cum vsque ad mortem reuocabilis sit, *vt in l. 17. & 44. Tauri, notant Palat. Rub. in d. l. 44. n. 2. Greg. Lup. in l. 43. verbo: No vale, tit. 5. part. 5. Menchaca de successione creat. lib. 1. §. 1. nu. 32.* de quo videndus Ludouicus Velazquez de Auendano *in l. 4. Taur. glos. 5. n. 15. 16. & 17.* Et quia † licet de iure 5
communi in contractibus ius accrescendi locum nõ habeat, *vt in l. si mihi & Titio, ff. de verb. oblig. l. aquam, ff. quemadmodum seruit. amitt. l. si duo patroni, in princip. ff. de iureiurand. Bart. in d. l. re coniuncti, num. 56.* & est communis opinio per dicta iura *secundum Dec. in l. vn. lect. 2. num. 19. C. quando non petent. part.* Et ratio † communiter approbata est, *vt testatur Ripa in d. l. re coniuncti, n. 219.* Quia † in vltimis voluntatibus fit latior interpre- 6
tatio & in contractibus stricta. *l. in testam. ff. de regul. iur. l. quidquid astringenda, ff. de verb. oblig. Imola in d. l. si mihi & Titio.* Tamen quia ex *d. l. si mihi & Titio,* alia ratio verior colligitur *secũ-*

dum Rip. in d. l. re coniuncti, num. 220. quod ideo ibi non est locus iuri accrescendi, quia nemo alteri stipulari de iure communi potest, *vt in l. stipulatio ista*, §. *alteri, ff. de verb. oblig.* §. *si*
7 *quis alium, Institut. de inutili stipulat. l. 7. tit. 11. part. 5.* Et † hodie per legem secundam, *tit. 16. lib. 5. noua collect. Reg.* potest quis alteri stipulari, *vt per eam sic tenent Roderic. Suar. in l. quoniam in prioribus, quæst. 8. col. 4. C. de inofficioso testament. & Couarr. in cap. 14. num. 13. lib. 1. variarum resolutionum, Gregor. Lupus in d. l. 8. in princ. tit. 11. part. 5. & in l. 48. in gloss. mag. tit. 5 part. 5.* Et sic in dicta melioratione ius accrescendi locum habere debet. Et
8 quod † in contractibus de iure Regio habet locum ius accrescendi, tenet per *dict. l. 2. recopilat. Ioann. Gutierrez in sua repetitione l. vn. C. quando non petent. partes, num. 36.* contra Anton. Gomez, qui contrarium tenet *in 1. tomo variar. cap. 10. num. 1.*
9 Maxime, quia in † prædicto casu amor paternus concurrit, & affectio multum erga ius accrescendi operatur, *Bald. cons. 174. volum. 1. Menoch. in præsumt. 149. in fin. lib. 4. præsumt.* cum se-
10 cundum † veriorem & receptiorem sentẽtiam Doct. ius accrescendi fit lege inductum ex tacita mente testatoris, *Gutierrez, vbi supra num. 19. Menoch. late in præsumt. 86. d. lib. 4. de præ-*
11 *sumt.* Hinc est, quod † quando testator coniunctim re & verbis, vel re tantum legauit mille filiabus pro earum dotibus, altera mortua ius accrescendi locum habet, & superstes mille pro sua dote consequetur: *ita Ang. Bald. & Florian. in l. dominus fructuario*, §. *1. ff. de vsufruct. Alexand. in l. qui filiabus*, §. *1. ff. de legat. 1. Bald. in d. consil. 174. lib. 1. Ripa in d. l. re coniuncti, num. 70. vers. ex quibus sequitur, ff. de legat. 3.* quia ex voluntate testatoris hoc prouenit, *Palat. Rub. in repetit. cap. per vestras*, §. *24. n. 8. Me-*
12 *noch. in d. præsumt. 179. in fin. libr. 4.* Hinc † se offert quæstio, quam in facti contingentia versari audiui: Mater duobus filiis legitimis cũ alios haberet, meliorationem de tertio & quinto bonorum omnium suorum per contractum inter viuos fecit, & illis scripturam donationis & meliorationis coram no-


tario

tario tradidit, filiiq; meliorationem acceptauerunt, postea viua adhuc matre, vnus ex filiis melioratis e vita migrauit, nullis filiis & descendentibus relictis, & mater ei heres extitit. Mortua matre, cum inter filium melioratum, & alios eius fratres iudicium familiæ erciscundæ agitur, petit melioratus quod integrum tertium & quintum dictorum bonorum ei adiudicetur, quia in dicta melioratione ipse & frater defunctus re & verbis coniuncti fuerunt, & fratre mortuo tota melioratio per ius accrescendi, seu non decrescendi eius facta est: fratres negant iuri accrescendi locum esse, & quod dimidia pars dictæ meliorationis, quia ad matrem iure hereditario reuersa fuit, sicut hereditaria cum ceteris eius bonis diuidi debet. Et ex eo, quia superius diximus in contractibus de iure Regio locum iuri accrescendi fore, videtur dicendum in prædicto casu dictum melioratum iustum petere. Sed nihilominus † contrarium est tenendum: nam quando here- 13
ditas seu melioratio acceptata est, ius accrescendi locum non habet, quia ius accrescendi ratione partis vacantis a iure est ex mente testatoris introductum, & per dictam traditionem scripturæ † meliorationis, & per eius acceptationem in dictos 14
filios melioratos pro æqualibus partibus possessio & dominium rerum meliorationis transit, *vt in l. 1. C. de donationibus, l. 8. tit. 30. partit. 3. l. 4. & ibi Greg. tit. 4. partit. 5. l. 17. & 44. Tauri.* Et postea †, quam coniuncti re & verbis consecuti sunt por- 15
tiones suas, ius accrescendi cessat preterquam in vsufructu, *vt in l. 1. §. fin. ff. de vsufruct. accrescend. Paul. de Castro in l. aquam. ff. quemadmodum seruit. amitt. Bart. in l. codicillis. ff. de vsufruct. leg. & in l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Senatusconsult. Trebell. Gregorius Lupus in l. 33. in verbo: Accrescer, in vers. nunc vero, titul. 9. part. 6.*

In donatione a Principe † duobus facta, est speciale: nam 16
pars etiam acceptata vno ex sociis sine herede defuncto superuiuenti accrescit, *vt in l. vn. C. si Imperial. liberalit. soc. sine*

hered. decef. lib. 10. Ripa in d. l. re coniuncti, num. 152. vbi Bart. num. 65. Bart. in d. l. vn. Et est communis intellectus dictæ legis *vn. secundum Ant. Gom. in 1. tomo variar. cap. 10. num. 2. Iason plures allegans in l. fin. num. 31. de constit. Princip. Ioan. Gutierrez in dicta l. vn. C quando non pet. part. num. 16.*

17 Sed adhuc in † superiori casu dubium maximum est, *qualiter meliorato dimidia pars dictæ meliorationis de corpore hereditatis sit soluenda, & deducenda, an portione deficientis, qua dicta hereditas aucta fuit, dicta pars meliorationis augeri debeat?* Et videtur quod sic, nam ad soluendam meliorationem tempus mortis meliorantis attendi debet, *vt in l. 29. Taur.* Et dimidia pars dictæ meliorationis defuncti fratris ad eius matrẽ reuersa est, & illa eius hereditas, vt dictum est, aucta fuit. Et ideo videtur dicendum quod de omnibus bonis donatricis, quæ eius mortis tempore manserunt, deducatur quintum & tertium, & in duas partes diuidatur, & vna pars meliorato tradatur, & de altera parte, quæ pertinuit ad alterum fratrem melioratum defunctum deducatur aliud quintum & tertium, & diuidantur, & eius dimidia pars dicto meliorato tradatur: sic enim habebit medietatem tertii & quinti omnium bonorum matris, quam habere debebat, si frater viueret, & habebit quartam partem tertii & quinti bonorum, quæ morte fratris mater acquisiuit, cum quibus eius bona aucta fuere. Facit textus in ratione sui, *in leg. si ita scriptum, ff. de liberis & posthum.* Tu cogita, & melius diuide.



LIBER QVARTVS DE DIVISIONE BONORVM.

SVMMARIA.

1 *Testator potest diuidere hereditatem in partes quas voluerit, & si non diuiserit, in duodecim partes per legem diuiditur.*

2 *Testator faciens mentionem de duabus vel tribus partibus, in dubio, intelligitur de duabus vel tribus partibus de duodecem.*

3 *Testator faciens mentionem de tertia vel quarta parte, tunc debet intelligi de tertia vel quarta parte hereditatis.*

4 *Heredes instituti sine partibus, succedunt æqualiter.*

5 *Heres sine parte institutus, aliis coheredibus cum partibus institutis, succedit in parte, quæ sine herede inuenitur.*

6 *Heredes duo sine parte instituti, succedũt in dimidia parte hereditatis, si alii duo heredes in tota hereditate instituti fuerint.*

7 *Hereditatis pars, quæ sine herede inuenitur, diuidi debet inter heredes scriptos pro partibus, vt instituti fuerunt.*

8 *Heredes quatuor instituti, quilibet in quatuor partibus hereditatis, succedunt singuli in tribus vnciis.*

9 *Heres institutus in duodecim vnciis hereditatis succedit in duabus partibus hereditatis, si alius sit in sex vnciis hereditatis institutus, qui tertiam partem hereditatis habere debet, quando testator voluit dipondium facere.*

10 *Heres qui prius fuit institutus in duodecim vnciis, succedit in quatuor vnciis, si alius sit postea in octo vnciis heres institutus, qui octo vncias habere debet.*

11 *Heredes instituti, quilibet & singuli in tota hereditate succedunt æqualiter.*

12 *Testes deponentes tres fuisse heredes, si non dicunt pro qua parte, intelliguntur de partibus æqualibus deposuisse.*

13 *Testes deponentes tres possedisse, si non dicunt pro qua parte, intelliguntur de partibus æqualibus deposuisse.*

14 *Heredes instituti pro partibus a testatore declarandis, si testator non declarauit, succedunt æqualiter.*

15 *Heredes coniunctim instituti, dimidiam partem hereditatis habere debent, & alius heres alteram dimidiam, & similiter pater vna cum filiis institutus succedit cum filiis in dimidia hereditate, & alius heres in altera dimidia.*

16 *Heredes instituti pro partibus alicuius fundi, habebunt totam hereditatem, quæ sine herede inuenitur, pro partibus, vt instituti fuerunt.*

17 *Heredes instituti quilibet in certa domo vel fundo, nullis aliis heredibus institutis succedunt æqualiter in tota hereditate.*

18 *Heredes duo in vno fundo instituti, altero herede in alia re instituto nullis aliis heredibus nominatis, succedunt in duabus partibus hereditatis & alter in tertia parte.*

19 *Testator instituens heredes Meuium & filios Seii, videtur velle quod Meuius sit heres pro dimidia parte, & filii Seii pro altera dimidia.*

20 *Pœna per statutum imposita Capitaneo & antianis, est diuidenda, ita vt Capitaneus dimidiam partem & antiani aliam dimidiam soluant.*

21 *Prætor habet vnam vocem & antiani aliam, quando negotium committitur Prætori & antianis.*

22 *Testator instituens heredes Meuium & filios Seii æquis portionibus, videtur velle quod singuli viriles portiones habeant.*

23 *Testator instituens ita heredes, Meuium heredem facio, & filios Seii æqualiter heredes instituo, videtur velle quod Meuius sit heres in dimidia hereditate & filii Seii in altera dimidia.*

24 Te-

24 *Testator instituens heredem Petrum & Ioannem fratres suos & filios Nicolai alterius fratris æquis portionibus, censetur velle quod illa dictio æque referatur tantum ad filios Nicolai.*

25 *Lex interdum, de heredib. institu. non procedit, quando testator dixit: Quod æqualiter in stirpes succedant.*

26 *Testator instituens Meuium & quoslibet eius filios, censetur velle vt succedant in capita.*

27 *Filii emancipati heredes instituti, cum patre succedunt similiter, ac si essent in patris potestate constituti, quod non procedit in matre cum filiis instituta.*

28 *Testator instituens Meuium & eius liberos heredes, videtur velle quod Meuius dimidiam hereditatem & liberi alteram dimidiam pro virili habeant.*

29 *Testator instituens Meuium fratrem & eius filios, censetur velle quod Meuius dimidiam hereditatem & filii alteram dimidiam habeant.*

30 *Testator instituens Caium & Sempronii filios heredes, si prohibuit bona extra familiam alienari, censetur velle eos succedere in virilem portionem.*

31 *Testator instituens heredes liberos Caii & Titium, si Titius sit de liberis Caii, vult eos in virilem succedere.*

32 *Pater & filii a testatore fratre instituti heredes, simul concurrunt & non ordine successiuo.*

33 *Testator instituens fratrem & eius filios, si singulos nomine proprio vocauit, censetur velle eos æqualiter & eodem tempore succedere.*

34 *Testator instituens fratrem & eius filios, si eos nomine appellatiuo stricte & limitate vocauit: vt quia dixit, fratrem & eius filios natos tantum instituo, cum alii nasciturí sperarentur: aut tantum emancipatos vocauit cum alii in potestate essent, censetur velle eos eodem tempore æqualiter succedere.*

35 *Testator instituens fratrem & eius filios, quos tunc habebat, si a-*

lii filii futuri non sperabantur nasciturі, vult eos æqualiter & eodem tempore succedere.

36 *Testator instituens fratrem, & eius filios, si alii filii nascituri sperabantur, præsumitur eos ordine successiuo vocasse.*

37 *Testator instituens fratrem & eius filios, si frater nullos filios habebat natos, neque in muliere conceptos, præsumitur illos vocasse ordine successiuo.*

38 *Testator instituens fratrem, & eius filios natos & nascituros, præsumitur velle eos ordine successiuo succedere.*

39 *Testator instituens fratrem & eius liberos vel descendentes, vult eos ordine successiuo succedere.*

40 *Testator instituens fratres & suos, videtur eos ordine successiuo vocare.*

41 *Testator instituens fratrem & eius heredes, vult eos ordine successiuo succedere.*

42 *Testator instituens fratrem vel eius filios, præsumitur illos ordine successiuo vocare.*

43 *Testator instituens fratrem cum eius filiis, videtur velle eos æqualiter & eodem tempore succedere.*

44 *Testator dicens: Instituo fratrem meum heredem vniuersalem, & eius filios, censetur velle eos ordine successiuo succedere.*

45 *Testator instituens fratrem & eius filios heredes, vult eos æqualiter & simul succedere.*

CAPVT I.

Qualiter hereditas inter heredes institutos sit diuidenda.

TEstator potest hereditatem suam in partes, quas voluerit diuidere, & si non diuiserit, per legem in duodecim vn-
1 cias † diuiditur, *vt in §. hereditas, Instit. de heredibus instituend.*
2 *l. seruum, §. vlt. ff. eod. titul. l. 16. tit. 3. partit. 6.* Et † ideo, quando fit mentio duarũ partium, vel trium partium, in dubio intelligitur de duabus vel tribus partibus de duodecim: quia sunt nomina

nomina numeralia, *vt in d. §. hereditas, l. interdum, §. 1. ff. de heredib. instituen. l. cum quæst. C. de leg.* Nisi aliter de voluntate disponentis constet. Sed si † mentio quotæ fiat, videlicet tertiæ 3
vel quartę, aut decimæ partis hereditatis, tunc debet intelligi de tertia vel quarta, aut decima parte hereditatis, *vt in d. l. interdū §. pater.* Et constat ex Bar. *in l. codicillis, §. si quis, ff. de vsufructu legat. Greg. Lup. in l. 16. in verb. De doze oncas, tit. 3. part. 6.*

Et si † testator nullis partibus nominatis, plures heredes 4
instituerit, eius hereditas inter heredes pro æqualib. partibus diuidenda est: quia ita instituti videntur, *l. quoties, §. heredes, ff. de heredib. instituendis, §. sed si plures, Inst. eod. tit. l. 17. tit. 3. part. 6.* Quod si in certis partibus quosdam heredes fecerit, & alium sine parte heredem instituerit, is qui sine † parte fuit heres in- 5
stitutus, residuum hereditatis habebit, & alii solum partes, in quibus singuli instituti fuerunt, *vt in l. item, quod Sabinum, ff. de heredibus instituend. & d. §. sed si plures, Instit. eodem titul. d. l. 17. verb. E si acaeciesse. tit. 3. part. 6.* Et † quando testator quatuor 6
heredes fecerit, quorum duos in tota hereditate instituit, alterum in dimidiam, & alterum in altera dimidia parte hereditatis, & alios duos sine parte heredes fecit, hi qui sine parte sunt instituti, dimidiam partem hereditatis consequuntur, & alii duo in partibus nominati, alteram dimidiam pro æqualibus partibus habebunt, *vt in d. l. item, quod Sabinus, §. sed si, & l. quo loco, & l. qui cum militabat, ff. de heredib. instituend. & dicto §. sed si plures, & dicta l. 17. vers. Otrosi dezimos, tit. 3. part. 6.*

Sed si † testator hereditatem in quatuor partes diuiserit, 7
& tres heredes pro æqualibus partibus in tribus partibus hereditatis scripserit, quarta pars, quæ sine herede remanet, inter dictos tres heredes institutos pro æqualibus partibus diuidi debet, & si non æqualiter instituti fuerunt, prout quilibet fuit in aliqua parte nominatus, ita ex parte vacante pro rata partem consequi debet, *vt in dicta l. interdum, §. 1. & §. videamus, dicta l. 17. vers. E aun dezimos, tit. 3. part. 6.*

8 Quod si † testator quatuor heredes, quemlibet in quatuor partibus hereditatis instituit, hereditas in duodecim vncias resolui debet, ita vt quilibet tres vncias consequatur, *vt in dicta l. item quod Sabinum, cum legibus sequentibus, & l. Iulianus, & l. interdum, §. 1 ff. de heredib. inst tuend. l. 18 tit. 3. partit. 6.*

9 Quando testator † voluit hereditatem in pondium diuidere, & plusquam duodecim vncias facere, veluti, quia vnum heredem in duodecim vncias instituit, & alium in sex vncias hereditatis: tunc institutus in duodecim vncias duas partes hereditatis habet, & alter tertiam partem: & idem erit, si prius instituerit vnum in sex vncias, & postea alium in duodecim vncias: tunc posteriori instituto duæ partes hereditatis adiudicandæ sunt: & prius instituto tertia pars adiudicari in diuisione debet, *Bart. in l. interdum, §. denique. ff. de hered. instit. l. 19. tit. 3. partit 6.*

10 Quod † intellige, vt dictum est, quando constat testatorem dipondium, vel tripondium facere, si vnum heredem in duodecim vncias instituit, & alterum in octo vncias heredem fecit, videtur partem, in qua secundum instituit, a primo adimere velle, & secundo dare, *vt in l. cum quæst. C. de legat. Bart. & Ioann. de Imol. in dicta l. interdum, §. denique, ff. de heredib. instituend.*

11 Sed si testator tres † heredes ita instituit: vt puta, primum, & secundum, & tertium quemlibet & singulum heredem, in tota hereditate facio, pro æqualibus partibus heredes instituti videntur: & ita hereditas diuidenda est, *l. si quis heredem, ff. de hered. instit. l. 19. verb. E si acaecieße, tit. 3. part. 6.*

12 Ex quibus † scripserunt Bald. Ang. & Imol. *in l. si quis ita scripserit heredem, in fin. ff. de heredib. instit.* Quod si testes interrogati, responderunt duos vel tres heredes institutos fuisse, sed non recordari quibus ex partibus, fit interpretatio, quod æqualiter fuerunt heredes instituti. Idem tenet Iason *in l. admonendi, num. 205. ff. de iureiurand. & in l. fructus, num. 7 ff. solut. matr.*

matr. & in l. non hoc, num. 15. verb. nono limita, C. vnde legitimi, Dec. in conf. 252. num. 3. verb. nec obstat. Quam dicit magis receptam sententiam Manrica *in tract. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 9. num. 4.* Idem tenet Crauetta *in conf. 65. nu. 4.* vbi † inquit, 13
idem esse, quando testes deposuerunt tres possedisse: nam intelligitur æqualiter, si quibus ex partibus non expresserunt, *Menoch. in tract. præsumt. lib. 4. præsumt. 18. num. 4.*

Cum vero † testator, pluribus heredibus institutis, dixit: *Se heredem facere, ex partib. quas adscribet*, & deinde nullas adscripsisse apparet: tunc æqualiter instituti intelliguntur, *vt in l. 2. in princip. ff. de hered. instit. Ruin. in conf. 176. num. 4. verb. ad idem facit, lib. 2. Menoch. vbi supra, num. 7.* 14

Et si testator † ita dixerit: *Mæuius heres esto, Seius & Titius heredes sunto*, duos semisses fieri oportet, quorum alter Seio & Titio adiudicari debet, *vt in l. liber homo, §. Titius, ff. de hered. inst.* Et si dixerit testator: *Seius vna cum filiis suis & Sempronius heredes mihi sunto*, Seius cum filiis suis in dimidia hereditate institutus videtur: Sempronius in alia dimidia, *vt in l. si. in fi. C. de impub. & aliis substit.* 15

Quando † testator plures in æqualibus vel inæqualibus partibus alicuius fundi heredes instituit, quasi sine parte heredes instituti in residuo hereditatis esse censentur: & ideo inter eos hereditas æqualiter distribui debet: ita tamen, vt quilibet in fundo partem, in qua fuit institutus, consequatur, *vt in l. 1. §. si ex fundo, ff. de hered. instit. l. quo tres, §. si duo. ff. eod. titulo.* 16

Quando testator † duos heredes instituit, vnum in fundo, alium in alio fundo vel domo, nullis aliis heredibus institutis, idem seruandum erit: nam cetera bona hereditaria inter eos æqualiter diuidenda sunt, *vt in l. ex facto, 2. & l. si alterius. ff. de hered. instit. l. 14. verbo: Otrosi dezimos, tit. 3. part. 6.* 17

Si vero † testator duos heredes in fundo instituerit, & in alio fundo vel re vnum heredem fecerit, nullis aliis heredibus 18

nominatis, in tres partes hereditas distribui debet: ita vt duo in fundo instituti duas partes habeant, alter solus institutus vnum consequatur, *vt in l. Titius, de heredib. inst. d. l. 14. verbo: Espoca ventura, titul. 3. part. 6.* Quilibet tamen partem fundi, & fundum vel rem in qua institutus fuit, præcipuam habere debet, *vt in dictis iuribus.*

Et si testator dixerit, *Mæuius & filii Seii heredes sunto*, præsu-
19 mitur † testatorem inter Mæuium & filios Seii hereditatem diuidere voluisse: ita vt Mæuius dimidiam partem hereditatis habeat, & filii Seii alteram dimidiam pro virilib. portionibus consequantur, *vt in l. interdum, in princ. & l. liber homo, §. Titius 1. ff. de hered. inst. & l. si pater, ff. de vulg. & pup. subst. l. si quis Titio, ff. de vsufr. accrescend.* Quia filii Seii collectiue nominati, loco vnius habentur, *vt notat gloss. & Bart. & ceteri Dd. in d. l. interdum, Bart. in l. vlt. num. 1. C. de impuber. & aliis subst. Salyc. ibidem, cum l. penult. verb. aut eos instituit, Corrasius, nu. 5. & nu. 21. Curt. Iun. num. 1. Ias. num. 1. Decius num. 1. Alex. Corn. Ruin. Dec. Paris. quos refert & sequitur Menoch. in cons. 222. num. 28. lib. 3. Ruin. cons. 97. num. 9. lib. 3. Socin. Iun. in cons. 104. num. 14. lib. 1. & in cons. 171. num. 2. lib. 2. Mantica in tractat. de coniect. vlt. volunt. libr. 4. tit. 9. num. 6. Clarus in §. testamentum, q. 2. num. 7.* Vbi idem dicit Menoch. *in d. præsumt. 18. num. 10. & 11. lib. 4. num. 12. & 13.* refert secundum Doct. vbi per eos allegatos quid operetur verbum collectiuum in statutis & delegationibus.

20 Vtpura, quod si pœna per statutũ imponatur † capitaneo, & antianis, dimidiam partẽ pœnæ capitaneus soluit, & aliam dimidiam antiani: & idem erit si pœna imponatur Syndico ciuitatis & ciuibus hominibus, si delictum non denuntiauerint: nã dimidiam pœnam Syndicus, & ciues aliam dimidiam
21 præstabunt, & similiter † si negotium committitur prætori & antianis, prætor vnam vocem, & antiani aliam habebunt. Vide Angel. & Imol. *in d. l. liber homo, §. Titius, ff. de hered. instit. Ias. in d. l. fin. num. 7, 8. & 9. C. de impub. & aliis subst.*

Et

Et quæ † dicta sunt de Mæuio & de filiis Seii heredibus in-stitutis, intellige, nisi adiiciatur, quod Mæuius & filii Seii æquis portionibus heredes instituti sint. Nam tunc singuli viriles portiones ferunt, *vt in d.l. interdum, in princ. & ibi Bartol. Paul. de Castr. & Imol. Ias. in d.l. fi. n. 9. C. de impub. & aliis subst. Corn. in cons. 24. num. 4. verb. præterea, lib. 2. Soc. Sen. cons. 108. nu. 2. lib. 3. Ruin. 97. num. 4. Paris. in cons. 44. n. 13. lib. 3. Hier. Gabr. in cons. 130. num. 23. lib. 1. Menoch. in d. præsumt. 18. num. 17. lib. 4.* 22.

Nisi † in diuersis orationibus heredes instituti sint, veluti quia dixit testator, *Mæuium heredem facio, & filios Seii æqualiter heredes instituo:* quia in hoc casu, sicut in primo Mæuius dimidiam partē hereditatis, & Seii filii alterā dimidiam cōsequentur. *Ita Paul. in d. l. interdū in princ. & Dec. in d. cons. 197. n. 9. idem tenet Ruin. cons. 164. n. 3. verb. nec obstat si dicatur, lib. 2.* contra cuius tenet Alex. *in cons. 55. n. 3. lib. 4. & Mattenc. de Afflict. in decis. 309. nu. 2.* Sed primam partem sequitur Mantica *in d. tract. de coniect. vlt. vol. lib. 4. tit. 9. n. 6. in fi. Menoch. in d. præsumt. 18. nu. 7. in fi. lib. 4.* Vbi tenet idem esse, quando † testator sic dixit: *Instituo Petrum & Ioannem fratres meos & filios Nicolai alterius fratris mei æquis portionibus:* nam tunc illa dictio (*æquis*) solum refertur ad personas filiorum Nicolai inter se, *secundum Ruin. in d. cons. 164. lib. 2. d. l. interdū,* non † procedit quādo testator dixit, q æqualiter in stirpes succederēt, *vt tenet Paris. cons. 44. n. 14. lib. 3. & Menoch. vbi sup. n. 18. in fi. Mant. n. 9. in fi. d. lib. 4. tit. 9.* 23. 24 25

Idem est quando testator † vocauit plures collectiue cum distributiuo, veluti quia dixit: *Instituo Mæuiū & quoslibet eius filios:* nā tunc perinde est, ac si singulariter & nominatim eos vocasset: & ideo in capita hereditas diuidenda erit, *vt tenet Ias. in l. si quis testam. col. 1. ff. de leg. 1. & in d. l. fi. n. 9. verb. istam reg. C. de impub. & aliis subst. & ibid. Curt. Iun. n. 11. 13. & 19. Corras. n. 6. Corn. cons. 240. n. 4. in fi. lib. 2. Ruin. cons. 97. n. 14. & cons. 163. n. 7. verb. & istud etiam, lib. 2. Paris. cons. 49. nu. 3. & 8. lib. 2.* quam dicit communem opinionem Menoch. *vbi supra, num. 16.* 26

27 Et quæ † dicta sunt, procedunt, etiam si filii cum patre instituti, sint emancipati, *secundum Salycet. & Corn. in l. fin. C. de impub. & aliis subst.* Quem dicit communem Menoch. *in dict. præsumt. 18. num. 36. in fin* quem vide *lib. 4. vbi nu. 38.* secundum aliquos Doctores tenet, non procedere in matre cum filiis instituta.

28 Quod si † testator Mæuium, & eius liberos heredes instituerit, Mæuium ex dimidia, & eius liberos ex alia dimidia hereditate, instituti eodem tempore censentur, & sic in diuisione adiudicatio facienda est, ita vt liberis dimidia pars hereditatis pro virili tradatur, *Decius in cons. 236. num. 1. col. 3. verb. & secundum istam opinionem, & in verb. ad 2. dubium, Mantica vbi supra num. 10.* Quod procedit, quando Mæuius & eius liberi non sunt descendentes a testatore, sed sunt extranei, *secundum glos. communiter approbatam in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de*

29 *liberis & posth.* Idem † seruandum erit, si Mæuius est testatoris frater, & ita ab intestato illi successurus: nam si Mæuius & eius filii heredes instituantur, Mæuius dimidiam, & filii alteram dimidiam hereditatem habebunt, *secundum Angel. in consil. 285. punct. talis est domina, num. 1. Boer. cons. 185. num. 26. Cæpolla in cons. 52. col. 2. verb. circa secundum dubium in ciuilibus, Menoch. in d. præsumt. num. 15.* Contrarium, videlicet, quod frater & eius filii æqualiter instituti videantur, & sic quod in virilibus succedunt, tenet Boer. *in decis. 185. num. 16. in fi. lib. 1.* Hanc magis communem & veriorem opinionem esse, & quod filii cum patre in virilibus succedant, dicit communem additio ad Alex. *in cons. 24. in litera C. lib. 3.*

30 Quando testator † Caium & Sempronii filios heredes instituit, & prohibuit bona extra familiam alienari, tūc significauit ipsos vocatos in virilem portionem succedere: *ita Ias. in d. l. vlt. col. vlt. verb. tertio limita, C. de impub & aliis subst. & ibi Dec. in fi. & Curt. Iun. n. 14.* sic intelligētes tex. *in l. Lucius Titius, §. Lucius testamento, ff. de leg. 2* secundum interpretationem

C ??ni

Cyni, & Bart. ibi Paul. de Castr. *in d. l. vlt.* quam dicit esse communem interpretationem Socin. Sen. *in cons. 108. vers. tertio probatur, lib. 3. col. 1.* quem refert Menoch. *in d. præsumt. 18. numer. 18. lib. 4.*

Cum autem † testator plures vocauit cum tertio, nomine collectiuo, & in his tertius sub nomine collectiuo continetur, vtputa, si testator dixit: *Liberos Caii & Titium heredes instituo*, & Titius sit de liberis Caii, Titius vna cum aliis fratribus in virilibus succedet; *vt in d. l. Lucius Titius, §. Lucius Titius testam. ff. de legat. 2. & ib. Corn. & Socin. Sen. in d. cons. 108. col. 2. vers. quarto confirmatur, lib. 3. & Ias. in d. l. vlt. col. fin. vers. quarto singulariter limita, Menoch. vbi sup. n. 21. & 22.* 31

Quia, quando † cadit affectio circa institutos heredes, simul & non ordine successiuo vocati videntur & contra, Bart. & alii *in d. § quidam recte*, & est magis cõmunis opinio, quod pater & filii a testatore fratre instituto simul concurrunt, & tenet Iul. Clar. *in §. testamentum, q. 8. nu. 3.* vbi quam plurimos Dd. ad idem refert, & Menoch. *in tract. præsumt. lib. 4 præsumt. 70. n. 16.* vbi a *n. 7. vsq. ad n. 33.* distinguit † duodecim casus, concordando contrarias opiniones, quorum primus est, quando testator instituit fratrem & aliquos eius filios, quos nomine proprio expresso vocauit, veluti si dixit: *Instituo Mæuium fratrem meum, & Seium & Caium eius filios:* in hoc casu Mæuius & eius filii æqualiter, & eodẽ tempore instituti & vocati censentur, *secundum Rubeum in d. § quidam recte, n. 48. & Ternellum in quæst. nu. 15. vers. sed limitata ad aliquos tantum, Ioan. Bapt. a Sancto Seuer. inter cons. Alex. cons. 14. n. 16. vers. 3. concl. lib. 4. c. 1.* Quia testator nominando filios fratris nomine proprio, aliis omissis, videtur aliqua caussa singulari eos prædilexisse. 32 33

Quando testator † vocauit & instituit fratrem, & eius filios nomine appellatiuo limitate & stricte, vt puta, quando instituit natos tantum, cum alii nascituri sperarentur, & eorum mater prægnans & grauida erat, vel apta ad alios procre- 34

andos, vel quia emancipatos tantum instituit, cum alii in potestate patris exsisterent, Ternel. *in d. §. quidam recte, in quastionibus, num. 15.* per text. *in l. codicillis, §. instituo, ff. de lega. 2.* tenet idem seruandum esse in hoc casu, quod in superiori: nam pater & filii eodem tempore æqualiter succedunt.

35 Idem † seruandum est, quando testator instituit fratrem, & eius filios: quos tunc habebat, nec alii nascituri, nec futuri sperabantur, nam pater & filii eodem tempore, & æqualiter vocati censentur, per ea quæ in simili tradunt Dd. *in l. 2. ff. de liber. & posth.* de filio exheredato: qui etiamsi filius tantum vocetur, quia solus exheredatus videtur, *ita tenet Ioan. Bapt. a Sancto Seuer. in d. cons. 14. col. 2. ver. interdum, & num. 10. vers. tertia conclusio, & vers. quarta conclus. Ternell. vbi sup. num. 21. & 22.*

36 Quod † si testator fratrem, & eius filios instituit, & alii filii a fratre sperabantur, in hoc casu opin. *Bart. & sequacium in d. §. quidam recte,* tenenda erit, videlicet, quod pater & filii ordine successiuo vocati videntur, *secundum Ioann. Bapt. a Sancto Seuerino in dict. cons. 14. num. 10. vers. 4. conclusio & Ternellum vbi supra in dict. §. quidam recte, num. 21. vers. videtur etiam, & Socin. Iun. in cons. 40. nu. 2. lib. 4.* quia præsumendum est, testatorem non solum fratris filios tunc exsistentes, sed etiam nascituros vocare voluisse, ne differentiam inter eos faciat.

37 Idem, quod in superiori † casu iudicandum est; quando testator fratrem, & eius filios instituit, & testamenti tempore frater nullos filios natos nec conceptos in muliere habebat: nam in hoc casu ordine successiuo vocati præsumitur, *secundum Soc. in d. cons. 40. n. 2. lib. 4. & Ioann. Bapt. a Sancto Seuer. inter consilia Alex. in d. cons. 14. n. 10. vers. 5. conclus. l. b. 4. Ias. in cons. 206. n. 2. lib. 2. Dec. in cons. 205. n. 1. & 2. & in cons. 253. in fi. Rub. in d. §. quidam recte, n. 55. in fin.* Quia filii fratris non erant noti testatori, & sic non prædilecti, sicut eorum pater. Et ideo non est credendum, testatorem eos patri adæquare voluisse.

38 Idem † erit, quando testator instituit fratrem & eius filios natos

natos & nascituros, hoc in casu ordine successiuo vocati videntur *secundum Bald. in cons. quod incipit, Charissima, relato a Socin. Sen. in d. l. Gallus, §. quidam recte, n. 3. ff. de lib. & post. & idem Rub. nu. 48. Alciat. n. 33. Ternell. n. 16. & nu. 21. Soc. Iun. n. 35. in cons. 40 nu. 2. lib. 4. Dec. in cons. 248. nu. 4.*

Idem iudicandum † est, quando testator eius liberos vel 39
descendentes instituit, ordine successiuo filii vocati censentur: quia nomine *liberorum & descendentium* omnes filios & nepotes & pronepotes in infinitum comprehendit, *Soc. Sen. in d. §. quidam recte, n. 4. vers. principaliter & concilius, idem in consil. 113. n. 4. lib. 1. Aret. in d. §. quidam recte, in fi. Alciat. respons. 542. n. 2. Curt. Iun. cons. 22. n. 13. & in cons. 128. n. 2. Rub. in d. §. quidam recte, nu. 47. & ibidem Ternell. nu. 22. vers. & cum prædicta, Paris. cons. 4. nu. 4. libr. 3. Dec. in cons. 205. n. 2. vers. 2. & cons. 248. nu. 4. cons. 584. n. 6. Crauett. in cons. 22. n. 2. vers. 2. vero, Couarr. in c. Raynutius, §. 2. n. 6. de testamentis.* Quando † testator fratres & suos instituit, in hoc casu variæ sunt opiniones, quas refert Menoch. *vbi supra. n. 26.* & ipse sequitur opinionem tenentium, quod ordine successiuo vocati sui videntur, quia nomen *suorum* idem quod *liberorum* comprehendit.

Quando testator fratrem & eius heredes instituit, hoc in casu heredes post mortē fratris ordine successiuo vocati censentur, quia viuens heredem nō habet, *leg. qui superstitis, ff. de acquir. hered.* & † appellatione *heredum* non solum *primus heres*, sed *heres heredis & alii* continentur, *l. heredis appellatione,* 40
ff. de verborum significatione, Bartol. in d. §. quidam recte, & ibi Galliaul. num. 23. Curt. Iun. consil. 128. num. 5. & cons. 22. num. 13. Aymon Crauet. cons. 131. in princ. & num. 10. Paris. in cons. 4. num. 3. libr. 3. Quando † testator instituit fratrem vel eius filios, idem 41
quod de superiori dicendum est: nam filii ordine successiuo vocati præsumuntur, vt probatur *in leg. cum pater, §. penult. ff. de legat. 2.* Et † tenent omnes Dd. *in d. §. quidam recte, & ibi* 42
Paul. de Castro, column. vltim. Aret. column. 2. Dec. cons. 95. num. 3.

vbi communem dicit Iul. Clar. *in d. §. testamentum q. 80 conf. 3. Paris. cons. 21 num. 11 lib. 3. Alciat. resp. 542 nu. 2. & resp. 548 n. 2.*

43 Quando † testator fratrem cũ eius filiis instituit, ex eo, quod dictio, *cum*, magis quam copula, *&*, coniungit, *vt in l. si quis tertio, ff. de vsufruct. accresc.* pater & filii æqualiter eodem tempore vocati & instituti censentur, *secundum omnes Dd. in dict. §. quidam recte, & ibi Iason n. 30. vbi communem dicit Iul. Clar in d. § testamentum, quæst. 8. conclus. 4.*

44 Quando testator fratrem & eius filios aliquibus verbis instituit, quæ verba, salua ratione recti sermonis aliter, quam ordine successiuo intelligi non possunt, veluti, quando dixit testator, *instituo heredem vniuersalem fratrem meum & eius filios:* cum enim dictum nomen, *vniuersale*, non conueniat, nisi fratri, non extenditur ad filios, nisi ordine successiuo, *ita Dec. cons. 205. n. 2. vers. prima respondit.*

45 Idem erit † econtra, quando verba, salua ratione recti sermonis, ordine successiuo intelligi non possunt, vtputa, quando testator fratrem & eius filios heredes instituit, ex eo, quod nomen heredis conuenit tam patri quam filiis, simul & æqualiter vocati censentur, & non ordine successiuo, *vt in l. codicillis, §. instituo. ff. de legat. 2. ita Menoch. in dict. præsumt. 70. nu. 34.*

SVMMARIA.

1 *Partes adiectæ institutionibus sunt adiudicandæ substitutis in diuisione.*

2 *Testator præsumitur ita diligere substitutos, sicut institutos dilexit.*

3 *Substitutio fideicommissaria declaratur ex præcedenti institutione, sicut aliæ substitutiones.*

4 *Substituti coniuncti vocantur prius quam disiuncti in substitutione breuiloqua.*

5 *Filii masculi heredes vniuersaliter instituti, excludunt in substitutione sororem, quæ instituta fuit in aliqua quantitate.*

6 *Substitutis Titio & Sempronio, & eorum filiis, Titio vel Sempronio defuncto eius filii partem solam patris habere debent.*

7 *Filiis heredibus institutis, & postea cum nepotibus reciproce substitutis, vno ex filiis mortuo, nepotes non veniunt in substitutione.*

8 *Testator sicut dilexit institutos, ita & substitutos dilexisse creditur.*

9 *Vnus gradus substitutionis declarat alium.*

10 *Ratio diuersa diuerse animum declarat.*

11. *Clausula posita in fine substitutionum refertur ad omnes gradus, quando ratio dari non potest, quare magis ad vnum quam ad alium referatur.*

12 *Substitutio pupillaris declaratur ex praecedentib. & sequentibus.*

13 *Substitutione ita facta:* Quisque mihi heres erit, filio meo impuberi heres esto, *partes in quibus heredes fuerunt instituti, pertinent ad substitutos.*

14 *Substitutione ita facta:* Quisque mihi heres erit, & Titio filio meo impuberi heredes sunto, *si duo heredes instituti fuerint, quilibet in trientem admittitur.*

15 *Filiis duobus ex prima vxore, & aliis duobus pubere & impubere ex secunda vxore heredibus institutis & inuicem substitutis, mortuo vno ex filiis, ex prima vxore prius, & mortuo postea alio ex secunda vxore, qualiter sit hereditas diuidenda? n. 15.*

16 *Substituti nominibus propriis vocati succedunt in capita & pro virili.*

17 *Nomina propria per copulam, & dictae copulae diuidunt pro virili.*

18 *Terminorum paritate data non est differentia, an substituti nomine proprio vel appellatiuo vocentur.*

19 *Substitutio in dubio praesumitur facta nomine appellatiuo.*

20 *Legata, non refert, nomine appellatiuo vel proprio relinquantur.*

21 *Frater cum filiis substitutus succedit aequaliter cum filiis: ita, quod filii dimidiam partem habebunt.*

22 *Fratres & eorum filii, quos tunc habebunt, substituti, si alii filii nascituri non sperabantur, succedunt eodem tempore & aequaliter.*

23 *Frater & eius filii stricte & limitate substituti succedunt eodem tempore & aequaliter, etiamsi alii filii nascituri sperarentur.*

24 *Filii nomine collectiuo vocati pro vna persona reputantur & ita dimidiam partem cum patre habere debent.*

25 *Filii aeque cum patre substituti succedunt aequaliter cum patre.*

26 *Filii fratris vocati propriis nominibus cum fratre substituto, concurrunt aequaliter cum patre.*

27 *Substituti vocati post mortem omnium heredum, admittuntur ad portionem vnius ex heredibus defuncti, quia heredes non censentur reciproce substituti.*

28 *Substituti vltimo morienti heredum admittuntur ad portionem heredis deficientis, & non coheredes.*

29 *Filii & descendentes testatoris heredes instituti excludunt substitutos in portione coheredis deficientis, quia reciproce substituti censentur.*

30 *Descendentes a testatore sunt personae, quae ex verisimili mente testatoris substitutos excludunt secundum communem opinionem Doctorum.*

31 *Descendentes a testatore, non excludunt substitutum a testatore descendentem.*

32 *Substituti in tota hereditate vel in omnibus bonis, post mortem omnium heredum vltimo morienti, non admittuntur ad portionem deficientis, quia heredes censentur reciproce substituti.*

33 *Substituti vltimo instituto morienti, in bonis & hereditate non admittuntur ad portionem heredis deficientis secundum communem opinionem Doct.*

34 *Filii positi in conditione inuicem substituti non videntur.*

35 *Filii positi in conditione etiam a testatore descendentes & in parte onerati, non censentur inuicem substituti.*

36 *Filii positi in conditione an vocati censeantur remissiue n. 38.*

CA-

CAPVT II.

Qualiter hereditas inter substitutos diuidenda sit.

PArtes adiectæ institutionibus censentur repetitæ in substitutionibus, & ideo cuilibet substituto in diuisione adiudicari † tanta pars debet, quanta in institutione assignata 1 illi fuit: veluti, si in tertia parte hereditatis institutus fuit, tertia pars portionis deficientis ei adiudicetur, *vt in l. qui liberis, §. fi. & l. si plures, ff. de vulg. & pup. subst. l. quoties, ff. ad senatuscons. Trebell. §. Et si ex disparibus, Institut. de vulgat. subst. l. 1. & ibi Bald. & communiter Doct. C. de impub. & aliis subst. li. 3. tit. 5. par. tit. 6.* Quia † eandem affectionem, quam habuit testator in 2 institutione, videtur in substitutione habere, nec præsumitur, quod voluerit magis substitutum, quam institutum diligere, *vt in l. Publius, & ibi Bart. ff. de condition. & demonstrationib.* Et quæ † dicta sunt, etiam in substitutione fideicommis- 3 saria locum habent: nam & ipsa ex præcedente institutione declaratur, vt inquit Decius *in dicta l. 1. num. 7. vers. quarto ampliatur, & ibidem Curtius Iun. C. de impuber. & aliis subst.* Vbi testantur communem opinionem, & ab omnibus receptam, per text. *in l. Lucius, §. pater, in fine, & §. Mania, fin. & l. quoties, ff. ad Trebell.* Idem tenet † Decius *in consil. 186. num. 4.* quem 4 sequitur Socin. *in consil. 66. num. 4. vol. 3. & cons. 75. num. 23. eodem vol. 3.* vbi communem dicit. vide *l. coheredi, § qui discretas, ff. de vulg. & pup. substit.* vbi in substitutione breuiloqua prius vocantur substituti in institutione coniuncti, & postea disiuncti. Quæ omnia intellige, nisi aliud ex mente testatoris colligeretur, vt † tradit Bartol. *in l. fin. columm. 2. versicul. iusta hoc* 5 *quaro, ff. ad Trebellian.* vbi inquit, quod si pater instituit filios masculos heredes vniuersales, & filiam in aliqua quantitate, & dixit: Quod si aliquis eorum sine filiis mortem obiret, portio eius ad superstites perueniret, quod filia ex verisimili mente testatoris non videretur in dicta substi-

tutione vocata, ex eo, quia cum alios masculos in institutione prædilexisset, eos vniuersaliter instituendo, verisimiliter præsumendum sit, eos etiam in substitutione prædilexisse, ex *l. Lucius, §. pater, ff. ad Trebellianum; auth. hoc amplius, C. de fideicommissis, dict. l. 1. C. de impub. & aliis subst.* Quam opinionem sequitur & dicit communem Iason *in l. Lucius, colum. 10. in q.*
6 *11. num. 23 ff. de vulgar. & pupill. substit. Paulus* † *de Castro in consil. 123. viso testamento, Dec. in cons. 547. num. 7. Greg. Lupus in dicta l. 3. in gloss. fin. tit. 5. part. 6.* Ad quod facit quod tradit Bart. *in l. vtrum, § fin. ff. de reb. dub.* Quod si testator substituit filium Titium & Sempronium & eorum filios, & Titius relictis pluribus filiis decesserit, non possunt omnes filii plus quam eorum pater consequi: quia filii prædilecti non præsumuntur. Idem tenet Dec. *in cons. 186. col. pen. num. 4. & in d. l. 1. col. vlt. in fin. vers. Tertia regula, & ibi idem Sebast. Sap. num. 9. vers. 2. infert Bart. C. de impuber. & aliis subst. Alex. in cons. 66. viso testamento, Bonicas in princ. vol. 2. Dec. in cons. 304. n. 3. Franc. Mantica in tract. de coniect. vltim. voluntat. tit. 1. num. 20. lib. 5.* Curt. Iun. *in*
7 *cons. 22. n. 8.* vbi tenet, quod si pater † filios instituit, non autem nepotes, qui postea reciprocam substitutionem fecit, in qua etiam nepotes continebantur, quod vno ex filiis mortuo, solum coheredes fratres in eius portione admitti debent, & non nepotes, ex eo, quia pater videtur filios in institutione prædilexisse. Idem tenet *in cons. 91. num. 7. in versic. Accedit ad confirmationem, & in cons. 91. nu. 8. ver. conuenit etiam*, vbi communem dicit, quia, quemadmodum testator aliquos dilexit
8 instituendo: ita etiam † præsumitur dilexisse substituendo, vt tenent communiter Doct. *in d. l. prima, C. de imp. & aliis sub-*
9 *stit.* Et sicut † substitutio ex præcedenti institutione declaratur & probabilib. coniecturis voluntas testatoris colligitur: ita etiam vnus gradus substitutionis alium declarat, *vt in dict. l. Lucius, §. pater, ff. ad Trebell. & dicta l. qui liberis, § fin. ff. de vulg. & pupill. Bart. in l. centurio, num. 38. ff. de vulgar. & pupill.* Quod intel-

intellige, nisi ratio diuersitatis inter vnam & aliam substitutionem assignari possit, ita Curt. Iun. *in cons. 73. nu. 10. Mantica vbi supra, de coniect. vlt. volunt. tit. 1. num. 22. libr. 5.* vbi *numer 23.* inquit † secundum Aymon. Crauet. *in cons. vlt. n. 14.* qui alios 11
refert, quod clausula apposita in fine substitutionum, ad omnes gradus refertur, quando ratio diuersitatis assignari non potest, quare magis ad vnam, quam ad alteram referri debeat, Mascard. *in conclus. 1346. a num. 11. vsque ad num. 15. libr. 3. de probat.* Quæ dicta sunt, etiam procedunt † in substitutione 12
pupillari, *vt in d. l. 1. & ibi Doct. C. de impub. & aliis substit. &* §. *substituuntur, Instit. de pupill. subst.*

Quod † si ita substitutio facta fuerit: *Quisquis mihi heres erit,* 13
idem filio meo impuberi heres esto: partes, in quibus heredes instituti fuerunt, ad substitutos pertinent, *vt in l. qui liberis, §. hæc verba, & l. ex facto, §. vlt. ff. de vulgar. & pupill.* Et si † ita dixerit: 14
Quisquis mihi heres erit, & Titio filio meo impuberi heredes sunto: si duo heredes instituti fuerint, quilibet in trientem admittitur, *vt in l. fin. C. de impuber. & aliis subst.* Dubium est, quando 15
pater, qui † quatuor filios habebat, duos puberes ex prima vxore, & puberem & impuberem ex secunda, eosq; æqualiter instituit, & eos substituit impuberi pupillariter: mortuo testatore, & adita hereditate per omnes, vnus ex filiis ex prima vxore natis decedit, superstite impubere, & frater illius vtrinq; coniūctus solus ei successit, postea decessit impubes in pupillari ætate: quæritur, an frater, qui habet duas partes, suam & fratris, debeat nunc duas partes habere, & Baldus *in leg. in testamento, ff. de vulg. & pupill.* concludit, quod non; sed eandem partē, quā ex sua persona a patre habuit, & quod nihil ei prodest pars, quæ a fratre illi obuenit, per text. *in l. sed si plures, in princ. & in l. qui liberis, in fin. ff. de vulg. & pupill. Mantica vbi supra lib. 5. tit. 10. de coniect. vlt. vol.* Quod † intelligendum est, 16
quando substituti nominibus appellatiuis vocati fuerunt: nam si nominibus propriis vocarentur, in capita & pro vi-

tutione vocata, ex eo, quia cum alios masculos in institutione prædilexisset, eos vniuersaliter instituendo, verisimiliter præsumendum sit, eos etiam in substitutione prædilexisse, ex *l. Lucius, §. pater, ff. ad Trebellianum, auth. hoc amplius, C. de fideicommissis, dict. l. 1. C. de impub. & aliis subst.* Quam opinionem sequitur & dicit communem Iason *in l. Lucius, colum. 10. in q. 11. num. 23 ff. de vulgar. & pupill. substit.*
6 *Paulus* † *de Castro in consil. 123. viso testamento, Dec. in cons. 547. num. 7. Greg. Lupus in dicta l. 3. in gloss. fin. tit. 5. part. 6.* Ad quod facit quod tradit Bart. *in l. vtrum, § fin. ff. de reb. dub.* Quod si testator substituit filium Titium & Sempronium & eorum filios, & Titius relictis pluribus filiis decesserit, non possunt omnes filii plus quam eorum pater consequi: quia filii prædilecti non præsumuntur. Idem tenet Dec. *in cons. 186. col. pen. num. 4. & in d. l. 1. col. vlt. in fin. vers. Tertia regula, & ibi idem Sebast. Sap. num. 9. vers. 2. infert Bart. C. de impuber. & aliis subst. Alex. in cons. 66. viso testamento, Bonicas in princ. vol. 2. Dec. in cons. 304. n. 3. Franc. Mantica in tract. de coniect. vltim. voluntat. tit. 1. num. 20. lib. 5.* Curt. Iun. *in*
7 *cons. 22. n. 8.* vbi tenet, quod si pater † filios instituit, non autem nepotes, qui postea reciprocam substitutionem fecit, in qua etiam nepotes continebantur, quod vno ex filiis mortuo, solum coheredes fratres in eius portione admitti debent, & non nepotes, ex eo, quia pater videtur filios in institutione prædilexisse. Idem tenet *in cons. 91. num. 7. in versic. accedit ad confirmationem, & in cons. 91. nu. 8. vers. conuenit etiam*, vbi communem dicit, quia, quemadmodum testator aliquos dilexit
8 instituendo: ita etiam † præsumitur dilexisse substituendo, vt tenent communiter Doct. *in d. l. prima, C. de imp. & aliis sub-*
9 *stit.* Et sicut † substitutio ex præcedenti institutione declaratur & probabilib. coniecturis voluntas testatoris colligitur: ita etiam vnus gradus substitutionis alium declarat, *vt in dict. l. Lucius, §. pater, ff. ad Trebell. & dicta l. qui liberis, § fin. ff. de vulg. & pupill. Bart. in l. centurio, num. 38. ff. de vulgar. & pupill.* Quod intel-

intellige, nisi ratio diuersitatis inter vnam & aliam substitutionem assignari possit, ita Curt. Iun. *in cons. 73. nu. 10. Mantica vbi supra, de coniect. vlt. volunt. tit. 1. num. 22. libr. 5.* vbi *numer 23.*
inquit † secundum Aymon. Crauet. *in cons. vlt. n. 14.* qui alios 11
refert, quod clausula apposita in fine substitutionum, ad omnes gradus refertur, quando ratio diuersitatis assignari non potest, quare magis ad vnam, quam ad alteram referri debeat, Mascard. *in conclus. 1346. a num. 11. vsque ad num. 15. libr. 3. de*
probat. Quæ dicta sunt, etiam procedunt † in substitutione 12
pupillari, *vt in d. l. 1. & ibi Doct. C. de impub. & aliis substit. & §. substituuntur, Instit. de pupill. subst.*

Quod † si ita substitutio facta fuerit: *Quisquis mihi heres erit,* 13
idem filio meo impuberi heres esto: partes, in quibus heredes instituti fuerunt, ad substitutos pertinent, *vt in l. qui liberis, §. hæc*
verba, & l. ex facto, §. vlt. ff. de vulgar. & pupill. Et si † ita dixerit: 14
Quisquis mihi heres erit, & Titio filio meo impuberi heredes sunto: si duo heredes instituti fuerint, quilibet in trientem admitti-
tur, *vt in l. fin. C. de impuber. & aliis subst.* Dubium est, quando 15
pater, qui † quatuor filios habebat, duos puberes ex prima vxore, & puberem & impuberem ex secunda, eosq; æqualiter instituit, & eos substituit impuberi pupillariter: mortuo testatore, & adita hereditate per omnes, vnus ex filiis ex prima vxore natis decedit, superstite impubere, & frater illius vtrinq; coniūctus solus ei successit, postea decessit impubes in pupillari ætate: quæritur, an frater, qui habet duas partes, suam & fratris, debeat nunc duas partes habere, & Baldus *in leg. in testamento, ff. de vulg. & pupill.* concludit, quod non; sed eandem partē, quā ex sua persona a patre habuit, & quod nihil ei prodest pars, quæ a fratre illi obuenit, per text. *in l. sed si plures, in princ. & in l. qui liberis, in fin. ff. de vulg. & pupill. Mantica vbi su-*
pra lib. 5. tit. 10. de coniect. vlt. vol. Quod † intelligendum est, 16
quando substituti nominibus appellatiuis vocati fuerunt: nam si nominibus propriis vocarentur, in capita & pro vi-

rili substituti censentur, glos. & Doct. *in dict. § & si ex disparibus, Inst. de vulgar subst. gloss. & communiter Doct. in d. l. 1. C. de impuber. & aliis subst. per text. in l. quoties, & l. nonnunquam, ff. ad*
17 *Trebell.* Quia † nomina propria per copulam, & dicta copula diuidit pro virili, *vt in l. reos, §. cum in tabulis, ff. de duobus reis;*
18 *l. 1. C. si plures vna sententia fuerint condemna.* Sed † data paritate terminorum, non est differentia, quod substituti nomine proprio vel appellatiuo vocentur. De quo vide Bald. & Doct. *in d. l. 1. C. de impub. Mascard. in conclus. 1346. vol. 3. Greg. Lup. in*
19 *dict. l. 3. in verb. Que los otros, tit. 5. partit. 6.* Et in † dubio præsumitur, quod nomine appellatiuo substitutio facta sit, *Bart. in*
20 *l. si plures, per illum text. ff. de vulgar. & pupill.* In legatis † vero non attenditur dicta differentia nominis proprii & appellatiui, *vt in l. vnica, § sed vt manifestius, & ib. glossa, C. de caduc. tollend.* Quam sequitur Alexand. & Iason *in d. leg. 1. C. de impub. & aliis subst. & Alexander in d. leg. quoties, ff. ad Trebell.* Quan-
21 do testator † aliquem heredem instituit, & fratrem cum eius filiis substituit, frater & filii eodem tempore æqualiter concurrent: quia dictio, *cum*, magis, quam particula, *&*, coniungit, *leg. si quis Titio, ff. de vsufructu accrescend.* Et ita tenent omnes Doct. *in l. Gallus, §. quidam recte, ff. de liber. & posth.* vbi Iason *num. 30.* communem vocat, & Iulius Clar. *in §. testamentum, quæst. 80. concl. 4.* vbi etiam communem dicit, & filiis dimidia pars hereditatis adiudicanda est, & patri altera dimidia. Ita Angul. *in cons. 285. numer. 1. Cæpol. cons. 52. col. 2. vers. circa secundum dubium in ciuilibus, Boerius decisione 185. numer. 16. Quos refert & sequitur Menoch. in præsumt. 18. numer. 15. libr. 4. præsumtion. adde Alexand. in cons. 55. volum. 4. decision. Neapolit. 309. Io-*
22 *ann. de Imola in leg. interdum, ff. de hered.* Idem, quod † in præcedenti casu, dicendum est, quando testator substituit fratres & eorum filios, quos tūc habebant, nec alii nascituri nec futuri sperabantur: nam pater & filii eodem tempore & æqualiter concurrent. Ita Torcellius *in d. §. quidam recte, in*

quæ-

in quæstionib. nu. 21. & 22. Ioann. Baptista a Sancto Seuerino in consi. 14. inter consilia Alexand. versic. interdum, numer. 10. vers. tertia conclus. & vers. 4. conclus. libr. 4. Idem locum † habet, quando testator fratrem & eius filios stricte & limitate substituit, 23
veluti quando dicit: Fratrem & natos tantum substituo, cum alii nasciturи sperarentur: quia mater grauida erat vel apta ad concipiendum, vel quia emancipatos tantum substituit, cum alii in fratris potestate essent. Ita Tornellius *vbi sup. in d. §. quidam recte, in quæstionib. n. 15. per text. in l. codicillis, §. instituo, ff. de leg. 2. Menoch. in præsum. 70. n. 18. lib. 4.* Hoc in casu, sicut in superioribus, filiis † dimidia pars, & patri alia dimidia adiudicari debet: quia ex eo, quod filii nomine collectiuo vocati fuerũt, 24
pro vna persona reputantur, *vt in l. liber homo, post princ. l. Titus fundi, ff. de her. inst. l. si in heredes nominati, ff. de legat. 1. glos. in l. codicillis, in fi. ff. de vsufruct. leg. Ioann. de Imol. in d. l. interdum, ff. de her. inst.* Quod *ibi* limitat, nisi filii æque substituti sint, vt puta: quia testator dixit: *Fratrem & eius filios æque substituo*: nam tunc in capita cũ patre † succedunt. Idem tenet Alex. *in d. cons. 55. vol. 4. Matth. de Afflict. in d. dec. 309.* Similiter, quãdo † testator 25 26
expresso proprio nomine filiorũ fratris, simul cũ fratre eos substituit, vt puta, quia dixit: *Fratrem meũ & Ioannem & Petrum eius filios substituo*, simul & æqualiter concurrunt secundũ Tornellium & Ioann. a Sancto Seuerino, *vbi supr. in d. §, quidam recte, & ibid. Rub. nu. 48.* & hereditas in capita diuidenda esse videtur, & non in stirpes, *vt d. decis. Neapolit. 309.* quia filii propriis nominibus vocati fuerunt, *vt in l. quoties, §. heredes, & d. l. interdum, in princip. & dict. l. liber homo, §. Titus heres. ff. de her. inst. l. legata inutiliter, § fin. ff. de legat. 1. Alexand. in d. cons. 55. volum. 4. Doct. in d. l. 1. C. de impub. & aliis subst.* Quando † testator tres vel quatuor heredes instituit, & post mortẽ omniũ duos vel tres substituit quolibet ex institutis mortuo, substituti pro æqualibus partibus in portione instituti defuncti admitti debent, & cuilibet substituto sua pars adiudicanda est: quia ita insti- 27

tuti non videntur inuicem & reciproce substituti, Ang. *in leg. pater filium*, §. *duobus, in vers. sequitur in textu, ff. ad leg. Falcid. & ibi, Imola in verbo, substituit, versicul. super glos. & Alexand. versic. tertio casu, Paulus ibi in fin. Ang. l. si pater impuberes, versicul. & iste textus, ff. de vulg. & pupill. & ibi Paulus de Castr. vers. vltim. & per hunc.* Et contraria opinio Doctorum, qui tenuerunt, inter dictos institutos substitutionem reciprocam fideicommissariam induci, communiter damnatur, vt testatur Paris. *consil. 43. volum. 2. Bertrand. in consil. 6. volum. 2. Iason in consil. 142. volum. 2. & cons. 49. vol. 3. in fin. Paul. in l. potest, ff. de vulg. & pupill. Menoch. in cons. 85. num. 43. libr. 1. & cons. 3. num. 24. libr. 4.*
28 *& in præsumt. 62. num. 3. libr. 4. præsumt.* Idem † quod in præcedenti casu procedit, quando vltimo morienti simpliciter substitutio facta est, Bartol. *in l. vel singulis, ff. de vulgar. & pupill. Bald. & Imola in l. Titia Seio, §. Seia libertis, ff. de legat. 2 Socin. in l. heredes mei, §. cum ita, vers. quartus casus, ff. ad Trebell. & in leg. qui duos, §. aliquando, ff. de reb. dub. & in consil. 249. vers. aliquando substitutio, Paul. in l. pater impuberis, ff. de vulgar. & pupill. Alexand. in consil. 101. vers. hoc etiam probatur, volum. 4. & in consil. 11. vers. probatur etiam, volum. 3. Anton. Gabriel in titulo de subst, num. 14. volum. 3, communium opinionum, quam inquit communem esse Menoch. in d. præsumt. 62. num. 41. qui ad idem allegat Ripam in dict. §. cum ita, num. 18. vers. secunda conclusio.* Idem seruandum erit, quando omnibus post mortem omnium substitutio facta fuerit. Ita Aret. *in l. quidam testamento Proculum, ff. de vulgar. & pupill. Alexand. in l. pater filiam, §. duobus, in 1. & 3. casu, ff. ad leg. Falcid. Socin. in dict. §. cum ita, vers. tertius casus, l. heredes mei ff. ad Trebellian. Gabriel vbi supra, num. 17.*

29 Quæ dicta † sunt limita, nisi instituti sint personæ, quæ ex verisimili mēte testatoris substitutos excludant, veluti quando testator filios vel descendentes instituit, & illis extraneos substituit; nam tūc præsumendū est, testatorē filios & descendentes prædilexisse & voluisse substitutis anteponere: & ideo ali-

aliquo corū mortuo, fratres vel nepotes superstites succedēt: quia inuicem reciproce substituti censentur. Ita Soc. *in d.l heredes mei, §. cum ita, vers. aliquando & tertio, ff. ad Trebell. Curt. in cons. 16. Paris. cons. 53. vol. 2. Paul. de Castr. in cons. 401. & cons. 431. libr. 1. idem in consil. 270. col. 2. & cons. 279. & 392. col. 2. lib. 2. Imola in dict. § cum ita, Rip. in l. Lucius, num. 42. ff. de vulgar. & pupill. Alt. in l. singulis, numer. 17. ff. de vulgar. & pupill. Couarr. in cap. Raynutius, § 8. numer. 4. de testament. Anton. Gabriel vbi supra, numer. 20.* Menoch. alios referens, *in d. præsumt. 62. num. 35.* vbi *in vers. his constat*, communem dicit, & ibidem *num. 36.* inquit, communem † opinionem Doctorum esse, quod solum descendentes a testatore sunt personæ, quæ ex verisimili mente 30 testatoris substitutum excludunt. Idem tradit Aymon Crauett. *in cons. 328. num. 32.* vbi communem testatur & ab ea non esse recedendum, & quamplures Doctores idem tenentes recenset. Communem etiam dicit Ripa *in d. § cum ita, nu. 121.* & ibi Socin. & alii, quos refert Gabriel *in titu. de subst. conclus. 3. num. 10. volum. 3. commun. opin.* Qui ibidem *nu. 11.* refert quamplurimos Doctores tenentes, quod dictum est, procedere, etiam in transuersalibus, qui coheredi suo ab intestato succedere possunt, & ita in casu mihi occurrenti iudicatum a iudicibus appellationum Audientiæ Regalis Canariensis vidi, cum contrariam partem iuxta dictam communem opinionem defenderem. Nam quidam clericus duos fratres suos legitimos vtrinque coniunctos heredes instituit, & præcepit, vt post eorum mortem bona hereditaria ad consobrinos ex alio fratre prædefuncto genitos peruenirent, qui frater defunctus & vtrinque coniuncti testatori fuerant: mortuo altero ex institutis, consobrini eius portionem petierunt, quæ in dicto fideicommisso continebatur, econtra patruus ad se, tanquam reciproce substitutum, dixit pertinere, & pro consobrinis vltra dictam communem opinionem allegabam, quod patruus non erat persona, quæ ex verisimili mente te-

ſtatoris conſobrinos ſubſtitutos excludebat, cum a ſucceſſione patrui ab inteſtato defuncti eos non excludat, & de iure ad patrui defuncti ſucceſſionem cum patruo concurrant. In
31 hoc caſu † etiam deſcendentes ſubſtitutum non excludunt, vt probatur *in d. l. heredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebell.* vbi Claudia neptis teſtatoris ſubſtituta excludit aliam neptem, quæ in ſucceſſione cum ipſa concurrebat, vt *ibi* notat Bart. *verſ. & aduerte, Paul. de Caſtr. in l. pen. verſ. ſed opponitur, C. de impub. & aliis ſubſtit. & ibidem Alexand. in verſ. ſi diceretur, & Imol. in verſ. aduerte tamen, Socin. in conſ. 94. verſ. ſed hanc rationem, vol. quarto, & conſ. 51. verſ. quarto principaliter, volum. 4. Ruin. in conſil 124. verſ. ſed iſtis, vol. 3. conſ. 198. verſ. nec obſtat, volum. 2. Corn. conſ. 283. verſ. & ideo ad dictam Theoricam, & conſ. 124. verſ. pater cuius, vol. 2. Bertrand. conſ. 282 verſ. ſecundo cum igitur, volum. tertio, in nou. & Anton. Gabr. in d. tit. de ſubſtit. concl. 3. num. 6.* Et hęc opinio vera & iuridica mihi ſemper viſa fuit. Vide Menoch. *in dict. præſumt. 62. a num. 36. vſque ad num. 40.* vbi tradit coniecturas ex quibus dicta ſubſtitutio reciproca intelligitur, & Anton. Gabriel *in d. tit. de ſubſt. concluſ. 1. & concluſ. 3. & 4.*
32 Cum vero † teſtator poſt mortem omnium heredum vltimo morienti in tota hereditate vel in omnibus bonis aliquos ſubſtituit, tũc inter inſtitutos reciproca ſubſtitutio facta cenſetur: & ideo portio morientis inter coheredes, prout inſtituti fuerunt, diuidenda eſt, *vt in d. §. & ſi ex diſparibus, Inſtitut. de vulgarib. ſubſt. cum vulgaribus d. l. 3. tit. 5. part. 6.* Et quod in dicto caſu inducatur reciproca ſubſtitutio, probatur *in l. Titius Seio, §. Seia libertis, ff. de legat. 2.* Et ita tenent Bart. & Bald. *in d. l. vel ſingulis, ff. de vulg. & pupill. & Paul de Caſtr. ibid. & in l. ſi pater impuberes, ff. eodem titul. in fin. & ibi Alexand. in verſicul. ex prædictis colligi poſſunt,* Paul. de Caſtro & Bald. *in l. cum, §. pro ſecundo, C. de caducis tollend.* dum ſe remittit ad per eum dicta *in d. §. Seia, Imol. in l. poſt, ff. de vulgar. & pupill.* & ibi Raphā. & Iaſon, qui dicit, hanc eſſe communem opinionem

Doct.

Doct. Ripa *in d. l heredes mei, §. cum ita, num. 19. vers. stat igitur resolutio. ff. ad Trebell. & ibi Socin. Iun. num. 11. Couarr. in c. Raynutius, §. 8 num. 2. de testament. Ruin. in cons. 92. in fin. lib. 2. & in consil. 126. num. 8. & cons. 134. num. 8. lib. 3. Aymon Crauett. in cons. ibi, num. 6. & cons. 328. num. 12.* Anton. Gabriel *in d. tit. de substit. conclus. 1. num. 8.* vbi alios recenset, & Menoch. *in d. præsum. 62. num. 1. lib. 4.* Vbi quam plurimos refert. Ratio dictæ sententiæ est: quia vltimus grauatus restituere omnem hereditatem, eam restituere non potest, nisi dicta substitutio reciproca præcedat: nam aliter ad eum tota hereditas peruenire non potest, vt eam restituere valeat: & ideo de illa testator sensisse creditur. Idem † quod in præcedenti casu locum habet, quando testator vltimo instituto morienti in bonis & hereditate indefinite aliquem substituit, vtputa, si dixit: *Instituo Franciscum & Petrum & Ioannem, & vltimo eorum descendenti in hereditate vel bonis meis Didacum substituo.* Nam quamuis testator non dixit: *In omnibus bonis vel in tota hereditate substituo*, tamen reciproca substitutio facta præsumitur, quia illa indefinita æquipollet vniuersali. Ita Ripa *in d. l. heredes mei, §. cum ita, num. 18. & ibidem Fabius num 12. Curt. Iun. in d. l. penult. num. 13. C. de impub. & aliis subst. idem in cons. 43. num. 2 & 3. Alexand. in cons. 91. n. 2. lib. 1. & cons. 11. n. 8. lib. 3. & Soc. Iun. & Cephal. & Dec.* quos refert & sequitur Menoch. *in dict. præsumt. 62. numer. 2.* per textum, *in dict. l. Titia Seia, §. Seia libertis, ff. de legat. 2.* vbi *numer. 9. in vers. Contrariam*, inquit, contrariam opinionem non esse veram, licet communis sit secundum Socin. Iun. sibi contrarium *in d. §. cum ita, nu. 18.* Quia indefinita æquipollet vniuersali; quando ratio suadet, vide Menoch. ibi, qui *nu. 11.* ampliat dictam conclusionem, quotiescunque de voluntate testatoris colligi potuerit, de omnibus bonis eum sensisse: licet non ita expresserit, & ibi *vsque ad num. 21.* ponit decem coniecturas & signa, ex quibus dicta voluntas arguitur, & ibi *a num. 22. vsque ad nu. 29.* tradit aliquas declaratio-

33

34 nes & ampliationes. Quod si † testator *Petrum instituit heredem, & si sine liberis decesserit, illi Ioannem substituit*, d. filii positi in conditione, inuicem substituti inter se non videntur secundum Imol. *in l. centurio, num. 22. ff. de vulgar. & pupill. & in c. Raynutius, de testamentis, Anton. Gabr. alios referens in dict. titul. de subst. conclus. 1. num. 24. Ripa in d. l. heredes mei, §. cum ita, nu. 29. & ibidem Socin. Sen. num. 3. vers. primus casus, Paul. de Cast. in consil. 289. col. 2. libr. 2. Bursat. in cons. 52. num. 14. lib. 1.* vbi communem dicit Menoch. *in cons. 85. num. 43. libr. 1.* vbi quamplurimos congessit, *& in cons. 376. num. 25. lib. 4. & in d. præsumt. 62. num. 54. lib. 4. de præsumt. Anton. Gomez in 1. tomo de testamen. c. 3. num. 23. & cap. 5. num. 43.* Quia filii positi in conditione, non censentur vocati secundum aliquos Doctores. Hanc rationem reiicit Menoch. *in dicta præsumt. 62. num. 55.* & *numer. 56.* aliam rationem reddit, videlicet, quod ideo non sit in prædicto casu reciproca substitutio, quia substitutio non fuit facta
35 vltimo morienti, neque in omnibus bonis. Dicta † conclusio procedit, etiam si positi in conditione, essent ex descendentibus testatoris, & in parte onerati. Ita Roland. *in consil. 34 num. 60. libr. 4. Zancus in dict. §. cum ita, in 6 part. num. 244. Ruin. in consil. 180. num. 6. versic. & ea etiam, libr. 2. Ripa in dict. l. heredes mei, §. cum ita, num. 29. versic. sed quid si positi, ff. ad Trebell. Anton. Gabr. vbi supra, num. 25. Menoch. in dicta præsumt. 62. num. 57. &*
36 *58. vbi alios refert.* Et an † filii positi in conditione, vocati censeantur, vide optime per Anton. Thesaur. Fosan. *in decis. Pedemont. decis. 96.*

SVMMARIA.

1 *Pater potest in vita & in morte bona sua inter filios diuidere, & diuisio sic facta habet vim vltimæ voluntatis siue prælegati.*

2 *Pater an possit reuocare diuisionem, quam inter filios fecit & tradidit, num. 2. vsque ad num. 7.*

3 Bo-

3 *Bona a patre diuisa inter filios & tradita, non veniunt in fidei-commisso.*

4 *Bona a patre diuisa inter filios & illis tradita, veniunt in fidei-commisso, si de consensu filiorum de dictis bonis iam diuisis & traditis pater testatus fuerit.*

5 *Diuisio bonorum a patre facta inter filios, habet vim vltimæ voluntatis siue prælegati, & non habet vim simplicis donationis.*

6 *Voluntas testatoris est deambulatoria vsque ad mortem.*

7 *Filius censetur tantum melioratus in diuisione a patre facta & tradita in ea parte, quæ fratrum partes excessit.*

8 *Pater potest reuocare diuisionem factam & traditam inter filios in eo, quod fuit diuisio æqualis, non poterit tamen vnum ex filiis meliorare.*

9 *Diuisio a patre facta inter filios & tradita, si iurata fuerit, reuocari a patre non potest.*

10 *Donatio omnium bonorum præsentium firmatur iuramēto, quia in dicta donatione bona futura non veniunt.*

11 *Diuisio a patre facta filiis consentientibus & approbantibus, videtur sumere naturam contractus, in quo consensus partium requiritur.*

12 *Pactum factum inter patrem & filios de diuidenda hereditate certo modo, non valet.*

13 *Pactum factum inter patrem & filios de diuidenda hereditate certo modo, valet in vim supremi iudicii, si pater vsque ad mortem dictum pactum seruauerit.*

14 *Pactum factum de succedendo, & de certo modo diuidenda hereditate, non firmatur iuramento, quia contra bones mores est.*

CAPVT III.

Quando possit pater reuocare diuisionem quam inter filios de suis bonis fecit.

1 PAter potest in vita & in † morte bona sua inter filios diuidere, *vt in l. cum pater, §. euictis, ff. de legat. 2. l. fin. C. famil. erciscund. l. 9. tit. 15. part. 6.* Quæ diuisio a patre inter filios facta vim vltimæ voluntatis habere dicitur, *vt in l. si filia nupta, §. fin. ff. famil. erciscund. cum Dd Ruin. conect. 187. vol. 2. Paris. consil. 61. numer. 33. volum. 1. Roland. a Valle cons. 34. num. 69. volum. 4.* & Florian. *in l. qua pater, num. 4. ff. famil. erciscund.* inquit, quod disio facta a patre inter filios, censetur vim prælegati habere, quem refert & sequitur Menoch. *in tract. de præsumt. lib. 4. præsumt. 118. num. 7.*

2 Dubium est; *An † diuisionem, quam pater in vita inter filios fecit & tradidit, reuocare possit,* & Anton. Gomez *in l. 17. Taur. numer. 21.* tenet, non posse patrem eam reuocare, *per dictam l. 17.*
3 *Taur.* Pro † quo facit, quod quando pater diuisit bona inter filios, & ea illis assignauit iusq; dominii transtulit, & postea eos heredes instituens, restituere grauauit, dicta bona diuisa in fideicommisso non veniunt, quia filii iam facti erant domini dictorum bonorum, & ita iure hereditario non habebant Ita Corn *in consil 228. num. 9. lib. 4. Socin. iun. cons. 72. num. 67. lib. 1. & Paris. consil. 2. num. 12. & num. 75. lib. 3. Menoch. in tract. præsumt. lib. 4. præsumt. 196. num. 12.* Quod declarat Menoch. ibidem *num. 13.* procedere, nisi filii dicta bona patri concesse-
4 runt cum † facultate testandi ; nam tunc diuisio reuocata censetur, & bona pristinam naturam recipiunt secundum Paris. *in cons. 2. num. 15. lib. 3. Curt. Iun. in cons. 54. colum. 1. per text. in l. si vero non remunerandi, §. idem Papinianus, ff. mandat.*

5 Contrarium, quod † pater possit dictam diuisionem inter filios ab ipso factam & traditam reuocare, tenet Ayora *in tractat. p. 3. p. q. 16.* Quia, vt dictum est, habet vim vltimæ volunta-
6 tis siue † prælegati, *vt in d. l. si filia nupta, §. si pater, ff. famil. ercisc.* & non habet vim simplicis donationis, vt tradit Bart. *in d. § si pater.* Et voluntas testatoris est deambulatoria vsq; ad mortẽ, *vt in l. 4 ff. de adimend. leg. c. cum Marte, de celebrat. missar l. vlt. §. pe-*

§. *penul.* ibi, dum dicit: *Si donec vixerit, in eadem permanserit voluntate*: ita tenent Oldrad. *in consil. 231. num. 1.* Paris. *consil. 24. numer. 60. & cons. 26. num. 34. lib. 2.* Afflict. post Bald. *in tit. de pace iurament. firmand. §. item sacramenta, in glos. 3. post 7. notabil. num. 17.* Roland. *consil. 34 num. 69. lib. 4.* Mihi † dicendum videtur, attenta *d. l. l. 17. Taur.* quod si pater fecit inter filios inæqualem diuisionem, quod filius, qui in diuisione maiorem partem habuit, in eo, quo eius pars aliorum fratrum partes excessit, censetur tacite melioratus, & per traditionem fuit talis melioratio facta irreuocabilis. Et in † hoc casu opinio Anton. Gom. vera videtur *per d. l. 17. Taur.* in bonis aliter, quo diuisio fuit æqualis, videtur posse reuocari, ita vt pater possit bona aliter inter filios diuidere & pro anima disponere, æqualitate inter filios seruata. Nam per diuisionem & traditionem factam, videtur † pater sibi ademisse facultatem meliorandi aliquem ex filiis aliter, quam per diuisionem fecit, & filii circa meliorationem ius irreuocabile acquisiuerunt, per *dictam l. 17. Taur.* Nisi pater præstito iuramento non reuocare dictam diuisionem promiserit, nam tunc obstante iuramento eam reuocare non valet, vt notant Ioan. Baptista de Sanct. Seuerino & Cagnol. *in l. frater a fratre, ff. de condict. indebit. Ruin. consil. 96. numer. 8 lib. 5.* Neque obstat, quod videtur esse donatio † omnium bonorũ præsentium, quæ de iure Regio non valet, *vt in l. 69. Tauri*, nam iuramento confirmatur, *vt in d. l. Taur.* tenet Ant. Gom. *num. 4. & ibi Doct. Regum*, quia non est contra bonos mores, & per eam nõ tollitur libera testandi facultas; cum bona futura in dicta diuisione bonorum præsentium facta non veniant, *Ruin. consil. 178. nu. 3. lib. 1. & cons. 13. num. 3. lib. 2.* vbi communem dicit, Alex. *in l. fin. nu. 3.* vbi communem testatur, *C. de pactis, Clar. in §. donatio, quæst. 142.* & notant communiter Doctores *in l. stipulatio hoc modo concepta, ff. de verbor. obligat. Ruin. in dict. cons. 96. nu. 8.* Et quia per modum contractus † dicta diuisio facta censetur, quia fuit facta in vita

Margin numbers: 7 (at "Mihi † dicendum vi-"), 8 (at "hoc casu opinio"), 9 (at "pater sibi ademisse facultatem melio-"), 10 (at "donatio † omnium"), 11 (at "contractus † dicta").

filiis consentientibus & approbantibus, & præsentia & approbatio non est de natura vltimæ voluntatis, *vt in l. cum pater, §. surdo, ff. de legat 2.* sed contractus, in quo requiritur consensus, *l. 1. ff. de pactis, l. obligationum substantia, ff. de action. & obligation. Ruin. in d. cons 96. n. 8.*

12 Pactum vero † inter patrem & eius filios interpositum super hereditate certo modo diuidenda, non valet, vt tenet glos. *in l. fin. C. de pactis*, & cum dicta glossa est communis opinio secundum Fernandum Vasquium *de success. creation.*
13 *§. 18. num. 193.* Et licet tale pactum in † vim pacti iuribus non subsistat: tamen si pater in vita aliter non disposuerit, in vim supremi iudicii valebit, per text. *in dict. l. fi. C. fam. ercisc. Bart. in l. tale pactum, §. fi. ff. de pact. Roman. in auth similiter, C. ad leg. Falcid.* vbi communem dicit Riminald. *in l. pactum quod dotali in fi. C. de pactis.* Mich. Crassus *in §. successio ab intestato, quæst. 9. numer. 5.* vbi *numer. 6.* tenet, tale pactum de succedendo vel de
14 diuidenda certo † modo hereditate, non firmari iuramento, secundum glossam *in d. lege pactũ quod dotali*, & *ibi* Bartolus & Salycetus *num. 3.* vbi inquit, ita Canonistas communiter tenere, & *ibidem* Alexander & Iason: & idemmet Iason *in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 11. ff. de verbor. oblig.* vbi communem opinionem approbatam per Legistas & Canonistas testatur: communem etiam dicit Viuius *in libr. 1. communi opin. verbo. pactum, num. 5. Villalob. in suis communibus, verb. pactum, num. 1.* Couarr. *in cap. quamuis pactum, 3. part. in princ. num. 8.* vbi receptiorem esse affirmat; quia est iuramentum contra bonos mores, quod liberam testandi facultatem adimit, Velazquez *de success. creat. §. 18. num. 197.* communem dicit, & ideo non est obligatorium tale iuramentũ, vt Velazquez *vbi supra* communem vocat Cagn. *in dicta leg. fin. num. 22. de pact. Anton. Gabriel in titul. de pact. conclus. 1. num. 11.*

S V M-

SVMMARIA.

1 Hereditas descendentis inter ascendentes est æqualiter diuidenda, nulla distinctione bonorum facta.
2 Successio quæ in iure peculii deferebatur, est hodie sublata per iura auth. & Regn.
3 Ascendentes succedunt hodie descendentibus iure hereditario.
4 Ascendentes vltra succedunt parentes descendentibus in stirpes, & non in capita, ita quod auus & auia ex parte patris habebunt dimidiam hereditatem & auus ex parte matris alteram dimidiam.
5 Emanuel Mendez de Castro taxatur, num. 5. 6. 7. 8. 9. & 10.
6 Filius transmittit bona profectitia, de quibus in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. & l. 5. tit. 17. part. 4.
7 Ascendentes succedunt æqualiter in bonis a patre filio donatis, & Castrensibus, & non solus pater.
8 Pater & mater succedunt æqualiter filio in bonis, quæ per meliorationem irreuocabilem pater tradidit filio.
9 Filii naturales succedunt matri non stantibus filiis legitimis.
10 Pater & mater succedunt æqualiter filio in bonis a patre illi donatis, iuramento adhibito.
11 Collatio bonorum non datur inter ascendentes.
12 Repræsentationi non est locus inter ascendentes.
13 Hereditas debetur filiis iure naturæ & parentibus voto.
14 Filii testantes etiam de bonis castrensibus vel quasi castrensibus, non possunt parentes exheredare, nisi propter caussas in iure expressas.
15 Filii possunt libere testari de tertia parte bonorum in præiudicium parentum.
16 Lara reprobatur num. 16.
17 Filii possunt libere disponere de tertio bonorum, in quibus pater vsumfructum non habet, etiam in vsufructu contra Gom.
18 Filius in bonis ab Imperatore donatis non testatur, nisi de eorum tertia parte cum vsufructu, sicut in castrensibus.

19 *Vbi eadem ratio idem ius.*

20 *Lex generaliter, vt loquitur, intelligi debet.*

21 *Filius clericus testari debet de bonis intuitu ecclesiæ acquisitis, sicut laicus de castrensibus in tertio bonorum cum vsufructu tantum, num. 21. & 23.*

22 *Laici succedunt clericis ab intestato in bonis intuitu ecclesiæ acquisitis.*

23 *Clericus non potest præiudicare patri in vsufructu tertii bonorum, quæ ante clericatum acquisiuit.*

25 *Filius religionem ingrediens, testatur sicut clericus.*

26 *Filii seculares non possunt præiudicare patri in vsufructu tertii.*

27 *Lex 5. Tauri est intelligenda ita, ne ius corrigat.*

28 *Lex 6. Tauri declaratur.*

29 *Commoditas vsusfructus tertii bonorum filii communicatur inter parentes.*

30 *Filius testatur etiam de vsufructu tertii, si pater religionem profiteatur.*

31 *Professus religionem in Abbatis potest item transire.*

32 *Patri datur vsusfructus bonorum propter administrationem eorum.*

33 *Pater priuatus administratione bonorum filii, perdit vsumfructum.*

34 *Pater qui passus est mediam vel maximam capitis diminutionem, perdit vsumfructum bonorum filii.*

35 *Damnati in metallum & ad carceres perpetuos & triremes & banniti, patiuntur maximam & mediam capitis diminutionem.*

36 *Damnatus pater & restitutus non recuperat vsumfructum.*

37 *Pater non perdit vsumfructum propter minimam capitis diminutionem.*

38 *Patris bonis publicatis, commoditas vsusfructus bonorum filii ad fiscum pertinet, si media & maxima capitis diminutio interuenerit, alias non.*

39 Dua

CAPVT IV.

Qualiter hereditas descendentis inter ascendentes diuidi debeat.

CVm agitur † de diuidenda hereditate descendentis inter 1 eius ascendentes, non est facienda distinctio bonorum, quæ traditur a Bart. *in auth. itaque, C. comm. de success.* vt acquisita & habita a patre vel patris caussa, patri adiudicentur: matri vero acquisita ex parte matris vel eius caussa. Sed æqualiter dicta hereditas † descendentis inter ascendentes diuidēda est, 2 vt tenet Salyc. Petrus & Cynus *in dict. auth. itaque,* & est communis opinio secundum Bal *in cons. 31. vol. 2.* Quæ opinio est approbata per text. *in l. 4. titul. 13. part. 6. & in l. 6. Tauri,* quæ est *l. 1. tit. 8. libr. 5. nou. collect. Reg.* Per quæ iura sublata est successio, quę de iure peculii de iure antiquo patri deferebatur, per tex. *in l. 1. §. si is qui, vers. non enim. ff. de collat. bon. leg. seruum, vers. cum enim, ff. de legat. 1.* Et hodie † succedunt ascendentes descen- 3 dentibus ab intestato morientibus iure hereditario, *per d. l. part. & Taur.* & idem erat dispositum de iure auth. *vt in auth. defuncto, C. ad Tertull. auth. de heredib. ab intestato morientibus, §.*

si igitur defunctus, auth. in successione, C. de suis & legitim. hered. & sic est correcta *l. 5. C. de castrens. pecul. & l. 2. ff eod. tit.* secundum glos. *in l. si infanti, versic. infanti, in princip. C. de iure deliberand.* quam sequitur Bald. & Cynus & Iason ibi *num. 8.* & est communiter approbata secundum Alex. *ibidem num. 3. & 4.* Sed si
4 ex parte † patris vel matris adsit auus vel auia tantum, & ex altera parte auus & auia simul, succedunt in stirpes, vt proba-
5 tur *in d. l. 4. tit. 13. part. 6.* Ex † quibus sequitur, euidenter falsum esse, quod asserit Emanuel Mendez de Castro *in l. cum oportet, C. de successione patris in peculio profectitio, num. 50. cum sequentibus*, vbi affirmat, hodie non esse sublatam patri successionem iure peculii antiquitus ei concessam per dicta iura, ex quo sequentes conclusiones falsas infert.

6 Primam, quod filius ab † intestato defunctus, non transmittit ad suos heredes bona profectitia, quia illa pater occupat iure peculii, quod intelligit de bonis castrensibus & aliis similibus a patre donatis filio, vt videre est per iura quæ allegat, *& num. sequentibus* affirmat. Nam si intelligeret de bonis profectitiis, de quibus *in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. & l. 5. titulo 17. partita 4.* bene diceret, vt tenet Velazquez de Auendano *in l. 6. Tauri, glos. 4. in fin.*

7 Secundam, quod non † obstante *dict. l. 6. Tauri*, pater solus succedet in dictis bonis castrensibus & similibus a patre filio donatis secundum Emanuel. Alfon. eius preceptorem, quod falsum est.

8 Tertiam † ecce vbi magis declarat errorem suum: quod si pater fecerit meliorationem filio irreuocabilem, *iuxta l. 17. Taur.* quod filio defuncto in vita patris, non pertinebit dicta melioratio ad vtrunque parentem iure hereditario, sed tantum ad patrem iure peculii, quia, inquit, quod dicta donatio habet tacitam conditionem secundum dictam *l. 17. Tauri, si filius patri superuixerit:* quæ ratio est falsa: Nam statim valet irreuocabiliter, non exspectata morte patris: vt constat *ex d. l. Tauri,*

Tauri, & ibi Doctores Regn. Item inquit, quod etiamsi non exspectata morte patris statim valeret, quod ad similitudinem donationis castrensis peculii a patre filio factæ, quæ ad patrem reuertitur, filio ab intestato mortuo, *vt in l. 2. ff. de castrens. pecul.* quæ statim irreuocabiliter valet, *vt in l. 1. C. de Castrens. pecul. l. 2. C. ad Macedo.* pater iure peculii capiet. Et inquit, quod † idem procedet in filia meliorata, quæ si mortua 9 fuerit cum filiis naturalibus, non succedent ei filii, sed pater in dicta melioratione, tanquam ab eo profecta, cum sit regula; Quod in profectitiis filiusfamilias non habet heredem, ad cuius reg. confirmationem allegat *authen. de hered. ab intestat. venient. vers. si quis igitur*, quatenus dicit: quod filiusfamilias habeat heredem solum in his bonis, quæ secundum alias leges patris acquisitionem effugiunt. Quod non videtur esse verum per dictas authent. in principio a me allegatas supra *num. 3.* & quia filii naturales succedunt matri, *& in l. 9. Tauri, & ibi Doct.* & secundum dictam communem opinionem *per dictam l partit. & l. 6. Tauri* approbatam, pater & mater simul ad dicta bona filiorum vocantur, nulla distinctione bonorum facta: quod tenet Couarr. *in epitome de success. ab intest. numer. 1. & 2. Villalobos in antimonia iuris ciuilis & Regii, litera F. numer. 37. Matienco in l. 1 gloss. 3. numer. 17. titul. 8. lib. 5. nouæ Recopilat. & Gregorius Lupus in dicta l. 4. verbo: ygualmente, tit. 13. partit. 6.* Cral. *in lib. sentent. §. successio, quæst. 22. num. 5.* vbi hanc de iure communiorem & tenendam dicit. Similiter † per su- 10 pradicta non est verum, quod idem Mend. de Castro, inquit, *vbi supra, num. 58.* de donatione iurata a patre filio facta, quod in illa pater iure peculii succedet.

Et nota, quod † inter ascendentes collatio bonorum lo- 11 cum non habet, vt tenet Dec. *in l. si emancipati, C. de collat.* vbi *nu. 8.* communem dicit. Item † est notandum, quod inter ascendentes repræsentatio non datur, quando de successione 12 descendentium agitur, Tellus *in dicta l. 6. Tauri, num. 5. 6. & 7.*

si igitur defunctus, auth. in successione, C. de suis & legitim. hered. & sic est correcta *l. 5. C. de castrens. pecul. & l. 2. ff eod. tit.* secundum glos. *in l. si infanti, versic. infanti, in princip. C. de iure deliberand.* quam sequitur Bald. & Cynus & Iason ibi *num. 8.* & est communiter approbata secundum Alex. *ibidem num. 3. & 4* Sed si
4 ex parte † patris vel matris adsit auus vel auia tantum, & ex altera parte auus & auia simul, succedunt in stirpes, vt proba-
5 tur *in d. l. 4. tit. 13. part. 6.* Ex † quibus sequitur, euidenter falsum esse, quod asserit Emanuel Mendez de Castro *in l. cum oportet, C. de successione patris in peculio profectitio, num. 50. cum sequentibus*, vbi affirmat, hodie non esse sublatam patri successionem iure peculii antiquitus ei concessam per dicta iura, ex quo sequentes conclusiones falsas infert.

6 Primam, quod filius ab † intestato defunctus, non transmittit ad suos heredes bona profectitia, quia illa pater occupat iure peculii, quod intelligit de bonis castrensibus & aliis similibus a patre donatis filio, vt videre est per iura quæ allegat, *& num. sequentibus* affirmat. Nam si intelligeret de bonis profectitiis, de quibus *in l. cum oportet, C. de bon. quæ liber. & l. 5. titulo 17. partita 4.* bene diceret, vt tenet Velazquez de Auendano *in l. 6 Tauri, glos. 4. in fin.*

7 Secundam, quod non † obstante *dict. l. 6. Tauri*, pater solus succedet in dictis bonis castrensibus & similibus a patre filio donatis secundum Emanuel. Alfon. eius præceptorem, quod falsum est.

8 Tertiam † ecce vbi magis declarat errorem suum: quod si pater fecerit meliorationem filio irreuocabilem, *iuxta l. 17. Taur.* quod filio defuncto in vita patris, non pertinebit dicta melioratio ad vtrunque parentem iure hereditario, sed tantum ad patrem iure peculii, quia, inquit, quod dicta donatio habet tacitam conditionem secundum dictam *l. 17. Tauri, si filius patri superuixerit:* quæ ratio est falsa: Nam statim valet irreuocabiliter, non exspectata morte patris: vt constat *ex d. l. Tauri,*

Tauri, & ibi Doctores Regn. Item inquit, quod etiamsi non exspectata morte patris statim valeret, quod ad similitudinem donationis castrensis peculii a patre filio factæ, quæ ad patrem reuertitur, filio ab intestato mortuo, *vt in l. 2. ff. de castrens. pecul.* quæ statim irreuocabiliter valet, *vt in l. 1. C. de Castrens. pecul. l. 2. C. ad Macedo.* pater iure peculii capiet. Et inquit, quod † idem procedet in filia meliorata, quæ si mortua 9
fuerit cum filiis naturalibus, non succedent ei filii, sed pater in dicta melioratione, tanquam ab eo profecta, cum sit regula; Quod in profectitiis filiusfamilias non habet heredem, ad cuius reg. confirmationem allegat *authen. de hered. ab intestat. venient. vers. si quis igitur*, quatenus dicit: quod filiusfamilias habeat heredem solum in his bonis, quæ secundum alias leges patris acquisitionem effugiunt. Quod non videtur esse verum per dictas authent. in principio a me allegatas supra *num. 3.* & quia filii naturales succedunt matri, *& in l. 9. Tauri, & ibi Doct.* & secundum dictam communem opinionem *per dictam l partit. & l. 6. Tauri* approbatam, pater & mater simul ad dicta bona filiorum vocantur, nulla distinctione bonorum facta: quod tenet Couarr. *in epitome de success. ab intest. numer. 1. & 2. Villalobos in antimonia iuris ciuilis & Regii, litera F. numer. 37. Matienco in l. 1 gloss. 3. numer. 17. titul. 8. lib. 5. nouæ Recopilat. & Gregorius Lupus in dicta l. 4. verbo: ygualmente, tit. 13. partit. 6.* Cras. *in lib. sentent. §. successio, quæst. 22. num. 5.* vbi hanc de iure communiorem & tenendam dicit. Similiter † per su- 10
pradicta non est verum, quod idem Mend. de Castro, inquit, *vbi supra, num. 58.* de donatione iurata a patre filio facta, quod in illa pater iure peculii succedet.

Et nota, quod † inter ascendentes collatio bonorum lo- 11
cum non habet, vt tenet Dec. *in l. si emancipati, C. de collat.* vbi *nu. 8.* communem dicit. Item † est notandum, quod inter ascendentes repræsentatio non datur, quando de successione 12
descendentium agitur, Tellus *in dicta l. 6. Tauri, num. 5. 6. & 7.*

& ibidem Ant: Gomez; Matienc. in dict. l. 6. quaest. 1. gloss. 3. num. 12. & 13. titul. 8. lib. 5. recopil. Palat. Rub. num. 9. & 10. Crass. *de success.*
13 *ab intestat. quaest. 22. num. 6.* vbi magis † veram & receptiorem vocat: Quia liberis debetur hereditas iure naturae, & parentibus voto: & quia parentes prius mori censentur, repraesentatio non datur, & lex naturam imitatur. Vide Crass. Et filii non
14 possunt † praeterire vel exheredare parentes, licet testentur de bonis castrensibus, vel quasi castrēsibus, nisi propter caussas a iure expressas, quae ponuntur *in auth. vt cum de appellat. cognosc. tur, §. siue igitur, & in l. 11. & ibi gloss. Greg. titul. 7. partit. 6. Clar. lib. 3 sententiarum, §. testamentum, quaest. 48. num. 49. dict. l. 6. Tauri, & ibi Doctores.*

15 Poterunt † tamen filii de tertia parte bonorum suorum ad libitum disponere in praeiudicium ascendentium, vt *in dicta l. 6. Taur.* cauetur, & non de duobus tertiis secundum formam datam a Lara *in l. si quis a liberis, §. parens, num. 24.* nam eius opinio est falsa, & eam reprobat Azebed *in d. l. 1. tit. 8. lib. 5. collect.*
17 *Regn. nu. 39.* Et † non solum in proprietate, sed etiam in vsufructu tertiae partis bonorum castrensium vel quasi castrensium & aduentitiorum, in quibus pater non habet vsumfructum, poterunt filii testari, Peralt. *in praeallegat. rubric. de hered. b. instituendis; num. 181. Rojas de successio. ab intestat. cap. 29. num. 23 & 24.* Tellus *in l. 5. Taur. num. 3. cum sequentib.* vbi reprobat Anton. Gomez *in l. 48. Taur. num. 5.* contrarium tenentem, Aze-
18 bed. *in dict.* † *l. 1. num. 55.* qui *ibi num. 56.* limitat *dictam l. 6. Taur.* secundum opinionem Roderic. Suar. *in l. quoniam, limitat. 6. leg. Reg. colum. fin. nu. 166.* non procedere in bonis aduentitiis, quae filii ex Imperiali largitate acquisiuerunt. Nam de his, inquit Suarez, quod possunt libere dispenere, per text. *in l. cum multa, C. de bon. quae liber. ibi (habeant omnia praecipua & nemini adquirant)* quae limitatio mihi falsa videtur. Quia bona castrensia aeque priuilegiata de iure erant & nunc sunt, pleno iure sibi filius adquirit, & hoc significant illa verba: *Habeant*

omnia

omnia pracipua & nemini adquirant. Et si † non potest testari 19
filius, nisi de tertio bonorum castrẽsium, vt dictum est: idem iudicãdam est de bonis ab Imperatore filio donatis, cum militet eadem ratio: Ergo idem ius, *vt. in l. a Titio. ff. de verbor. oblig. l. illud, ff. ad leg. Aquil.* & † quia dicta *l. 6. Taur.* generaliter 20
loquitur & generaliter intelligi debet: text. *in l. de pretio, ff. de Public. in rem act.* quod expresse vult, ibi: *De qualquier calidad que sean, &c.* Quæ verba ponderat ad bona castrensia Velazquez de Auendano *in d. l. 6. Taur. glos. 7. num. 5. in fin. & D. Azebed. vbi supra num. 57.* recedit a d. limitatione Suarez.

Idem iudicandum † est de clerico de bonis intuitu Eccle- 21
siæ acquisitis testante, cum *per l. 13. tit. 8. lib. 5. nou. recopilat. Reg.* possit de bonis supradictis ad libitum testari, & per dictam l. hereditas clerici ab intestato morientis defertur heredibus ab intestato † venientibus, sicut in ceteris bonis non intuitu 22
Ecclesiæ acquisitis. Et quod valeat talis lex & consuetudo est receptior opinio secundum Matienc. *in dict. l. 13. recopil. glos. 4. num. 4.* Et quod † clericus non possit, nisi de tertio bonorum 23
suorum disponere, quando de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis testatur, tenet Anton. Gomez *in dict. l. 6. Taur. vide Azebed. vbi supra nu. 58.* Quod † si clericus testetur de bonis ante cle- 24
ricatum acquisitis, non poterit de iure communi in eorum vsufructu patri, qui vsumfructũ habebat, præiudicare, Gom. *in l. 48. Tauri, num. 7. Pinel in l. 1. part. 1. num. 43. C. de bon. matern. Tell Ferd. in dicta l. 5. Taur. num. 5. Couarr. in cap. quia nos, num. 2. de testament.* Et † ideo si de tertio bonorum dictorum teste- 25
tur, patris vsusfructus non finitur. Et idem procedit in filio, qui religionem ingreditur. Nam licet valeat testari, *vt in authent. de monach. §. illud 2.* intelligitur sine præiudicio vsusfructus patris. Ita Dec. *in cap. in præsentia, de probat. num. 62. & Suarez in quæst. maiorat. in fin. Couarr. in dict. cap. quia nos, num. 2. Pinel. in dict. l. 1. part. 1. num. 3. Tellus in dict. l. 5 Taur. num. 3. Rotas de success. ab intest. c. 20. num. 25.*

26 Idemque, a fortiori † erit in aliis filiis de tertio bonorum testantibus, quia tantum de proprietate tertii bonorum disponere in vltima voluntate possunt, ne patri in vsufructu præiudicium fiat: & ita intelligenda est *d. l. 5. Taur.* secũdum Tell. *ibi num. 3. & 4. & Mier. de maiorat. 1 part. quæst. 1. num. 46. Molin. de primog. cap. 9. num. 22. 23. & 24. lib 2. Peralt. in rubr. de heredibus instituendis, num. 280. Roias de success. ab intest. c. 29. num. 23. vsque ad num. 28. Pinel. in l. 1. part. 1. num. 44. cap. de bonis matern. Didac. Perez in l. 1. tit. 2. lib. 5. ordinam. Reg. glos. 1. col. 1. versic. intelligi tamen, Greg. Lup. in l. 13. versic. Que esta en poder. tit. 1. partit. 6. Velazquez de Auendano in d. l. 5. Taur. gloss. 6. contra Gom. ibi*
27 *num. 4.* Quia *d. l. 5. Tauri* intelligenda est ita, ne † ius commune corrigat, secũdum quod morte filii vsusfructus patri quæsitus non finitur, *vt in l. fin. vers. si vero defuncta persona, C. ad Tertul.* text. *in l. fin. C. de vsufruct. & in l. 3. § fin. C. de bon. quæ liber. l. fin. in fin. C. commun. de success. l. fin. § filiis autem, C. de bon. quæ liber. vide Ceruant. in d. l. 5. Taur.* Et satis est, quod de proprietate filius testari possit, vt minus ius commune corriga-
28 tur, *l. 2. C. de noxa. act.* Ex † quo infertur intellectus ad *l. 6. Taur.* qua disponitur, quod parentes insimul in successione bonorum descendentium admittuntur, quod intelligitur in bonis, in quibus pater † vsumfructum non habet: nam in quibus vsumfructum habet, solus in vsufructu succedet: in proprietate vero omnes concurrent, secundum Gom. *in d. l. 6. Tauri, num. 11. & 12. Matienc. in l. 1. glos. 3. num. 18 titul. 8. lib. 5. noua col-*
29 *lect. Regn. Velazquez de Auendano in dict. l. 6. gloss. 6.* Quod † parui effectus de iure Regio esse videtur, cũ dicti fructus tanquam bona lucrata constante matrimonio sint communicandi, & commoditas vsusfructus saltem communicari debet secundum *l. 2. titul. 9. libr. 5 nouæ Recopilat. Reg.*

30 Sed si pater † monasterium ingrediatur, in quo sunt bona in communi, & professionem fecerit, eius filius de tertio bonorum in vsufructu atque proprietate disponere potest secundum

cundum communem opinionem Doctorum tenentium, quod per ingressum religionis pater videtur velle remittere filio vsumfructum bonorum, quod potest facere, *vt in l. cum oportet, §. fin autem, C. de bon. quæ liber.* & quia † ingrediendo 31
monasteriũ, in potestatem Abbatis per professionem transit, *vt in cap. non dicatis, 12. quæst. 1. & cap. fi. de sepult. in 6.* & sic non potest bona † filii administrare & vsumfructum propter ad 32
ministrationem habet. Hanc opinionem tenent Salycet. & Iaс. *in auth. ingressi, num. 48. C. de sacrosanct. Eccles.* & alii, quos refert Spino *in speculo suo testament. glos. rubr. 4. part. num. 16. Gomez in l. 48. Tauri, num. 8. Couarr. in cap. 2. de testament.* Contrariam opinionem dicit magis communem Dec. *in dict. cap. in præsentia, num. 66. de probat.* Prima placet.

Idem † procedet, quãdo patri propter dissipationem bo 33
norum eorum administratio interdicitur secundum text. *in l. fin. § minores, C. de sentent. pass.* vt tenent Alexand. *in l. Imperator, num. 6. ad fin. ff. ad Trebell.* Pinel *in l. 1. part. 2. num. 33. C. de bon. matern.* Baeca *in tract. de decim. tutor. cap. 4. num. 8.* Molin. *de primog. lib. 1. cap. 16. num. 7.* Nam ex eo, quod tollitur administratio, pater vsumfructum amittit secundum Alexand. *in dict. l. Imperator, nu. 6. & ibi Paul. num. 4.* & est communis opinio, vt testatur *Boer. in decis. 61. num. 17.*

Idemque † seruandum erit, si pater mediam vel maxi- 34
mam capitis diminutionem patiatur, quia cum vsusfructus non sit transmissibilis ex contractu, neque per vltimam voluntatem in aliam personam media & maxima capitis diminutione finitur, *vt in l. si vsusfructus, ff. de iur. dot. l. corruptionem, C. de vsufruct. §. finitur, Instit. eodem titul. ita tradit Alexand. in l. si finita, §. sed si vectigalibus, num. fi. ff. de damn. infect. & in consil. 116. col. 2. vol. 2. Bald. in dict. l. corruptionem, quem sequitur Hier. Gabr. in cons. 122. num. 10. & cons. 184. Borgni. Caualcan. in tract. de vsufruct. num. 129.* vbi inquit, maximam † capitis diminutionem vel saltem mediam pati in metallum damnatos & ad

perpetuos carceres condemnatos, vel ad triremes: item bannitos, qui patriæ hostes reputãtur & impune offendi possunt
36 & ciuitatem amittunt. Ac ideo † ius vsusfructus non recuperabunt, licet restituti fuerint, quia semel exstinctum, *vt in l. qui rem, §. aream, ff. de solut. & dict. § finitur, Instit. de vsufruct. Iaf. in l. si is, qui pro emtore, num. 89. ff. de vsucap. Borgn. in dict. loco, numer. 233. vbi alios refert, Roder. Suar. in l. post rem, nu. 13. ff. de re iud. & Marc.* Ant. Peregr. *in tract. de iure fisci, lib. 5. tit. 1. n. 116. in fin.* inquit, quod sæpius exsecutum vidit, quod patre bannito filii deducebant bona materna, nulla ratione habita vsusfructus legalis patri debiti. Et *ibi in dict. num. in princip.* limitat in mi-
37 nima capitis † diminutione; nam tunc pater nõ amittit vsumfructum secundum supradictos Doct. & d. Ct. Marc. Ant. Pe-
38 regr. idem tenet. *in dict. tit. n. 73.* Et † tunc publicatis bonis patris, vtilitas & commoditas vsusfructus ad fiscum perueniet, secũdum eum: quia commoditas vsusfructus alienari potest, *vt in l. 4. §. Et hic subiunge, ff. locat. & l. commod. & ibi Iaf. ff. de re iud. Arias Pinel. in d. l. 1. n. 37. C. de bon. matern.* & ideo in fiscum, vt dictum est, transit, text. *in l. si postulauerit, §. iubet, ff. de adul. N. l. 1. p. 2. temp. quæst. 27.*

39 Per quam † distinctionem concordari possunt duæ communes opiniones, quæ contrariæ videntur, alia, quam tenet Anton. Gomez *lib. 2. variar. cap. 15. num. 16.* quem refert & sequitur Ioann. Garl. *in tractat. de expens. & melior. cap. 10. nu. 47.* qui tenent, quod publicatis bonis patris, vsusfructus commoditas bonorum filiorum in fiscum transit, vt procedat in delictis, propter quæ pater non patitur mediam neq; maximam capitis diminutionem. Sed si maximam vel mediam capitis diminutionem patiatur, vsusfructus commoditas in fiscum non transeat, & in hoc casu procedat alia communis opinio, de qua Simanc. *in tract. de haret. c. 9. num. 81. Molin. de primogen. lib. 1. cap. 20. num. 9.*

40 Et in dictis † casibus, in quibus commoditas vsusfructus in fiscum

fiscum transit, in filium reuertetur & ad id fiscus cogendus erit, cum filius matrimonium solemniter contraxerit, seruata forma *l. 48. Taur.* cum pater ad id compelli possit, *per d. l. Taur.* Ita Emanuel Mandez de Castr. *in repet. l cum oportet, num. 132. in fi. C. de bon. qua liber. arg. text. in l. 1. & 2. ff. de bon. damnat. & l. Marcellus, 3. §... ff. ad Trebell. l. in facto, §. fiscus ff. de conditionib. & demonstrationibus.*

Dubium † est; *An monasterium succedat monacho, & eius ascendentes excludat?* Et non excludere ascendentes tenet Bart. *in auth. si qua mulier, num. 18. & ibi Salycet. & Iason num 36. C. de sacrosanct. Eccles. Ioan. Andr. & Abb. in cap. in præsentia, num. 53. de probat.* vbi communem & veram dicit per text. *in authent. presbyteros, C. de Episcop. & cleric. Gregor. in l. 17. in verbo: descend. essen. tit. 1. partita. 6. Velazquez de Auendano in d. l. 6. Taur. gloss. 8.* 41

Item parentes † succedunt filio, qui, cum haberet filium legitimum, illum ex caussa a iure approbata exheredauit & extraneum heredem instituit: nam rupto tali testamento per querelam, parentes hereditatem consequentur, text. est *in l. pater filium ff. de inoffic. testament. & ibi Doctores, & nouissime Guterr. in eius dem leg. repetit.* 42

In bonis vero † maioratus & emphyteuticis non succedūt ascendentes filiis: nam dicta bona non deferuntur iure hereditario, sed iure sanguinis: nisi aliud sit dispositum in constitutione maioratus vel emphyteusis, Bald. *in authent. defunct. C. ad Tertull. Matienco in dicta l. 1. gloss. 3. numer. 11. & glos. 5. numer. 2. titul. 8. libr. 5. recopil. Cras. recept. ar sentent. §. hereditas, numer. 20. Greg. Lup. in l. 4. glos. 1. tit. 13. partit. 6. & in l. 7. verb. Los que suben, tit. 26. part. 4.* Idem seruatur in feudis: Nam pater vel auus non succedit † filio vel nepoti feudū habenti sine liberis defuncto, *vt in cap. 1. de natur. success. feud. d. l. 7. tit. 26. part. 4. & ibi Greg. in dict. ver. Los que suben.* Idem † erit, quando parentes iuramēto adhibito successioni filiorū renuntiauerūt, Gut. *in* 43 44 45

cap. quamuis pactum, de pact. num. 6. & Azeb. in l. 1. num. 56. cum sequentib. vsque ad num. 69. vbi alios Doctores refert.

46 Idemque † procedit, quando filius testatur de omnibus bonis suis cum patris licentia cum iuramento præstita, secundum Gutierr. & Azeb. *vbi supra*, vbi Gutierr. *num. 27.* tenet, idem esse secundum magis commun. opinion. quando pater consensit testamento filii. Dubium est; *an quando filius & eius*
47 *vxor † fecerunt pactum reciprocum de succedendo alter alteri præmorienti in omnibus bonis suis, tale pactum valeat, & parentes excludat?* Et eos excludere & valere, tenent Palat. Rub. *in repet. rubr. de donat. inter virum & vxorem, §. 50. col. 5. Suarez in l. quoniam, vers. præterea, ampliat. 6. num. 6. pag. 33. & 34. C. de inofficios. testament. Gutierr. de iurament. confirmat. cap. 3. num. 25. & 26. part. 1.* Faciunt quæ tradit Couarr. *in cap. cum in officiis, num 9. de testament. Castell. in proœm. leg. Taur. num. 4. & 5. vide infra in cap. 12. num. 12. cum sequentibus.*

SVMMARIA.

1 *Filii præteriti, non possunt dicere nullum testamentum patris, si legitimas in vita patris receperunt.*
2 *Filio non infertur iniuria, si prætereatur, si ei legitima non debetur.*
3 *Filii in tertio & quinto bonorum instituti, censentur tacite meliorati in tertio & quinto, quando omnes filii legitimas suas in vita patris receperunt.*
4 *Testator videtur semper eligere viam vt actus valeat, & non pereat.*
5 *Melioratio fit verbo, & facto.*
6 *Legitima potest relinqui, titulo institutionis, siue meliorationis.*
7 *Pater, qui in vita dedit filiis legitimas, potest vnum ex filiis in tertio & quinto bonorum, quæ retinuit, meliorare.*
8 *Fratres heredes instituti in tertio & quinto bonorum, vt heredes litem cœptam a patre super fundo finierunt, & fundum recupera-*

euperauerunt, an dicto fundo aucta fuerit legitima ceterorum fratrum, qui legitimas in vita patris receperunt? num. 8. cum sequentib. vsque ad n. 19.

9 *Legitima attenditur respectu bonorum, quæ testator relinquit tempore mortis.*

10 *Legititma debetur secundum substantiam defuncti, & non secundum substantiam redditutum.*

11 *Legitima non est quota hereditatis sed bonorum, & ideo non augetur per augmentum obueniens hereditati post mortem testatoris, etiam ex caussa, quæ fingit ratio ad tempus vitæ patris.*

12 *Falcidia augetur per augmentum superueniens hereditati post mortem testatoris, si originem a tēpore vitæ testatoris trahit*

13 *Debitor, si factus sit soluendo post mortem creditoris, augetur patrimonium in commodum legatariorum.*

14 *Vsusfructus, qui constante matrimonio consolidatur cum proprietate vxoris, efficitur vxoris.*

15 *Maritus non communicat vxori rem, quam ante matrimonium cum pacto de retrouendendo vendiderat & virtute pacti recuperauit.*

16 *Principium & non finis attenditur, quando finis habet necessariam consequentiam a principio.*

17 *Legitima & Falcidia circa augmentntum hereditati superueniens post mortem testatoris differunt.*

18 *Bonorum appellatione iura & actiones continentur.*

19 *Legitima est quota bonorum & non hereditatis, & ideo filius potest compellere heredem vniuersalem, vt contra detinentes bona actiones sibi cedat.*

20 *Filii, qui renunciauerunt legitimæ, aliquibus bonis receptis, non possunt postea supplementum legitimæ petere.*

21 *Legitimæ est renuntiandum specialiter, quia per renuntiationem generalem non excluditur.*

22 *Renuntiatio specialis vbi requiritur, verba generalia non sufficiunt.*

23 *Renuntiatio generalis, etiam curata, non extenditur ad legitimam, secundum magis communem opinionem Doctor.*

24 *Renuntiatio generalis curata comprehendit legitimam, quia iuramentum habet vim specialis renuntiationis.*

25 *Renuntians hereditati paterna cum iuramento, legitima renuntiare videtur, quia qui se abstinet ab hereditate, & a legitima abstinere debet.*

26 *Legitima est quota bonorum, & non venit in restitutione hereditatis.*

27 *Renuntians bonis cum iuramēto, legitima renuntiare censetur.*

28 *Renuntians toti substantia, legitima renuntiare videtur.*

29 *Filius vel filia renuntiantes cum iuramento hereditati paterna vel materna, aliquo dato & recepto, excluduntur ab hereditate.*

30 *Filius vel filia minor viginti quinque annis, qua pro modico accepto renuntiauit bonis paternis & maternis cum iuramento, excluditur ab hereditate.*

31 *Iuramentum est seruandum, si metus vel dolus non interuenerit in actu iurato, neque eius relaxatio peti potest.*

32 *Filius vel filia renuntians cum iuramento bonis paternis & maternis, excluditur ab hereditate, quamuis postea bona augeantur.*

33 *Filia ingrediens monasterium renuntians cum iuramento hereditati paterna vel materna & eorum bonis, excluditur ab hereditate, quamuis non acceperit quantum de bonis percipere potuisset.*

34 *Concilium Tridentinum in cap. 16. sess. 25. declaratur, num. 34. cum seqq. vsque ad num. 43.*

35 *Separatorum separata debet esse ratio.*

36 *Probationem non includit, quod facile abesse potest.*

37 *Lex & cap. generaliter loquens, generaliter intelligi debet.*

38 *Religionem ingredientes, qui bona sua donauerunt, & bonis renuntiauerunt, & antequam professionem facerent, e monasterio*

sterio exierunt, non possunt recuperare bona donata, & quibus renuntiauerunt.

39 *Ratio vnica assignata in lege corrigente ad omnes casus extenditur.*

40 *Renuntiatio & obligatio ab impubere doli capace facta cum iuramento, tenet & valet.*

41 *Coniecturis non est locus in claris.*

42 *Verba disponentis specifice sunt seruanda, nisi aliter de eius voluntate constet.*

43 *Curator ad bona datur minoribus vsque ad vigesimumquintum annum.*

44 *Renuntiatio a filiis facta cum iuramento, est seruanda, etiamsi enormissima læsio interuenerit, secundum commun. opinion. Doctorum.*

45 *Filius vel filia potest venire contra renuntiationem iuratam propter enormissimam læsionem per in integrum restitutionem, obtenta prius absolutione a iuramento.*

46 *Arbitrio iudicis relinquitur, quæ sit læsio enormissima, & aliqui Doctores tenent quod vltra triplum vel quadruplum.*

47 *Læsioni enormissimæ an renuntiari possit cum iuramento, num. 47. cum seqq. vsque ad num. 61.*

48 *Dolus verus ex proposito & enormissima læsione præsumitur.*

49 *Donatio non præsumitur.*

50 *Renuntians cum iuramento enormissimæ læsioni, potest contra eam venire obtenta absolutione a iuramento.*

51 *Facilitate qua quis inducitur ad contrahendum, inducitur ad renuntiandum læsioni enormissimæ.*

52 *Maiores 25. annis possunt contra renuntiationem enormissimæ læsionis venire.*

53 *Clausula renuntiationis de enormissima læsione, censetur apposita de stylo notariorum, & non de consensu partium.*

54 *Consensus non præsumitur interuenisse in renuntiatione de læsione enormissima facta.*

55 *Clausula consueta apponi in instrumentis, censetur apposita de consensu partium.*

56 *Certiorem factam fuisse a notario de læsione enormissima & de eius qualitate non præsumitur.*

57 *Remittentibus actiones suas non est amplius dandus regressus ad eas.*

58 *Cuius per errorem dati repetitio est, eiusdem consulto dati donatio est.*

59 *Mulieribus & minoribus & rusticis est de æquitate subueniendum, quando læsioni enormissimæ renuntiauerunt sponte.*

60 *Metus reuerentialis concurrens cum enormissima læsione reddit contractum nullum.*

61 *Læsio enormissima & reuerentia debita præsumtionem metus inducunt, etiam minis non probatis.*

62 *Læsio enormissima est attendenda tempore renuntiationis, & non postea.*

63 *Renuntiatio facta in casu* cap. quamuis pactum, *valet, etiamsi qui renuntiauit, nihil recepit.*

64 *Renuntiatio de hereditate est facienda de consensu illius, de cuius hereditate agitur.*

65 *Pater potest heredem instituere filiam, quæ patris hereditati renuntiauit.*

66 *Renuntiatio a filia facta, habet tacitam conditionem*, si parentibus superuiuat.

67 *Ampliationes & limitationes* c. quamuis pactum, in 6. *numer. 67. remissiue.*

CAPVT V.

Quando filii legitimam vel eius supplementum petere possint.

1 CVM agitur de diuidenda hereditate parentis, qui in vita, cum † quatuor filios haberet & quingentos nummos aureos in bonis, singulis centum nummos aureos pro eorum legi-

legitimis & pro parte tertii bonorum dedit, & in aliis centum duos ex dictis filiis heredes instituit, ceteris filiis præteritis hereditas inter duos filios heredes institutos diuidenda est, nec ceteri filii testamentũ patris impugnare valent: nam filii præteriti non possunt testamentum patris dicere nullum, quando in vita patris suam legitimam receperunt, vt tenet Bartol. *in l. Gallus, §. Et quid si tantum, colum. 4. versic. praterea, ff. de liber. & posthum.* & ibi alii Dd. notant. Ille enim † cui non debetur 2
legitima non potest regulariter impugnare testamentum, quia nulla iniuria ei infertur, & ita consuluit Alexand. *consil. 180. incipit, visis duobus instrumentis, col. 2. vol 5. Dec. cons. 86. numer. 2. quod probatur in l. Papinianus §. quarta, ff. de inoffic. testament. l. cum quæritur, C. eodem tit. Greg Lup. in l. 10. in verbo Heredandolo, ni desheredandolo, tit. 8 part. 6.*

Idem dicendum † videtur, quando filiis legitimas dedit, 3
& tertium & quintum bonorum in se retinuit, & duos filios in tertio & quinto bonorũ heredes fecit: nam per talem institutionem eos meliorare censetur, cum hoc facere possit, vt *in l. 27. Tauri*, ea † cauetur, & in dubio testator videtur eligere 4
viam, vt actus valeat potius quam pereat, *l. quoties, ff. de reb. dub. cum vulgarib.* & eadem ratio militat respectu filiorum, quando dicti † duo filii in quinto instituti sunt, quæ quando in ter- 5
tio: Ergo idem ius, *vt in l. a Titio, ff. de verb. obligat. l. illud, ff. ad leg. Aqui.* & sicut verbo ita facto fit melioratio, *vt in l. 17. & l. 26. Tauri, l. vxorem, & ibi Bart. & Doct. ff. de legat. 3.* & non † refert 6
quo titulo relinquatur, siue institutionis siue meliorationis, Azebed. *in l. 10. num. 4. prope finem, & num. 5.* vbi alios refert, *titul. 6. libr. 5. nouæ recopil. Reg.* Idem videtur † tenere Ayora *in* 7
tract. de par. quæst. 3. lib. 2. in quæst. de patre, qui in vita dedit filiis legitimas minus tertio & quinto bonorum suorum, & postea vnum filium in dicto tertio & quinto meliorauit: ad cuius quæstionis comprobationem nota quæ dicta sunt.

Dubium est † circa supradicta: Dicti fratres heredes insti- 8

tuti, vt heredes patris litem cœptam a patre super fundo prosecuti fuerunt, & dictum fundum tanquam paternum per sententiam recuperauerunt, *an dicto fundo aucta sit legitima filiorum: ita vt dicti fratres, qui non fuerunt heredes instituti, possint dictum testamentum impugnare vel saltem supplementum legitimæ*
9 *petere?* Et videtur quod † legitima solum attenditur respectu bonorum, quæ tempore mortis patris in eius hereditate remanserunt, per tex. *in l. si patronum ex debita, § si ex duobus ff. de bonis libert. l. cum quæritur, C. de inofficioso testamento, l. Papinianus, § quarta, ff. eodem titul. l. 5. titul. 8. partita. 6. l. 29. Taur. in fin* Et ista legitima debetur secundum substantiam defuncti, &
10 non secundum † substantiam reddituum, *vt in l. sancimus, §. repletionem, C. de inofficios. testamento, Ang. in d. l. Papinianus, §. vnaec si quis ff. eod. tit.*

11 Item, legitima † non est quota hereditatis, sed quota bonorum, *vt in dict. l. Papinianus, § quarta, Paul. ex Alexand. in l. in ratione 2. ff. ad legem Falcidiam, Iason post alios in auth. nouissima, num. 3. C. de inofficioso testament. Dec. in authent. præterea, in septimo notabili, C. vnde vir & vxor, Galliau. in l centurio, num. 77. ff. de vulg. & pupil. substit. Berengar. in l. in quartam, num. 114. ff. ad legem Falcidiam, & Cagnol. in dict. §. quarta, numer. 11. & Paul. & Alex. in dict. l. in ratione.* Secundo dicunt, prædicta esse vera, etiamsi post mortem defuncti bona augeantur ex caussa, quæ fingit retro ad tempus vitæ patris, *per d. l. si patronum, §. fin.* & inquit Alexan. *in d. l. in ratione*, quod ita tenet Nicol. de Neapol. *in d. l. si patronum, §. fin.*

12 In contrarium † facit, quod sicut in Falcidia augmentum post mortem testatoris contingens cōsideratur, si originem a tempore vitæ testatoris trahit, quia in eius vita videtur contigisse, *vt in l. Paulus, post princip. ibi idem respondit partus, & in l. cum quo, de peculio in princip. l. in ratione, §. quod vulgo, & l. serui, qui apud hostes, ff. ad legem Falcid.* ita in prædicto casu di-
13 cendum † videtur, & per supradicta ita tenet Paul. & Alexan.

in

in dict. l. in ratione, 2. in princip. vbi dicunt, quod ſi teſtator habuiſſet ſuum debitorem, qui tenebatur in centum, & nõ erat ſoluendo, & ſic non computabatur in patrimonio, quod ſi poſt mortem teſtatoris efficiatur ſoluendo, augetur patrimonium ad cõmodum legatorum. Ad quod † facit, quod ſi mu- 14
lier dedit in dotem proprietatẽ cuiuſdam prædii ſine vſufructu, quia alterius erat, quod ſi poſtea conſtante matrimonio vſusfructus cum proprietate conſolidetur, vxoris efficitur, vt tenet Greg. Lup. *in l. 18. in verbo, O eſtimada no fueſſe. titul. 1. p. 4.* cum quo † eſt communis opinio ſecundum Ioann. Gutier. 15
in quæſt. 116 ſuper noua recopilatio. libr. 2. Idem eſt in re quã maritus ante matrimonium vendidit cum pacto de retrouendendo, & poſtea conſtante matrimonio virtute pacti recuperauit: nam non tenetur † eam mulieri communicare, quia 16
principium & non finis attenditur, quãdo finis habet neceſſariam conſequentiam a principio, *vt in l. 3. §. ſcio, ff. de minor. 25. annis, l. Pomponius, libr. 26. ff. de negot. geſt.* Contrarium † fuit 17
determinatum in concilio Neapolitano: & ſic quod non augeatur legitima per rerum augmentum hereditati obueniens poſt mortem teſtatoris, etiamſi ex cauſſa de præterito veniant, quia ratio diuerſa in Falcidia, quæ in legitima militat, textus *in leg. in quarta, ff. ad legem Falcid.* Paulus de Caſtro *in leg. in quantitate, ff. eodem titulo.* Alexander *in dicta leg. in ratione, 2. in principio, ff. ad legem Falcid. Matthæus de Afflictis deciſion. 382.* Et ſic videtur dicendum, quod dicti fratres non potuerunt impugnare dictum teſtamentum, nec ſupplementum legitimæ petere, ex eo, quod facultates patris poſt eius mortem habitæ fuerunt, & inſpectis eius facultatibus tempore mortis congrua legitima dictis filiis ſoluta eſt. Ita Boerius ibi multos referens, dicit communem in *deciſion. 62. per totam*, maxime *num. 16.* Quibus † non obſtantibus 18
dicta deciſio Afflicti dubia mihi videtur; Nam *bonorum* appellatione iura & actiones cõtinentur, *vt in l. bonor. ff. de verb.*

signif. & appellatione *hereditatis*, iura & actiones veniunt, *vt ff. & C. de hered. & action. vend. l. ea, quæ in nominibus, & ibi glos. C. fam. l. ercisicundæ.*

19 Et in terminis loquens † in legitima hanc partem tenet Aym. Crauett. *in cons. 109. num 7.* vbi inquit, quod licet legitima dicatur quota bonorum, & non sit pars hereditatis secundum Iasonem *in §. actionum, Instit. de action.* & *supra nu. n.* diximus, & ideo actiones hereditariæ non videantur filio cõpetere pro rata ratione legitimæ, tamen agere potest filius contra heredem vniuersalem, vt contra detinentes bona sibi actiones cedat, quatenus ad filium pro supplemento legitimæ pertinent, & dicit, quod hæc sensit Corneus *in cons. 148. col. fin. in fin. ibi magis autem inclino, lib. 4.* ideo propter auctoritatem Afflict. & aliorum Doctor. cogita, & vt meam sententiam proferam, mihi verior opinio videtur Aymon. Crauett.

20 Quando filii † aliquibus bonis receptis legitimæ renuntiant, postea a legitimæ supplemento excluduntur, *l. si quando, §. generaliter, C. de inofficios. testament. & ibi Doct. capit. quamuis pactum, de pactis in 6.*

21 Et in generali renuntiatione † legitima non comprehenditur, quia specialiter renuntiare debet, *vt in dict. §. generaliter. & ibi Iason, colum. 3. & idem in consil. 207. colum. 3. vers. secundo facit, volumin. 2. Felin. in cap. translato, column. 2. post medium, de constitut. Afflict. decis. 178. Tiraquell. in præfatione l.*
22 *si vnquam, sub numer. 144. C. de reuocand. donationib.* & ibi Ripa † communem dicit: quia vbi specialis renuntiatio vel mentio requiritur, verba generalia non sufficiunt, gloss. *in Clement. 1. vers. specialiter, de iud. l. sed & si quis, § quæsitum, & ibi Bartol. & Doct. ff. si quis caut. glos. in cap. inquisitores, de hæret. in 6. Bart. in l. fin. §. omnem, per illum text. C. de administrat. tut. Alex. cons. 122. vol. 4. Bursat. in cons. 102. num. 12. lib. 1. gloss. in l. sub prætextu, C. de transaction.*

23 Quod procedit etiamsi † renuntiatio generalis iurata fuerit:

rit: nam † adhuc non extenditur ad legitimam & eius supplementum, quæ specialiter renuntiāda est. Ita concludit Thomas Grammat. *decis. 57. num. 26. & decis. 101. nu. 5. & 49 Boer. decis. 3. nu. 9. cum sequent.* & Anton. Gabriel *in tit. de legitim. concl. 8. num. 9.* vbi dicit, hanc esse magis communem opinionem. Ad quod facit, quod tradit Guido Papæ. *quæst. 427.* Quod si filius iurauit attendere testamentum patris & disposita in eo, quod non censebitur legitimæ renuntiasse, cuius caussa cum filii exuberans fauor per leges tribuatur, specialis renuntiatio ad illius exclusionem requiritur, Baldus *in l. 1. ff. si quis in ius vocat. non ierit, Ruin. cons. 98. col. 10. in princ. vol. 1.* 23

Sed quod † si in renunciatione generale iuramentum interuenerit, renuntians videtur legitimæ renuntiare, quia iuramentum habet vim specialis renuntiationis, tenet Ias. in *d. l. si quando, §. generaliter, Decius cons. 26. colum. 1. & cons. 180. colu. 4. Alexand. cons. 181. vol. 5. Boer. decis. 62. nu. 13. vbi multos refert, & similiter Tiraquel. in præfatione l. si vnquam, num. 144. Gabrel. in tit. de leg b. cons. 8. num. 8.* Et ideo si quis dixerit se contentum pro omni rata & portione, & iurauerit, intelligitur legitimæ renuntiasse, *Rom. in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. oblig. & in d. l. si quando, §. generaliter, Grat. respons. 17. lib. 1.* & de communi testatur Ripa *in d. l. si vnquam, & in libr. 1. respons. cap. 6. num. 13. & Anton. Gabriel, vbi supra, in titul. de legitima, num. 8. Bursat. consil. 115. numer. 18. lib. 1. Couarr. in cap. quamuis pactum, in 6. 3. par. §. 3. num. 3.* Michael Cras. *in tract. de successione ab intestat. § legitima, q. 3. num. 13.* dicit de communi, & contrariam tenet *num. 14.* 24

Seraphinus † de Seraphinis *in tractat. de priuileg. iurament. priuileg. 70. nu. 17.* concordando dictas opiniones inquit, quod si filius renuntiauit cum iuramento hereditari paternæ, in tali renuntiatione etiam legitima comprehenditur, quia qui se abstinet ab hereditate, etiam a legitima abstinere debet, Bartol. *in l. gerit. ff de acquirend. hæredit. Abb. in consil. 13. colum. 2. part. 2. & consil. 90. col. 2. Bologn. consil. 50. colum. 2. versic. & ha-* 25

Fff

26 *bet iste.* Contra † quod facit, quod appellatione *hereditatis* legitima non continetur, quia legitima dicitur pars bonorum, *l. Papinianus, § quarta, ff. de inofficioso testament.* Et ideo filius grauatus restituere hereditatem, non restituit legitimam, Iason *in auth. nouissima, num. 3. C. de inofficios. testament. Dec. in auth. praeterea, 7. notabil. C. vnde vir & vxor, Menoch. alios referens in praesumt. 196. num. 2. & 21. & 14. lib. 4. praesumt. omnes Doctor. in l. ex tribus, C. de inofficios. testament.*
27 Idem dicit † Seraphinus, si filius renuntiauerit bonis, in quibus dicitur contineri legitima, cum haec sint nomina vniuersalia, *vt in l. bonorum appellatione, & ibi Alex ff. de verbor. si-*
28 *gnif.* Et idem † erit secundum eum, si renuntiatum fuerit toti substantiae, vt per Ruin. *cons. 97. vol. 1.* Et idem, si renũtiatum sit successioni, quia legitima est quota pars eius, quod quis est habiturus ab intestato, *l. parentibus, l. nuper, C. de inofficios. testamento, Corn. cons. 150. colum. fin. vol. 1.* Et quod exclusus a successione sit exclusus a legitima, tradit idem Corn. *cons. 210. colum. fin. & consil. 306. dict. volum. 1. & latius cons. 150. colum. 2. volum. 2.* Idem quod Seraphinus tenet Bursat. *in dict. cons. 115. num. 18. lib. 1.* vbi de communi & magis communi & veriori testatur. Vide Gabriel. *in dict. tit. de legitima, conclus. 8. nu. 10. cum sequen-*
29 *tibus.* Quando filius † vel filia aliquo dato & recepto parentum hereditati cum iuramento renuntiauerunt, tali renũtiatione a parẽtum hereditate excludi debent, quia talis renuntiatio iurata valet, *vt in cap. quamuis pactum, de pact. in 6.* Quam dicit esse communem Doctorũ opinionem Iason *in l. pactũ, quod dot. l. 1. num 3. C. de collation. Paris. consil. 26. lib. 3.* Quod pro-
30 cedit etiam in † filio vel filia minore viginti quinque annis pro modico accepto, bonis paternis & maternis renuntiante, *vt in dict. cap. quamuis pactum*, vt intelligunt ibi Imol. & Roman. & Aretin. *in l. qui superstitis, ff. de acquirend. heredit. Alexand. in consil. 125. & consil. 27. num. 3. libr. 1.* vbi de communi testatur. Idem erit in impubere doli capace, Crass. *in §. succ essio*
ab

ab intestato, q. 11. nu. 2. vbi alios refert. Vbi enim iuramentum interuenit, nec † metus nec dolus adsit, contractus & actus 31 seruari debet, nec absolutio vel relaxatio peti valet, secundum veram & communem opinionem Doctorum, vt tradit alios referens Mandez ad Roman, *consil. 437. in verb. relaxatio*, quam dicit magis communem Aymon Crauet. *in cons. 11. num. 10.* Quod procedit tam in filio, quam in filia renuntiante cum iuramento; & quod † etiam in filio habebat locum, est 32 magis cõmunis opinio, vt asserit Couarr. *in c. quamuis pactum, 3. part. §. 1. num. 1.* Et etiamsi postea bona patris augeantur, renuntians excluditur, vt de magis communi testatur Couarr. *vbi supra, & Carol Mol. in addit. ad Alex. cons. 180. vol. 5. Michael Grass. de success. ab intestat. § successio ab intestato, q. 11. num. 1.*

Et dictæ † decisioni locus est, quando filia, quæ monaste- 33 rium ingreditur, bonis & hereditati paternæ & maternæ renuntiauit, licet non acceperit, quantum ex patris bonis & eius patrimonio percipere potuisset, quam dicit magis communem opinionem Couarr. *in d. cap. quamuis pactum, 3. p. §. 2. num. 3. Crass. vbi supra, num. 3.*

Dubium † est; *An filia minor viginti quinque annis, maior ta-* 34 *men decem & sex annis, quæ aliqua parte legitimæ accepta renuntiauit adhibito iuramento tota legitima & parentum hereditati, & cum aliqua bona haberet, de dictis bonis donationes & obligationes fecit, cum religionem ingressa fuit, non seruata forma Concilii Tridentin. c. 16. sess. 25. contra dictam renuntiationem & donationes & obligationes venire valeat, si e monasterio, non facta professione, egressa fuerit?* Et *An dicta renuntiatio & donationes & obligationes vires habeant?*

Et Menoch. *in tract. de arbitrar. iud. centur. 5. in casu 436. n. 8.* ita inquit: Quinimo statuit Concilium *in eo c. 16. in princip. iuncto fine præcedentis capitis ad quod venit commutatiue*, quod minor sexdecim annis intra annum professionis, donare seu renuntiare bonis suis non potest, nisi cum licentia Episcopi

vel eius Vicarii: & id quidem intra duos menses ante professionem emittendam: quod quidem opinor constitutum, vt hic minor sexdecim annis id agat eo tempore, quo magis sit proximus ætati maiori. Quocirca existimarem, locum non esse constitutum conciliari, quando ingressus religionem esset ætatis decem & septem annorum & maioris: nam in his quandocunq; intra annum professionis libere posset se obligare & bonis suis renuntiare, cum hoc casu cessat illa minor ętas sexdecim annorum, quæ adhuc apta non est ad profitendum religionem nec ad se obligandum vel renuntiandum iuxta Concilii diffinitionem. Hæc Menoch. Qui intellectus mihi verus non videtur. Nam dictum Concilium Tridentinum *in d. cap. 16. session. 25.* generaliter in omni minori loqui-
35 tur: & circa † ætatem diffiniendam nihil cōsecutiuum *a c. 15. praced.* trahit, & vnum cap. in sui definitione multum differt ab altero, & separatorū separata debet esse ratio, *l. fin. ff. de rit. nupt. l. inter stipulantem, §. sacram, ff. de verbor. obligat.* & non be-
36 ne sequitur, in *c. 15.* actum est † de minoribus decem & sex annorum. Ergo *in c. 16. sequenti* de eandem ætatem habentibus agitur, quia non probat hoc esse quod ab hoc facile contingit abesse, *l. neque natales, C. de probat.* Imo *d. c. 15.* duas decisiones continet: vnam circa ætatem, quam habere debent, qui professionem facere volunt, alteram intra quod tempus post habitum susceptum in monasterio professio facienda est, quod tempus a dicto Concilio per annum taxatur; & hoc tempus non solum minoribus decem & sex annis statutum est, sed etiam maioribus; quod nemo negare potest: & post dicti temporis taxam inquit Concilium *in d. c. 15.* professio autem antea facta sit nulla nullamq; inducat obligationem ad alicuius regulæ vel religionis vel ordinis obseruationem, aut ad alios quoscunq; effectus. Et *in d. c. 16.* datur forma, quæ seruanda est circa renuntiationes & obligationes a profiteri volentibus faciendas, & inquit: Nulla quoque renuntiatio aut obliga-
tio

tio antea facta, etiam cum iuramento vel in fauorem cuiuscunque caussæ piæ, valeat, nisi cum licentia Episcopi siue eius Vicarii fiat intra duos menses proximos ante professionem, ac non alias intelligatur effectum suum sortiri, nisi secuta professione, &c. Ecce; quam clare *d. c. 16.* loquitur circa tempus professionis faciendæ, & qualiter & quando ante professionē renũtiatio vel obligatio est facienda: & dictum tempus datur tam minoribus decem & sex annis, quã illa ætate maioribus: Ergo † forma renuntiationis & obligationis omnibus tri- 37
buitur: nam *d.c.16.* generaliter loquitur & generaliter intelligi debet, *l.1.§.indefinitum, ff. de leg. præst. l.1.§. quod autem, ff. de alea vsu & aleat, l. de pretio, ff. de Public. in rem act.* Et ratio decidendi *d. c. 16.* ea fuit & est, vt profiteri volentes spontanea voluntate & libere & nõ coacti bonis se spoliatos per obligationes & renũtiationes ab ipsis factas videntes professionem faciant. Nam † de iure, si ante professionem emissam nouitii e 38
monasterio exibant, non poterant bona ab illis donata, & quibus renuntiauerant caussa suscipiendæ religionis, recuperare, vt tenent Hostiens. & Abb. *in cap. statuimus, de regul. Gregor. Lup. in l. 3. in verb. Puedelo fazer. tit. 7. partit. 1.* Et quod hæc sit ratio, constat *ex d. c. 16. in fin. & ex d. l. 3 & 4. d. tit. 7. partit. 1.* Et dicta ratio ita militat in maioribus decem & sex annis; sicut in minoribus dictæ ætatis: Ergo idem ius seruandum est, *vt in l. a Titio, ff. de verb. oblig. l. illud, ff. ad leg. Aquil.* Et † quãdo vna ratio sola potest assignari in lege corrigente, ex identitate 39
rationis ad omnes casus extenditur, *l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrim. l. militis agrum, ff. de re milit. l. his solis, C. de reuocand. donat. Iason in auth. non licet, C. de liber. præterit.* Et quia si *d. c. 16.* solum in minorib. decem & sex annis intelligeretur, esset cõtra omnia iura; quæ minoribus viginti quinque annis læsis propter eorum facilitatem & imbecillitatem subueniunt, maxi- 40
me, quia † ratio differentię assignari nõ potest. & renuntiatio vel obligatio ab impubere doli capace facta, de iure tenet

& valet, gloss. & Doctor. *in authent. sacramenta puberum, C. si aduersus vend. Couarr. in d. cap. quamuis pactum, 3. p §. 1. num. 3. Michael Crass. in §. successio ab intestato, q. 11. num. 2.* & verba *d. c. 16.* sunt clara: nam illa verba, *Nulla renuntiatio antea facta*, corre-
41 spondent, *versic. nisi cum licentia Episcopi, &c.* Et in † claris non est locus coniecturis, *l. continuus, §. cum ita, ff. de verbor. obligat.*
42 & non † est a verbis disponentis recedendum, nisi quatenus de eius voluntate constat, & ratio patitur, *l. non aliter, ff. de legat. 1.* Et si Concilium *in d. c. 16.* tantum de minoribus decem & sex annis loqui voluisset, hoc dixisset, *l. Tit. § Lucius, ff. de liber & posth.* & *d. cap. 16. vers. sed neque*, prohibet, ne ante professionem excepto victu & vestitu nouitii, aliquid a parentibus, curatoribus, vel propinquis monasterio tribuatur & verbum: *Curatoribus*, denotat Concilium de minoribus, etiam maioribus decem & sex annis loqui: Nam vsque ad tempus
43 ætatis viginti quinque † annorum curator minoribus ad bona datur, *vt ff. de administrat. tut. & cur. & 1. Instiut. de curator.*

Et ita ipse Menoch. *in cons. 388. num. 7. volum. 5.* intelligit dictum Concilium *in d. c. 16.* in omni minore viginti quinque annorum. Idem tenet Ioann. Gutierr. *in repet. c. quamuis pactum, in verb. dum nuptui tradebatur, num. 2. 3 & 4. de pact. in 6.*

44 Dubium † est; *An quando in prædictis renuntiationibus iuratis enormissima læsio interuenerit, filii contra dictas renuntiationes audiri & venire possint?* Et Imol. *in c. cum contingat, de iureiuran.* inquit, quod propter periculum animæ, dictę renuntiationes sunt seruandæ, & quod ita se habet communis Doctorum opinio: quam etiam communem dicit Alex. *in cons. 53. vol. 3. & cons. 59. vol. 1. & cons. 38.* vbi magis cõmunem vocat *vol. 4.* Neuizan. *in cons. 22 n. 17. per totum*, Bero. *cons. 51. n. 9.* vbi magis cõmunem dicit *vol. 1. & cons. 49 eod. vol. 1.* Michael Crass. *de succes. ab intestat. §. successio ab intestato, q. 13. vers. contrariam.*

45 Contrariam † opinionem, quod interueniente enormissima læsione, filius vel filia, vel alius per in integrũ restitutionem,

nem,

nem, obtenta absolutione a iuramento, audiri debet, tenet Abbas *in d. ca. cum contingat*, vbi communem dicit *in consf. 107. in secundo dubio, vol. 2. Dec. in l. pactum, C. de col. & in cons. 45. & cons. 180. 181. & 203. Nenizan. in d. cons. 22.* veram & communem dicit Ripa *in cons. 15. lib. 3.* Iason *in cons. 133. col. 5. vol. 4.* vbi de magis communi testatur, & magis communem etiam vocat Fernand. Velazq. *de success. creat. §. 9. n. 20.* quem & alios refert Crass. *in d. quæst. 13. in princ.* & magis communem & æquiorem & veriorem, eamq; † seruari in praxi inquit Bursat. *in cons. 75. n. 5. vol. 1.* Roland. a Valle *cons. 7. num. 43. cum seq. vol. 3.* vbi tradit, ex magis recepta sententia iudicis arbitrio relinqui, quæ læsio enormis vel enormissima dicatur. Idem tenet Burs. *vbi supra*, qui *ibidem num. 4.* inquit, quod læsio vltra triplum vel quadruplum erit enormissima secundum communem opinionem Doct. de qua testatur Grat. *in cons. 88. vol. 1. Crass. vbi supra in dict. q. 13. in fin* & Menoch. *in tract. de arbitrar. iud. lib. 2. cent. 1. casu 74. & 75.* tenet idem quod Rol. *in d. cons. 7.* quod arbitrio iudicis remittatur, quæ sit læsio enormissima. 46

Dubium † est; *An dicta enormissima læsio renuntiari adhibito iuramento queat, ita, vt contra eam veniri non possit?* Et Socin. Iun. *in cons. 141. num. 16.* inquit, quod ex enormissima læsione præsumitur dolus secundum communem opinionem Dd. de qua *ibi* attestatur: & quia est dolus præsumtus, renuntiari potest, vt inquit Cagnol. *in l. contractus, ff. de regulis iuris, numer. 101.* vbi communem dicit: Quia nemo videtur fraudare eos, qui sciunt & consentiunt; *l. nemo videtur, ff. de regul. iur. & reg. scientia, de regul. iur. in 6.* Et ita se habet magis communis opinio in laudo iurato, quando specifice enormissimæ læsioni est renuntiatum; vt tradit Anton. Gabriel *in titul. de arbitris, conclus. 3. num. 39.* 47

Sed quod † ex enormissima læsione dolus ex proposito & verus præsumitur, videtur colligi *ex l. qui superstite, C. de dolo, l. si quis cum aliter ff. de verborum obligat; l. summa cum ratione, ff.* 48

de peculio, l. omnes, §. Lucius, ff. de his, quæ in fraudem cred. l. 7. titul. 5. partit. 5. & ita tenet Ancharan. in reg. accessorium, de regulis iuris, in 6. Calder. in consil. 8. in titul. de iureiurando, Anton. Rub. consil. 101. Paris. consil. 12. numer. 80. libr. 1. Paul. consil. 174. libr. 1. Decius consil. 45. & consil. 18. numer. 6. & 7. & consil. 380. ad finem, Anton. de Butri. in cap. Quintauallis versic. si autem læsioni enormi, extra, de iureiurando, Bald. in consil. 380. incipient. præmitto, in fin. vol. 1. idem Bald. in cons. 187. incipienti in caussa præsenti, vers. & dicit Bart. vol. 2. Bart. in l. societatem, §. arbitrorum, versic. quæro vtrum possit renuntiari, ff. pro socio, Marian. cons. 98. vol. 2. & cons. 48. & 53. vol. 1. Abb. in c. Quintauallis, vers. vlti. membro, & in c. cum contingat in nouo casu, de iureiur. Imol. in d. c. cum contingat, vers. iuxta prædicta, Bald. in cap. 1. §. item sacramenta, in fin. de pace iurament. firmand. & in l. si cum ea, de dotis promiss. & idem Bald. in l. vnica, col. 5. versic. & facit ad quæstionem, vtrum patres, C. de his, quæ pœnæ nomine, quem sequitur Ias. consil. 133. col. 6. in fin. lib. 4. Alexan. in d. l. si superstite, C. de dolo, Roman. consil 90. Cæpoll. in cons. ciuil. 30. in fin. Socin. cons. 283. vers. adde etiam, Felin. in cap. caussam quæ, de re iudic. Bertrand. cons. 138. vol. 2. Grat.
49 *cons. 30. vol. 1. Aymon Crauett. consil. 192.* Et † ex eo quod non præsumitur donatio, *vt in l. Campanus, ff. de oper. libert. l. cum de indebito, ff. de probat.* non est verisimile, quod quis passus fuerit, adeo enormiter se lædi, nisi dolose ad id & per insidias inductus sit, vt inquit Corn. *cons. 236. col. fin. & cons. 258. col. 5. post medium, vers. Tamen licet quando, & cons. 283. col. 4. circa med. libr. 4.*
50 *quem refert & sequitur Crauet. in cons. 142. n. 22.* Et † quia est dolus ex proposito, qui ex enormissima læsione præsumitur, inquit Crauet *in d. cons. 142. n. 23.* Quod licet quis renuntiaret d. enormissimæ læsioni, contrauenire tamen posset obtẽta absolutione a iuramento secund. Ant. de Butr. *in cons. 24. col. 3. fi.*
51 *& cons. 45. circa fin.* Quia † qua facilitate inducitur quis ad cõtrahẽdum, eadem inducitur ad ita renunciandum, idẽ quod enormissimæ læsioni non possit cum iuramento renuntiari, quin

quin contra renuntiationem veniri queat voluit etiam Grat. *cons. 24. lib. 2. & Aufr. decis. Tholosin. 267. Dec. cons. 31. nu. 2. Paul. de Castr. consil. 259. circa primum quæsitum dubitatum videtur, col. 3. lib. 2. Socin. consil. 14. col. 3. lib. 1. & cons. 220 col. 5. lib. 2. Corn. cons. 288. col. 9. circa med. libr. 3. & cons. 147. col. 2. post medium, & cons. 258. col. 4. libr. 4. Dec cons. 38. & cons. 139. 176. 180. 181. 183. 203. 216. 479. & 551. Curt. Iun cons. 141.* quod † procedit non solum 52
in minoribus, sed etiam in maioribus enormissimæ læsioni renuntiantibus: & ista est communis opinio, vt inquit Curt. Iun. *in cons. 79.* & concertantes adducit *Pedemon. decis. 33. & decis. 41. num. 2.* quem refert & sequitur Seraphin. de Seraphinis *in tract. de priui eg iurament. in priuileg. 136. nu. 15.* Et † quia clau 53
sula renuntiationis de enormissima læsione facta, potius ex consuetudine notariorum, quam ex consensu partium apposita censetur, vt tradit Abb. & ibi Doctor. *in cap. cum contingat, vers. nouus casus, de iureiurand. Barbat. cons. 58. col. 10. vol. 1. Dec. in d. cons. 180. col. penult. Grat. in respons. 112. col. 3. num 19. Seraphinus, vbi supra nu. 17.* Et quod non obstante dicta renuntiatione cum iuramento de enormissima læsione facta tam maior quam minor audiri debeat, probat late Alt. *in d. c. cum contingat, num. 87. & 88.* quem refert & sequitur Ioann. Gutier. *in authent. sacramenta puberum, num. 98. C. si aduersus vendit. & in cap. 37. numer. 21. cum sequent. in 1. p. de iurament. confirm.* Ista opinio mihi verior & æquior videtur, & secundũ eam iudicatum vidi per iudices Auditores Regal. Canarienf.

Et secundum † Seraphinum *in dict. priuileg. 136. nu. 16 & 17.* 54
non est tenenda concordia Doct. quam tradit circa supradicta Anton. Gabr. *in titul. de arbitris, conclus. 3. nu. 50. & 51.* vbi inquit, quod magis communis opinio, quæ tenet: Enormissimæ læsioni renũtiari posse, procedet, quando clare constat, dolum ex proposito nõ interuenisse, secus in dubio, vel quod dictæ magis cõmuni opinioni erit locus de rigore iuris, contrariæ de æquitate secundum Abbat. *in dict. cap. Quintauallis,*

verſ. & videtur hac opinio, de iureiurand. Quia vt dictum eſt, nunquam præſumitur conſenſus in tali renũtiatione interueniſſe, niſi ſolum ex propoſito ex parte eius, in cuius fauorem renuntiatio de enormiſſima læſione cum iuramẽto facta eſt. Mihi vero videtur, quod concordia & intelligentia Ant. Gabriel. *vbi ſupra*, poſſet habere locum, quando renuntians læſioni enormiſſimæ, fuit certior factus, quæ enormiſſima læſio ſit, & ſponte illi renuntiauit, & de hoc conſtet aliter, quam per aſſertionem notarii: nam licet clauſulæ in inſtrumentis
55 poſitæ a notario † cenſeantur de voluntate partium poſitæ ſecundum magis communem opinionem Doctor. *in l. ſciendum. ff. de verbor. oblig.* & magis communem vocat, & eam ſequitur Menoch. *in conſil. 137. num. 130. & conſ. 87. num. 45. & in tract. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 2. caſu 144. num. 9. contra commu-*
56 *nem, de qua teſtatur Curt. Iun. conſ. 101. num. 11.* Tamen † dicta certioratio de enormiſſima læſione & eius qualitate non eſt ſolita apponi in inſtrumentis a notariis, & ideo illis nõ eſt credendum, quia non præſumitur ex voluntate contrahentis & renuntiantis poſita, vt tradit Bald. *in l. fideicommiſſa, §. ſi ſeruo, ff. de legat. 3. Curt. Iun. conſ. 145. num. 17. & Doct. in dicta l. ſecundum, ff. de obligat. per text. in l. quod ſi nolit, §. quia aſſidua. ff de ædilit. edict.* Et ſic quando conſtaret de dicta renuntiatione ſponte facta, præcedente dicta certioratione, dolus excluditur *per l. nemo videtur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt, ff. de*
57 *reg. iur.* Et remittentibus † actiones ſuas non eſt amplius dandus regreſſus ad eas, *l. quæritur, § ſi venditor. ff. de ædilitio. edict.*
58 Et quia, cuius per † errorem dati repetitio eſt, eiuſdem conſulto dati donatio eſt, *l. cuius per errorem, ff. de regulis iuris, cum*
59 *vulgaribus.* Sed adhuc ſi † renuntiantes ſint imperiti, vt mulier, ruſticus, minor, illis de æquitate ſuccurrendum videtur, quia facilitate quadam inducti videntur ad apponendam dictam clauſulam, ita loquitur Bartolus *in lege vltima, ff. idem quæ ſit, num. 2. ff. de condict. indebit. vide Pariſ. conſil. 96. vol. 1.*

Quæ

Quæ superius † dicta sunt, magis sine dubio procedent, si metus reuerentialis cum enormissima læsione concurrat: *vt tradit Couarr. in lib. 4. de sponsalibus, 2. part. c. 3. §. 6. num. 4. Alciat. in dict. cap. cum contingat, num. 2. & num. 8. de iureiurando, Ioann. Gutierr. in dict. authent. sacramenta puberum, num. 93. & 94. cap. si aduersus vendit. Decius in l. interpositas, C. de transact. Anton. Capyci. in decis. Neapol. 159. num. 32. cum tribus sequentibus, Socin. in consil. 263. colum 1. num. 2 & 4. versic. ad præmissa respondetur, volum. 2.* vbi de communi testatur Corn. *cons. 140. in fi. volum. 3. Curt. Iun. cons. 141. col. 3. nu. 11. Ruin. late cons. 60. vol. 3. Dec. in l. pactum, num. 7. limit. 3. C. de collat.* Etenim ex † enormissima læsione etiam non probatis minis sola reuerentia patris, vel alterius, cui ipsa reuerentia debetur, præsumtionem metus inducit, *vt in l. qui superstite, C. de dolo*, & responsum est a Socin. *in dict. consil. 263. num. 2. volum. 2. Ruin. cons. 160. num. 6. & sequent. volum. 1. Socin. consil. 47. num. 31. vol. 3. Alba. consil. 77. num. 21.* vbi communem dicit, *& in consil. 89. num. 5. & cons. 100. num. 4. Aymon Crauett. consil. 11. num. 12. Curt. Iun. cons. 141. numer. 12. Thom. Gram. in decis. 103. num. 49. Nevizan. in cons. 22. numer. 20. Couarr. in dict. cap. quamuis pactum, 6. p. §. 4. num. 7. Mascard. in 2. vol. de probat. conclus. 1054. num. 28.* 61

Nota, quod † ad cōsiderandam enormissimam læsionem tempus renuntiationis attendi debet, & non tempus futurū, licet parentum facultates post renuntiationem factam auctæ fuerint, *Aymon Crauett. consil. 11. num. 14. Menoch. de arbitrar. iud. libr. 2. centur. 2. casu 149. numer. 16.* vbi alios refert, Bursat. *in cons. 75. num. 3. volum. 1.* Nam idem in contractibus minorum restitutionem petentium seruatur, *vt tradit Crauett. vbi supra.* 62

Nota, quod † renuntiatio iurata in casu cap. *quamuis pactū,* valet etiam si renuntians nihil recipiat: quam dicit magis communem opinionem, & eam sequitur Anton. Gom. *in l. 22. Taur. Ioann. Gutierr. in dict. cap. quamuis pactum, in verb. de te* 63

contenta, *nu. 1.* & magis communem dicit Ant. Gabriel *in tit. de iur. dot. conclus. 1. num. 24. Fernand Velazquez de su cess. creat §. 18. num. 103* eamque, vt veriorem sequitur & Michael Crass. *in §. successio ab intestato, quaest. 10. num. 5. in versic controuersum fuit, Couar. videndus in dict. cap quamuis pactum 3. p. §. 2. num. 6.*

64 Item † nota, quod ad hoc, quod dictum pactum & renuntiatio teneat, requiritur, quod consensus eius, de cuius hereditate fit renuntiatio, interueniat; *Couarr. vbi supra 3 part. in*
65 *princ.* & non † obstante renuntiatione iurata, potest erit pater in cuius fauorem renuntiatio facta est, filiam, quae renũtiauit, heredem instituere, vt de magis communi testatur Rod. Suar. *in l quoniam in prioribus, in l. mit. 5. ad leg Regni, num. 2. in fin & numer. 7. Couarr. vbi supra, num. 8 Crass. in d. §. successio, quaest. 10. num. 8.* vbi *num. 9.* inquit idem habere locum, quando filia renuntians iurasset; etiam ex testamento se non fore successuram: quam dicit communem Ioann. Crot. *in l. stipulatio hoc modo concepta, num. 26 ff. de verb. obligat.*

66 Item † nota, quod renuntiatio iurata a filia facta habet tacitam conditionem, si filia parentibus superuiuat: nam si viuis parentibus in quorum fauorem renuntiauit, mortua fuerit, nullius effectus renuntiatio erit, secundum gloss. communiter approbatam *in l. item quia, in verb. male petitur, ff. de iureiurand. Ioann. Gutierr. in dict. cap. quamuis pactum, in princip. nu. 61.*
67 vbi veriorem. & † magis communem dicit, & ab ea in iudicando & consulendo non esse recedendum. Ampliationes & limitationes circa casum dict. cap. *Quamuis pactum*, ponit *Crass. in d. §. successio ab intestato, quaest. 10. & late Anton. Gabriel in dict. tit. de iure dot. volum 3. comm. opin. Ioann. Gutierr. in d. repet. d. cap. quamuis pactum.*

SVMMARIA.

1 *Successio ab intestato defertur ex praesumta & tacita voluntate decedentis.*

2 Mu-

2 *Mulier heres a marito vniuersalis instituta cum grauamine, vt post mortem hereditatem restituat, & quod possit vsque ad mille de bonis disponere, si de dictis mille non disposuit, visa fuit heredibus ab intestato venientibus relinquere.*

3 *Legatum factum ad beneplacitum, est purum, & factum si voluerit, est conditionale.*

4 *Pater qui legitimauit filium, vt ex testamento vel ab intestato succedere illi posset, si pater vellet, videtur velle filium succedere, si nullo condito testamento decedat.*

5 *Emphyteusis Ecclesiastica accepta pro se & quibus dederit, transit ad heredes ab intestato venientes.*

6 *Hereditas ascendentium diuiditur æqualiter inter descendentes, nulla facta distinctione sexus.*

7 *Repræsentatio admittitur inter descendentes.*

8 *Repræsentatio inter descendentes vltra pronepotes, extenditur.*

9 *Repræsentatio inter descendentes procedit nulla facta differentia sexus vel agnationis.*

10 *Filii emancipati succedunt ascendentibus, sicut filii in potestate existentes.*

11 *Posthumus post mortem aui natus succedit auo, & si fuit præteritus, rumpit testamentum, sicut alius filius, nam pro nato quoad eius vtilitatem habetur.*

12 *Nepos conceptus post mortem aui, non subrogatur in locum patris in aui successione.*

13 *Nepos conceptus post mortem aui, succedit auo ex persona patris.*

14 *Nepos conceptus post mortem aui non succedit ei, si pater hereditatem aui repudiauit, in fideicommisso vero succedet, in quo etiam repræsentatio datur.*

15 *Nepotes succedunt ascendentibus in stirpem.*

16 *Pronepotes si concurrant in successione ascendentium, in stirpem succedunt.*

17 *Filii per subsequens matrimonium legitimati & eorum descendentes succedunt parentibus & ascendentibus sicut filii ex le-*

gitimo matrimonio nati, quia filii ita legitimati in dispositione legis vel hominis appellatione filiorum veniunt.

18 *Filii legitimantur per subsequens matrimonium, quamuis sint procreati ex concubina non retenta in domo.*

19 *Filii legitimati per subsequens matrimonium admittuntur ad successionem feudi, & fideicommissi, & cuiuslibet successionis, licet sit dispositum quod tantum filii legitimi ex legitimo matrimonio nati & procreati succedant.*

20 *Filii legitimantur per subsequens matrimonium, etiam si aliud matrimonium interuenerit, & etiam si in ætate senili, & decrepita vel in articulo mortis sit contractum.*

21 *Filii legitimantur per subsequens matrimonium, licet concepti fuerint tempore quo matrimonium contrahi non poterat.*

22 *Filii legitimantur per subsequens matrimonium in articulo mortis contractum, nisi in fraudem & praiudicium tertii factum sit.*

23 *Filii clerici beneficiati non constituti in sacris legitimi efficiuntur per subsequens matrimonium.*

24 *Filii clerici non constituti in sacris, legitimantur per subsequens matrimonium, etiamsi duplex vitium adulterii & incestus concurrat.*

25 *Filii nati ex matrimonio putatiuo sunt legitimi, si bona fides vnius ex coniugibus interuenerit.*

26 *Filius maior legitimatus per subsequens matrimonium, excludit a maioratu fratrem ex legitimo matrimonio natum, antequam frater maior per matrimonium legitimaretur, num. 26. vsque ad num. 33.*

27 *Ius succedendi in maioratu consistit in spe, antequam successio deferatur.*

28 *Princeps potest legitimare & legitimato dare hereditatem delatam & non aditam in praiudicium tertii.*

29 *Princeps dispensans cum aliquo, præsumitur ex iusta caussa facere, & dispositio legis, & Principis a pari procedunt.*

30 Fi-

30 *Filio minori non tollitur in totum per maiorem spes succedendi in maioratu, sed tantum differtur, & vnus gradus augetur.*

31 *Legitimatus per rescriptum Principis, excludit substitutum ex communiori.*

32 *Ius in spe consistens retrotractionem non impedit.*

33 *Ius delatum ex hereditate iacente, est transmissibile ad heredes extraneos ex potentia iuris deliberandi, ius vero primogenitura in spe consistens & filiorum in bonis patris, non ita.*

34 *Filii naturales per rescriptum Principis legitimati, in nihilo differunt a vere legitimis in successionibus.*

35 *Filius legitimatus per rescriptum Principis agnatione sui, rumpit testamentum patris.*

36 *Filio legitimato per rescriptum Principis præterito, testamentum nullum redditur.*

37 *Filii per rescriptum Principis legitimati, non succedunt cum legitimis post legitimationem natis, vel per subsequens matrimonium legitimatis.*

38 *Filii per rescriptum legitimati succedunt consanguineis, sicut legitimi, & in omnibus seruantur illæsi, nisi quando adsunt filii legitimi post legitimationem nati quantum ad successionem cum illis.*

39 *Filii per rescriptum Principis legitimati, succedunt cum legitimis, qui nati erant tempore legitimationis, & etiam cum postea natis, si legitimati fuerunt, vt cum iam natis & nascituris succederent.*

40 *Filii per rescriptum legitimati, non succedunt auo, nisi in legitimatione dictum sit quod succedant.*

41 *Auus potest nepoti legitimato stantibus legitimis quintam partem bonorum suorum relinquere.*

42 *Filii legitimati succedunt in bona agnatorum, quæ legitimo & naturali ab intestato obuenirent, & concurrunt cum fœminis, vbi viget statutum fœminas propter masculos excludens.*

43 *Legitimatus excludit substitutum, si substitutus fuit citatus quando legitimatio facta fuit.*

44 *Legitimatio est alienatio.*

45 *Legitimati ad feuda expresse succedunt in feudis, sicut legitimi, etiamsi ab alio quam ab Imperatore sint legitimati, si legitimandi potestatem habuerit.*

46 *Legitimatio an extendat vires suas ad bona extra prouinciam & Regnum legitimantis, num. 46. remissiue.*

47 *Legitimatio & dispensatio differunt, quia legitimatio vltra operatur, quæ dicta sunt, & dispensatio non extenditur vltra in ea contenta.*

48 *Filius procreatus a parentibus qui matrimonium secundum ius Diuinum vel Canonicum contrahere non poterant, si legitimetur, dispensatus dicitur, & solum de contentis in legitimatione vti poterit.*

49 *Legitimati cum clausula,* sine præiudicio venientium ab intestato, *non possunt succedere stantibus legitimis & non stantibus succedunt ex testamento, & ab intestato solum fiscum & vxorem excludunt.*

50 *Legitimatio coarctata ad succedendum ex testamento vel ab intestato vel sine præiudicio descendentium vel ascendentium, vel in eo, quod patri placuerit, vel quando cum spuriis dispensatur, nihil contra voluntatem patris operatur.*

51 *Filii naturales succedunt matri filios legitimos non habenti, & si legitimos habuerit, poterit quintam partem bonorum naturalibus relinquere.*

52 *Filii naturales, si a matre prætereantur, poterunt matris testamentum impugnare, etiam si illustris mater sit.*

53 *Filii naturales sicut matri, succedũt aliis absentibus ex parte matris venientibus.*

54 *Filii spurii succedunt matri, legitimis non exstantibus, nisi sint ex damnabili & punibili coitu procreati.*

55 *Filii naturales succedũt patri ab intestato in duabus vnciis quarum vnam matri dare tenentur.* 56 *Pa-*

56 *Pater potest in præiudicium ascendentium, si filios legitimos non habuerit, omnia bona sua filiis naturalibus relinquere, alias si filios legitimos habuerit, quintum bonorum relinquere potest.*

57 *Filii naturales an possint quintum bonorum patris habere, si adsint sex filii legitimi? n. 57. vsque ad num. 60.*

58 *Qui sentit damnum, sentire debet & commodum.*

59 *Legitima filiorum de iure communi & partitarum est tertia pars bonorum, si sint quatuor filii, & si sint plures, est semissis.*

60 *Filii naturales non debent esse melioris conditionis, quam legitimi.*

61 *Nepotes ex filio naturali procreati succedunt auo ab intestato in duabus vnciis, sicut pater eorum, si viueret, succederet.*

62 *Pater naturalis & mater naturalis succedunt filiis naturalibus eisdem modis, quibus filii illis succedunt.*

63 *Pater succedit filio legitimato a iure vel ab homine, sicut & filius illi succedere potest.*

64 *Parens conscius impedimenti matrimonii, succedit filio legitimo, sicut filius illi succedere valet, propter bonam fidem vnius coniugum.*

65 *Legitimatione propter aliquam caussam deficiente, hereditas legitimato relicta, pertinet ad heredes ab intestato venientes, qui legata præstare tenentur.*

66 *Filius naturalis legitimatus succedit ex testamento patri, etiamsi legitimatio deficiat.*

67 *Quilibet præsumitur eligere viam vt actus valeat.*

68 *Filius spurius per ingressum religionis legitimatur qualiter succedat, nu. 68.*

69 *Filii adoptati ab ascendentibus, succedunt eis sicut legitimi, si adoptantes non habuerint ascendentes neq; filios legitimos.*

70 *Filii adoptati ab extraneis succedunt eis, præterquam contra testamentum eorum.*

71 *Filii arrogati succedunt arrogatori ex testamento, & ab intestato*

filiis legitimis non stantibus, nisi fuerint arrogati, ita vt cum legitimis succedant Principis auctoritate.

72 *Filius arrogatus emancipatus succedit arrogatori in quarta parte bonorum, si arrogator filios legitimos non habuerit, quibus stantibus arrogator quintum illis relinquere potest.*

73 *Filii adoptiui veniunt in dispositione legali filiorum appellatione, in dispositione vero hominis non veniunt.*

CAPVT VI.

De hereditate inter descendentes veniente ab intestato diuidenda.

VAriæ sunt Doctorum opiniones, an successio ab intesta-
1 to ex præsumta † voluntate defuncti, venientibus ab intestato deferatur? alii tenent, quod ex ficta voluntate decedentis, alii ex præsumta voluntate, alii ex tacita voluntate, quorum opinionum auctores refert Menoch. *præsum. 27. lib. 4. præsum.* & ibidē Menoch. *n. 13. & 14.* inquit, quod idem est, præsumta voluntas & tacita, & sic sequitur opinionem Dd. tenentium, ex præsumta voluntate vel tacita descendentis successionem ab intestato deferri, *vt tenet Vasquius de success. part. 37. num. 119. Bald. Nouell. in l. cum filiofamilias, numer. 4. ff. de*
2 *leg. 1.* Ex quo † dictus Bald. Nouell. respondit, quod si mulier, quæ a marito fuit heres vniuersalis instituta cum grauamine restituendi hereditatem post mortem suam alicui, & quod dicta mulier posset ad libitum de dicta hereditate disponere vsque ad valorem mille: si de dictis mille non disposuit, visa fuit heredibus ab intestato venientibus relinquere, & inter eos diuidi debent. Idem tenet Curt. Iun. *in cons. 4. n. 4 Soc. Iun. in cons. 83. num. 7. lib. 4. Crauett in cons. 70. num. 13. & in cons. 176. in fin. Natta in cons. 226. n. 9. & 10 libr. 1.* & hoc dicitur quædā transmissio *secundum Crauet. in d. cons. 70. in fi.* quos refert & sequitur Menoch. *in cons. 210. nu. 50. lib. 3. ibi & num. 51. cum sequentibus.*
3 Vbi late tractat de † differētia, quæ est inter legatum factū ad bene-

beneplacitum, & si voluerit, nam si factum ad beneplacitum est purum, & factum si voluerit, est conditionale: & sic primum transmittitur, & aliud non.

Et ex eo quod † decedenti succeditur ab intestato ex eius præsumta voluntate tenuit Ias. *in Rubr. de liber. & posthum. numer. 7. & in cons. 202. col. 6. vers. 6. lib. 2.* Quod si pater legitimauit filium, vt ab intestato vel ex testamento illi succedere posset, si modo pater vellet, quod si pater decessit, nullo condito testamento, satis visus fuit filium legitimatum vocasse, vt posset succedere. Idem tenet Alciat. *in d. rub. de lib. & posth. nu. 32. & ibidem Ioann. Bologuet. num. 58. quos refert & sequitur Menoch. in d. cons. 210. num. 49. & in d. præsumt. 27. num. 10. & 61. num. 11.* refert Curt. Iun. *cons. 4. num. 15.* tenentem, quod † emphyteusis Ecclesiastica accepta, & quibus dederit, transit etiam ad heredes extraneos ab intestato venientes, cũ ad eos dicatur testator, intestatus velle prouenire, & censeatur vsus fuisse facultate sibi concessa, videlicet: *& quib. dederit.* Et vt dicta præsumtio procedat, tria principaliter requiruntur. Quod non constet defunctum testari voluisse, & venientes ab intestato sint habiles ad succedendũ, & quod sint in primo gradu tempore succedendi. *Ita Menoch. in d. præsumt. 27. n. 16. 17. & 18. vbi ad id Doct. refert.* Parẽtibus ab † intestato morientibus, eorum filii pro æqualibus partibus succedunt, & inter eos hereditas parentum æqualiter diuidenda est, nulla inter filios & filias differẽtia facta, *vt in l. meminimus, C. de suis & legit. hered. l. maximum vitium, C. de lib. & posth. auth. in success. C. de suis & legit. heredibus, l. 3. tit. 13. part. 6.* 4 5 6

Et inter † descẽdentes repræsentatio admittitur, *vt in §. cũ filius, & ibi Doctores, Instit. de hered. quæ ab intestato deferunt.* & ideo in successione aui nepos subintrat locum patris & concurrit cum patruo, & si plures sint nepotes ex vno filio, in stirpem cum patruo succedent: & ita patruo dimidia pars hereditatis, & nepotibus altera dimidia adiudicari in diuisione 7

debet, *vt in authent. de hered. ab intestat. venien.* §. *1. d. l. 3. in fin. tit. 13. partit. 6.* quam dicit communem & indubitatam Bursat. *consf. 71.*

8 Quæ † repræsentatio vltra pronepotes inter descendentes procedit, *vt tenet glos. in* §. *multis, in verbo, vsque ad quintum gradum, de successio. liber. Instit.* quam dicit contra approbatam ibi Christophorus & Ant. Gabr. *de success. ab intestato, conclus. 1. n. 18.* Et ita tenet Greg Lup. contra Montaluum *in d. l 3. in verbo: Ningun pariente de los descendientes, prope medium glos.* & ideo pronepotes ex vno filio; cõcurrant cum alio filio in stirpem, & sic cum patruo magno; & similiter alii descendentes; ad quod facit *d. l. 40. Tauri.*

9 Et † circa dictam successionem & repræsentationem nulla differentia sexus & agnationis attẽditur: nã neptis patrem vel pronepotis auũ repræsentat; quam inquit receptissimam sententiam esse Michael. Crass. *in* §. *de success. ab intestat. nu. 6. verb. siue.* Et hoc procedit, quia pater & filius, vel filia, vna eademque persona censentur, *vt in l. fin. & ibi Doct. C. de impub. & aliis substitut. glos. l. 2. C. qui ætate se excusant, lib. 10.* quam dicit communiter approbatam Ias. *in l. sciendum, num. 25. ff. qui satisdare cogantur.*

10 Quæ dicta sunt locum † habent tam in filiis emancipatis, & ex illis descendentibus, quã in filiis & descendẽtibus qui in patris vel aui potestate exsistunt, *vt in auth. de heredib. ab intest. vers. suus enim.* Nam hodie sublata est differentia emancipationis & patriæ potestatis circa successionem ab intestato, quam dicit cõmunem opinionem Garcia *in l Gallus,* §. *& quid si tantum, n. 208. ff. de lib. & posth. Ant. Gom. variar. resolut. tom. 1.*
11 *cap. 1. tit. 3.* Idem est in † posthumis post mortẽ aui natis: nam sicut si esset natus auo succedit, *vt in l. 1. & ibi communiter Doct. ff. de lib. & posth.* quia posthumus quoad eius vtilitatẽ pro nato habetur, *l. qui in vtero, ff. de statu hominum:* & testamentũ patris vel aui, si ab eo prætereatur nascẽdo rumpit, *vt in l. posth. nato,*

C. de

C. de bon. poss. contra tab. l. 3. ff. de iniusto rupto irritoq; facto testam. §. posth. & §. posth. Instit. de exhered. liberorum, l. 20. tit. 1. part. 6.

Quod † intellige, si conceptus sit viuo auo, nam si mortuo 12
auo conceptus fuerit, non subrogatur in locum patris, *vt in §. cum autem, vers. plane, Instit. de success. ab intest.* & ibi communiter Dd. *vt testatur Ant. Gom. in d. tom. 1. variarum resolut. c. 1. n. 8. Michael Crass. §. de successione ab intestato, nu. 16.* Quod † ibidem 13
num. 17. intelligit, quando nepos vult auo succedere ex persona sua; secus si ex persona patris; iure transmissionis suitatis sanguinis vel deliberandi, *vt in l. si quis filium, C. de inoffic. testamento, Bart. in l. fi. C. ad Orfitian.* quem sequuntur communiter Doctor. *vt testatur Ant. Gom. in dict. tom. 1. variar. resolut. cap. 1. num. 11.* Et † tunc si pater hereditatem repudiauit, nepos ex- 14
cluditur, alias non, quia iure trāsmissionis auo succedet. Item *num. 18.* limitat non procedere in fideicommisso, at quod nepos natus & conceptus post mortem aui admittitur, & in illis repræsentatio locum habet, *Decius cons. 217.* quem refert & sequitur Greg Lup. *in d. l. 3. in dict. verbo: Ningun pariente de los descendientes, post medium gloss.* vbi extendit dictam legem Partitarum ad fideicommissum, quod prouenit ab ascēdentibus.

Quod † si soli nepotes supersunt, duo vel tres ex vno filio 15
& vnus ex alio, similiter in stirpem succedunt; *vt in l. 2. C. de suis & leg. hered. d. l. 3. in fin. tit. 13. part. 6.*

Dubium † est an idem locum habeat, quando pronepo- 16
tes tantum concurrunt, & idem seruandum est: Nam pronepotes personam aui repræsentant, & ideo pronepotibus ex vno filio descendētibus dimidia pars hereditatis in diuisione adiudicanda est, & altera dimidia pronepoti ex alio filio descendenti, quæ est communis opinio secundum aliquos Doctores, quos refert Crass. *in d. §. de success. ab intest. num. 14. in fin. idem tenet Alberic. in d. l. 2. C. de suis & legit. hered. quem refert & sequitur Greg. in d. l. 3 gloss. fin. tit. 13. part. 6.*

Quę † omnia dicta sunt, locū habent in filiis per subseque- 17

matrimonium legitimatis, & eorum descēdentibus: nam ita legitimati in omnib. vere legitimi efficientur, vt omni dispositione hominis legisq; appellatione filiorum legitimorum & naturalium, ac ita legitime natorum veniant, & tam fœminas ex statuto exclusiuo, quã substitutos omnes excludant, ac ad feuda, & omnes successiones admittantur: *vt in c. tanta, & c. Lator, & ibidem omnes Canonistæ, qui filii sint legitimi, l. 1. vers. Otro si son los legitimos, tit. 3. partit. 4. Alex. in l. ex facto, num. 18. ff. ad Trebell. Ripa in l. si vnquam, num. 87. C. de reuocand. donat.* Quam dicit communem Bursat. *in cons. 98. num. 20. vol. 1. Duennas in regul. filius naturalis, Villalobos communem opinionem, verb. legitimatus, num. 47. Viuius communem opinionem, in verb. filii nati, Syluan. cons. 3. nu. 20. Emanuel Suarez in lib. receptarum sent. verb. legitimatus ob matrimonium, Iul. Clar. in § feudum, quæst. 82. in fi. Ant. Gabriel in conclus. tit. de legitimis, lib. 6. conclus. 1. num. 20. & 23.* Quam dicit veriorem sententiam Rol. *cons. 83. nu. 11. & 12. libr. 3.* de magis communi testatur Bursat. *in cons. 10 nu. 6. lib. 1.*

18 Et non † requiritur, quod filii nascantur ex concubina retenta in domo, vt legitimi per subsequens matrimonium efficiantur: sufficit enim, quod tempore conceptionis vel natiuitatis filiorum parentes sint habiles ad matrimonium contrahendum, *glos. & ibi Ioan. And. in cap. innotuit, de elect. Abb. in d. cap. tanta, qui filii sint legitimi, Decius in cons. 155. Beron. cons. 165. vol. 2.* quam dicit veriorem & communiorem opinionem Grep. Lup. *in d. l. 1. verbo: Que tiene por barragana.* Quæ opinio approbatur *per l. 11. Tauri, & ibi Doct. Regni.*

19 Et adeo † filii per subsequens matrimonium legitimãtur, quod ita legitimati admittuntur ad successionem feudi, vel fideicommissi, & cuiuslibet successionis, etiamsi requiratur & sit dispositum, quod tãtum succedant legitimi ex legitimo matrimonio nati vel procreati secũdum magis communem opinionem, de qua testatur & inquit non esse ab ea recedendum in iudicando & consulendo, *Syluan. in cons. 3. num. 49. Co-*

uarr.

narr. de sponsalib. 2. part. cap. 8. §. 2. nu. 30. quos & alios quã plures de communi testantes, refert & sequitur Bursat. *in cons. 18. nu. 3. & 9. cum seqq. vsque ad num. 30.* Idem tenet Greg. in maioria loquens, *in d. l. 1. in verbo: Se casa con ella, vers. quarto limitat, ibi nota etiam, tit. 13. p. 4. Mohedan. de primog.*

Et tãta † est vis matrimonii, q. filii per subsequẽs matrimo- 20
niũ legitimantur quoad omnia, etiamsi aliud matrimonium interuenerit cũ alio ex coniugibus, vel etiamsi in ætate senili & decrepita vel articulo mortis contractũ dictum matrimonium sit, *Abb. in cap. tanta, n. 3. qui filii sint legit. Ioann. And. in reg. sine culpa, n. 2 & 3. de R. I. in 6. Paris. cons. 13. n. 35. & cons. 16. in prin. vol. 2.* qui vbiq; de communi attestatur, & *in cons. 13. n. 68. & in cons. 14. n. 311* duo extrema sufficiunt, videlicet coitum per cõsensum potuisse esse vxoriũ, & postea sequens matrimonium, *Soc. Iun. in l. Gallus, § & quid si tantum, nu. 136. ff. de lib. r. & posth. Franc. Sarmi. in lib. 1. selectarum, cap. 6. n. 5.* Vbi communem dicit, & sufficit, quod † tempore natiuitatis filiorum matrimo- 21
nium contrahi possit, licet non tempore conceptionis, *glo. & Doct. in c. 2. qui filii sint legitimi, Gregor. in l. 1. in verbo: Se casa con ella, tit. 13. part. 4.* Matrimonium † enim inter medium, legiti- 22
mationem per subsequens matrimonium fieri non impedit, *Tiraquellus de primogenitura, quæst. 35. num. 2. Mantica cons. 45. vol. 1.* Idemque est in matrimonio in articulo mortis contracto, *Alciatus de præsumt. in princip. num. 10. Ru. in cons. 213. in fine, volum. 1. Paris. cons. 13. num. 68. volum 1.* vbi communem vocat; cum nulla solemnitas in matrimonio in articulo mortis contracto requiratur, *Clemens de patria potest. cap. 5. n. 3.* maxime cũ non constat factum fuisse in fraudem & præiudicium tertii, *Dec. in cap. in præsentia, de probat. Gabriel de legitimitat. conclus. 1. num. 53. & 54. Cepsus Vgo consil. 73. num. 32. Greg. Lupus videndus, in l. 1. in verbo: Se casa. tit. 13. part. 4. Menoch. cons. 350. nu. 33. lib. 5.* vbi ponit qualiter fraus probetur.

Quod † procedit, etiamsi clericus beneficiatus non con- 23

stitutus in sacris, matrimonium cum concubina sua contraxerit: nam filii ex concubina præhabiti, legitimi efficientur, & ipse statim beneficium amisit, *Couarr. in epitom. de sponsalib. 2. part. cap. 8 §. 2. num. 5. Nicolaus de Vbald. in tractatu de successi ab intestat. 6. spec. filiorum, Suarez communium opinionum, verb. clerici, num. 107. vbi communem dicit, Greg. Lup. in d. leg. 1. verbo, Se casasse. titul. 13. part. 4.*

24 Quod † habet locum, etiam si duplex vitium, vtputa, adulterii & incestus in filiis clerici concurrent, cum matrimonii fauor præualeret, vt legitimarentur secundum veriorem, & æquiorem & receptiorem opinionem, vt probat Vasquius *de success. 1. part. lib. 3. §. 22. limitat. 8. num. 51. Bursat. cons. 10. vers. insuper, lib. 1. num. 10.*

25 Ex matrimonio † putatiuo filii procreati legitimi nascuntur, si vnius coniugum bona fides interuenerit, *Palat. Rub. in repet. rubr. § 26 num. 2. Duennas alios referens vers. 350. amplat. 9. Molin. de primog. lib. 13. cap. 1. num. 11. l. 1. tit. 13. l. 2. tit. 15. p. 4.*

26 Ex quibus † dubium magnum inter Doctores versatur, an filius maior legitimatus per subsequẽs matrimonium, excludat e maioratu filium minorem ex legitimo matrimonio natum? Et partem affirmatiuam tenet Ioann. Andr. *in regul. sine culpa, de regul. iuris, in 6.* vbi communem dicit Boer. *decis. 559. Alciatus de verbor. signif. lib. 3. axiomat. 2. Matth. de Afflict. capit. 1. §. naturalis, si de feudo fuerit controuersia inter dom. & agnatos*, vbi communem vocat Paris. *consil. 13. num. 33. libr. 2. & Michael Crassus in §. de success. ab intestato, quæst. 19. num. 8.* qui receptiorem & veriorem vocat, Vasquius *de success. progress. 2. part. libr. 1. §. 2. nu. 89.* vbi communiorem vocat, quem & alios hanc partem tenentes refert & sequitur Bursat. *in d. cons. 18. num. 14.* alios qui hanc partem tuentur recenset Matienco *in l. 10. glos. 3. numer. 11. titul. 8. libr. 5. recopilat.* qui contrariam partem sequitur *ibid. num. 12.* quam communem vocat Alexand. *in l. Gallus, §. & quid si tantum, colum. penult. & fin.* & alios multos refert

refert Matienco *vbi supra* qui partem negatiuam sequuntur, & ratio † principalis, quæ ibidem *num.13. a Matienc.* assigna- 27
tur & redditur, ea est, quod dicta legitimatio non retrotrahitur in præiudicium tertii, cui iam erat ius quæsitum: quæ ratio vera non videtur: nam filius minor ex legitimo matrimonio natus, nondum habebat ius quæsitum, sed tantum in spe, quod aperte probatur *in l.7. titul.4. part.5. & leg.40. Tauri.* Per quæ iura successori maioratus defertur post mortem possessoris, & non ante. Ergo, &c. Et secundum communem opinionem Doctorum † Princeps potest hereditatem dela- 28
tam & non aditam auferre venientibus ab intestato, & legitimare in eorum præiudicium filium spurium, & illi hereditatem dare, *vt tenet Alexand. Aretin. Garcia in l. Gallus, §. & quid si tantum, numer.286. vbi Crotus numer.125. & 127. & 133. & numer.138. Ruin. numer.186. & 194. ff. de liber. & posthum.* Qui etiam dicunt, quod † subsistente caussa iusta, quæ in Principe 29
præsumitur, potest Princeps apprehensa hereditate in præiudicium iuris alteri quæsiti legitimare: *ita Garcia vbi supra, numer.300. & 307. & Ruin. dict. numer.394. Curt. ex communi consil. 174. numer.15.* Et tandem magis communis opinio Doctorum est, quod Princeps potest filium naturalem nulla patris dispositione adiutum legitimare, antequam hereditas sit adita & apprehensa, secus posteaquam adita sit. Notat Alexander *consil.2. volum.1. & consil.87. volum.2. Dinus consil.202. Alciat. respons.201. numer.5. Suar. commun. opinion. verbo, legitimatio, numer.107. Bursat. in consil.76. numer.39. & 4. volumin.1.* Et si Princeps, nulla subsistente caussa, hoc facere potest, a fortiori fauore matrimonii: & sic caussa subsistente filius maior per subsequens matrimonium vere legitimus effectus, vt de legitimo matrimonio natus ex communiori de qua supra filium & suum fratrem minorem ex legitimo matrimonio ante procreatum, quia tantum ius in spe quæsitum in maioratu habebat, excludere debet, & illi præferendus est iuris

auctoritate, quod comprobatur ex communiori & veriori opinione Doctorum, quam refert & sequitur Bursat. *in d. consil. 18. num. 3.* de qua superius *num. 2.* Quod filius naturalis per subsequens matrimonium legitimatus etiamque in feudis & fideicommissis ac bonis, in quibus filius ex legitimo matrimonio natus, vocatur, successorem & heredem substitutum excludit: & non potest negari, nisi quod habebat substitutus ius in spe quæsitum, sicut filius secundus in maioratu. Ergo, &c.

30 Et quia † filio minori non tollitur in totum & omnino spes succedendi, sed tantum differtur, quia solum vnus gradus successionis augetur, *Bursat. in dict. cons. 76. numer. 51. libr. 1.* Item facit alia magis communis opinio, quam refert Bur-
31 sat. vbi supra; quod † etiam per rescriptum Principis legitimati excludunt in prædictis casibus substitutum. Idem tenet *in cons. 85. numer. 19.* Vbi magis communem & veriorem vo-
32 cat, & *consil. 1. numer. 3. libr. 1.* Item, quia † ius spe quæsitum retrotractionem non impedit, *vt in l. 1. §. qui mortis, ff. ad Trebell & l. 1. §. fin. ff. de bonorum possess. contra tab. iuncta glossa, & quæ ibi refert in l. Gallus, §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthumis.* Et non est bona differentia, quam Matiencus, *vbi supra numer. 17. in fine*, facit inter ius successionis, & ius primogenituræ & filiorum, in bonis parentum in spe constitutum.
Nam fortius est † ius ex hereditate iacente iam delatum,
33 quam ius primogenituræ in spe consistens, & ius filiorum in bonis parentum consistens; quia primum ius est transmissibile ex potentia iuris deliberandi ad heredes extraneos, *vt in lege cum antiquioribus, & ibi Baldus Paulus & Doctores, C. de iure deliberandi, lege 2. titul. 6. part. 6 & ibi Gregor. in verbo. Que le sera puesto.* Ius vero in spe primogenituræ & filiorum non ita est transmissibile.

34 Filii naturales per † rescriptum Principis plene legitimati in nihilo differunt a legitimis in successionibus, §. *fit igitur liceat*

centia, authent. quibus modis naturales efficiantur legitimi, & §. authent. quibus modis natural. effici. legiti. l. 4. tit. 5 part. 4. & ideo pro æqualibus partibus ab intestato succedunt; & ita æqualitas in diuisione seruanda est, *Alex. & Apostilla in consil. 2. vol. 1.* vbi communem dicit Bursat. *cons. 85. num. 11. lib. 1.* vbi communem testatur Decius *cons. 316. & cons. 288. Couar. de sponsal. 2. part. tit. c. 8. §. 8. num. 3. & §. 10. nu. 2. Vasquius in l. si quando, nu. 65. cum sequentibus, C. de inoffic. testament.* vbi † communem Bursat. 35
cons. 15. num. 1. libr. 1. vbi num. 2. tradit, quod filius legitimatus agnatione sui rumpit testamentum patris, *secundum Socin.* & *alios in rubric. de liber. & posthum. Abb. cons. 86. col. 1. vol. 1. Rom. cons. 34. & ibi Mandel. in apostillis,* qui communem vocat, & Vasquius *de success. p. 1. lib. 2. §. 20. num. 3. requisit. 29. & part. 2. lib. 1. §. 6. num. 3. cum sequentibus, & §. 7. in princ. & p. 1. §. 21. num. 57.* vbi de cõmuni testatur. Et similiter † legitimato præterito testa- 36
mentum nullum redditur, secundum communem opinionem Doct. Rimin. *in l. posthum. nu. 5. & ibi Curt. Iun. n. 46.* Aduertendũ est, quod filii plene † legitimati, nõ succedunt cum 37
legitimis post legitimationem natis, vel per matrimoniũ legitimatis, *secundum l. 12. Tauri, quæ in recopil. est l. 10. tit. 8. lib. 5. & l. 7.* vbi vide Greg. *in verbo: Otros parientes, tit. 15. part. 4.* De iure autem communi † sunt variæ opiniones, de quibus Tellus *in* 38
d. l. Taur. & Matienc. glos. 2. num. 3. & 4. Alii vero consanguinei, sicut legitimi succedunt & cetera sicut legitimis seruantur illæsa, sicut *in d. l. Taur.* disponitur, & ibi Anton. Gom *num. 69. Tellus num. 43. Castillo, verbo. A los otros parientes, Palat. Rub. numer. 40. & 46. & 47. Cifuentes num. 4. Matienc. glos. 7.* Et de iure communi est magis communis opinio, *vt tradit Alexand. in cons. 139. eleganter, vol. 4.* Quod si stantibus filiis legitimis, naturales legitimantur, cum legitimis succedent, *vt in l. fin. & ibi Greg. tit. 15. par. 4.* Idem erit, si expresse legitimatio facta fuerit, vt cũ filiis legitimis iam † natis & nasciturìs legitimati succe- 39
dant, *Greg. vbi supra in glos. fin.* Auo † vero non succedant, nisi 40

in legitimatione dictum sit, *Greg. in l. 7. in verbo: Otros parientes, in fin. tit. 15. part. 4. Cassa. in consuet. Burg. rub. 18. §. 3. glos. ab intestato, num. 4. Bart. in l. communium, C. de naturali. lib. Castell. & Palat. Rub. in d. l. 12. Taur. & ibi Doct.* qui non tamen illis relinqui
41 potest, *vt in* † *d. l. 12. Tauri.* Sicque legitimati, non solum in
42 bona, quæ a patris † legitima & naturali obuenire possunt, succedunt, sed etiam in bona agnatorum quæ legitimo & naturali ab intestato obuenirent, & excludunt fœminas virtute statuti vocantis masculos & fœminas excludentis secundum magis communem opinionem, de qua per Ias. *in l. cum acutissimi, C. de fideicommiss. Curt. consil. 153. Mand. ad Roman. consil. 194. in verbo. definientes.* Et contrà dictam opinionem, de qua per Ias. *in d. l. cum acutissimi*, est alia magis communis opinio, quam dicit veriorem & æquiorem, & rationi consonam, videlicet, quod legitimatus succedat simul cum filia pro æqualibus partibus, quando statutum fœminas excludit, *Michael Crass. in §. de success. ab intestato, quæst. 19. num. 12. vers. contrariam opinionem*, vbi quam plurimos Doct. ad id recenset.

43 Ex quo † inferunt Doctores communiter *secundum Bursat. in cons. 85. num. 13.* quod tales legitimati substitutum excludunt, vbi allegat Alexand. *in cons. 2. volum. 1. Decius cons. 284. num. 8. in fin. cum apostillis, Curt. cons. 82. vol. 2. Socin. Iun. cons. 177. num. 10 & 4. volum. 3. Paris. cons. 1. num. 64. & 65 vol. 1 Soar. commun. opinion. verbo legitimatus, num. 14.* Sed contrariam opinionem, quod legitimatus non excludit substitutum, dicit magis communem Decius *cons. 208. Ias. in d. l. 2. num. 204. C. de succ. emphyteu. Ruin. cons. 67. & 69. & cons. 106. libr. 3.* Vide *in 2. vol. commun. opinion fol. 39.* si legitimatus non excludit substitutum, nisi substitutus citetur, cum legitimatio fit. Commu-
44 nem † dicit Curt. Iun. *cons. 83. num. 8. & 10.* quia legitimatio est alienatio, *Socin. Iun. cons. 95. num. 40 lib 3. Gabriel cons 30. num. 11. Menoch. cons 358 nu. 20. vol. 4. quem vide ibi nu. 12. cum seqq.*

45 Et si ad feuda † expresse fuerint legitimati, in feudis sicut legi-

legitimi & ex legitimo matrimonio nati, vocati, succedent. Quam dicit magis cõmunem opinionem & veriorem Bursat. *in consi. 85. n. 19.* vbi tenet idem esse a fortiori in emphyteusi, *Fernand. Vasqui. de successio. progressu, §. 2. nu. 52.* vbi receptiorem & veriorem & æquiorem vocat, Clarus *in §. feudum, q. 82. Michael Crassus in d. §. de success. ab intestat. q. 19. n. 15.* vbi *in vers. item hac locum tenet*, idem esse in legitimato ab alio quam ab Imperatore, qui habeant potestatem legitimandi ad feuda. Quam dicit cõmunem opin. secundũ Alex. *in d. consi. 2. vol. 1.*

Et an † legitimatio extendat vires suas ad bona exsistentia extra Prouinciam & Regnum legitimantis, vide Greg. *in l. 4. verbo: En cuyo sennorio, tit. 15. p. 4. late Couar. de spons. 2. p. c. 8. §. 8. nu. 15.* Aduertendum est ad formam legitimationis; nam alia dicitur legitimatio, alia vero dispensatio, & quæ dicta sunt, procedunt † in vera legitimatione, quia quando cum filio est dispensatum, aliter dicendum est, quia dispensatio non potest extendi etiam ex maior tate rationis, vltra in ea contenta. *vt in cap. 1. & 2. de filiis presbyterorum, Socin. in rub. de lib. & posth. num. 12. vers. quarto infero, Curt. Senior consi. 73. num. 6. Alex. in l. sed & si hac, § patronum, num. 6. ff. de in ius vocando, Paulus de Castro in consi. 30. num. 30. libr 7.* 46 47

Et quandó † filius procreatus est a parentibus, qui matrimonium secundũ ius Diuinum, vel Canonicum, contrahere non poterant, talis filius, si legitimatus fuerit, semper dispensatus dicitur, & solum contentis in legitimatione vti poterit, nec vltra legitimatio extẽditur, *ita Crotus in l. Gallus, § & quid si tantũ, n. 83. vers. tertius casus, ff. de lib. & posth. Crot. consi. 63. n. 25. lib. 1. Dec. consi. 293. n. 10. & consi. 276. n. 6. Gozad consi. 6. n. 51. & consi. 92. nu. 13. vers. quarto considero, Lauren. Syluan. consi. 45 nu 42.* vbi communem & sine contradictione esse testatur. Et quando filii legitimãtur sine † præiudicio venienti ab intestato, quod dicta clausula operetur, vide per Hyppol. Rimin. *in consi. 446. n. 45. 46. & 47. vol. 4.* vbi inquit, quod magis cõmunis opinio est, 48 49

quod operatur, vt ex testamento succedere possit, non existantibus legitimis; & quod solum excludit fiscum & vxorem ab intestato.

50 Ex sequentibus † inferunt Doctores, quod quando legitimatio est coarctata ad succedendum ex testamento vel sine preiudicio descendentium vel ascendentium, vel in eo quod patri placuerit, vel quando cum ex puris dispensatur, talis legitimatio nihil operatur contra voluntatem patris: & si contra eius voluntatem, ita dispensati, non succedent, *ita Alex. in cons. 189. ad fin. lib. 5. & cons. 30. num. 5. lib. 4. Alciat. in rub. de lib. & posth. col. 4. & ibid. Soc. num. 12. & Ias. num. 14. idem Ias. cons. 162. num. 2. & cons. 202. lib. 2. Paulus in cons. 200. num. 1. ad fin. lib. 2. Ripa in l. centurio, num. 47. & 48. de liber. & posth.* Et alios modos quibus filii naturales legitimantur, vide *in l. 5. cum trib. sequentibus, & ibi Greg. tit. 15 part. 4.*

Circa dictam materiam vide late Tellum *in l. 12. Taur. a numer. 24. cum seqq. Couarr. de sponsal. 2. part. c. 8. § 8. nu. 2. cum seqq. & § 9. Matienc. in l. 20. glos. 1. lib. 5. tit. 8. recopil.*

51 Filii naturales, matri † filios legitimos non habenti, ex testamento & ab intestato, vt legitimi heredes succedunt; etiam legitimis ascendentibus exsistentibus, *l. 9. Tauri, & ibi Dd. Reg.* per quā legem corriguntur iura communia, & cōmunis opinio Dd. secundum quam filii naturales simul cum filiis legitimis succedebant: quia *d. l. 9. Tauri*, disponit contrarium: videlicet, quod stantibus legitimis, naturales non succedant matri; poterit tamē mater filiis naturalibus quintam partem bonorum suorum relinquere, cum filios legitimos habuerit,

52 *vt in d. l. Taur.* Et si filii † naturales a matre prætereantur, possunt eius testamentum impugnare, *text. in l. si suspecta, vers. de inoffic. & ibi Albert. Bald. Ang. Paul. ff. de inof. testam. glos. in l. si qua illustris*, quam ibi sequitur Salyc. & communiter Dd. C. *ad Orficianum.* Quod procedit etiam in matre illustri, Matien. contra Gom. & bene in *dict. l. Tauri, quæ est l. 7. in glos. 6. tit. 8. lib. 5. recopil.*

copil. Et quæ † dicta sunt, locum habent in auia & aliis ascendentibus per lineam maternam, nam illi filii naturales succedunt, & sic nepotes, *tex. in l. Modestinus, C. vnde cogn. tenet Ang. in §. nouissime, Instit. ad officium.* Et est communis opinio, *vt testatur Matienc. in tract. de success. ab intestat. q. 18. n. 8.* Extēde † supradicta ad omnes filios spurios, qui matri succedūt legitimis non stātibus, nisi sint ex punibili & damnabili coitu ꝓcreati, qui matri non succedunt: patri vero naturali filii ab intestato in duabus † vnciis tantū succedunt, quarum vnam matri dare tenentur: *vt in auth. licet, C. de natura. lib. leg. 8. in princ. l. 9. titul. 13. part. 6.* Quod procedit ēt si pater mulierem legitimam habeat, *vt in d. l. 9. quæ dict. l. 8. partit. in aliquibus correcta est per leg. 10. Taur.* quæ ius commune corrigit: nam per *l. part.* si pater filios legitimos habebat, non † poterat filio naturali, nisi vnam vnciam relinquere; & si nō habebat filios legitimos, & habebat ascendentes, tenebatur ascendentibus legitimā, quę erat tertia pars bonorū, relinquere, & cetera bona poterat naturali præstare. Et p *d. l. 10. Taur.* permittitur patri in præiudiciū ascendentiū omnia bona sua filiis naturalib. relinquere; & si filios legitimos habuerit, quintū quod extraneis relinquere valet, poterit filiis naturalib. relinquere, & p contractū inter viuos donare. Dubiū est, *an † quando pater sex filios legitimos habuerit, filio naturali quintū relinquere valeat?* Et non posse, tenet Tellus *in d. l. 9. Taur. n. 26. 27. & 28.* quia filius naturalis non debet melioris conditionis esse q̃ legitimus, per iura q̃ ibi allegat. Contra iū tenet Matienc. *in d. l. Tau. gl. 3. n. 5.* Pro † cuius opinione facere videtur: nā sicut filius naturalis sentit cōmodum, quādo est solus, & illi pater quintū donat, ita damnū sentit, si sint plures filii naturales: nā solū vnum quintū pater illis relinquere valet in præiudiciū legitimorū. Et si opinio Telli vera esset, in hoc † casu quintū augeri debebat, quod est cōtra *d. l. Tau.* Item quia hoc videtur probari *in authent. Nouissima, C. de inoff. testa. & l. 12. titul. 5. p. 6. & l. 17. tit. 1. p. 6.* Vbi sunt quatuor filii, est legi-

tima tertia pars bonorum, & si sunt plures, est semissis. Ecce vbi text. non considerat numerum, nisi vltra quatuor, & inde nullum augmētum legitimæ filiis ponit, licet viginti filii sint: & idem in casu nostro dicendum videtur, cum filii naturales respectu quinti sint vt extranei.

60 Opinio contra † Matienc. æquior videtur, quam sequitur Velazquez de Auendano *in l. 9. Tauri, glos. 4. n. 5. & in l. 10. glos. 2. num. 2.* & idem sentire videtur Greg. *in d. l. 8. in verb. La vna, vers. quod autem*, dum loquitur in casu auth. *licet, C. de naturalib. lib.* Quod si sint duodecim filii legitimi, non poterit pater vnam vnciam filio naturali relinquere, ne sit melioris conditionis quam legitimi: Cogita.

61 Et quæ † dicta sunt de filio naturali circa successionem patris, locum habent in nepotibus: nam patre mortuo auo naturali in duabus vnciis succedunt, sicut eorum pater, si viueret, succederet, *secund. Bald. in l. fin. C. de natural. lib. Ias. in l. hereditas, num. 8. C. de his quibus vt indig.* vbi communem dicit, quam æquiorem & humaniorem vocat Salycet. *in l. fin. C. de natura. lib. & Ioann. Baptista Cacciolup. in l. si qua illustris, C. ad Orficia.* inquit in iudicando & consulendo non esse ab ea recedendum, *Couar. in 2. part. de spons. c. 8. §. 4. num. 10. Cras. in §. de success. ab intest. quæst. 18. num. 3. Gregor. Lup. l. 8. in glos. Tal hito, titul. 13. part. 6.*

62 Et econtra: mater † & pater filiis naturalibus & illegitimis succedunt eisdem modis & æqualitatibus, quibus dicti filii parentibus: nam reciproca est inter eos successio, *l. nam & si parentibus, ff. de inoffic. testamento, l. scripto, ff. vnde liberi, l. si quis a liberis, §. vtrum, & §. parens, ff. de lib. agnosc. glos. communiter recepta, in l. qui se patris, in verbo, facultates, C. vnde liberi.* Et magis communem nuncupat Anton. Gaabriel. *in commun. opinion. lib. 6. de legit. concl. 3 num. 25. Michael Crass. §. de success. ab intest. quæst. 29. l. 8. in fin. & ibi Gregor. titul. 13 part. 6.* Quod † adeo ve-
63 rum est, quod si filius legitimetur a iure vel ab homine, sicut filius

filius ſuccedet patri, ſimiliter & pater illi ſuccedet. *Paleot. de notis & ſpuriis, quaeſt 39. Tellus in l. 6. Tauri num. 13. Roxas de ſucceſſion. ab inteſt. cap. 30. num. 38.*

Quæ reciproca † ſucceſſio procedit etiam reſpectu parentis, qui conſcius fuit impedimẽti matrimonii: nam ſicut filius eſt legitimus ſucceſſor patri propter bonam fidẽ matris, ita & pater illi ſuccedere debet: quia non poteſt pro parte eſſe legitimus, & pro parte nõ, ſecundũ *gloſ. in c. cum inhibitio, §. ſi quis vero, verbo. ſi auo, de clandeſt. deſponſat. & ibi idem & Ant. de Butr. & Præpoſit. & Alex. & Henric. ſequitur gloſ. quos & alios refert & ſequitur Velazquez de Auend. in l. 6. Taur. gloſ. 1. n. 6. contra Tellum ibi, & Matienc. in l. 1. gloſ. 1. in fin. tit. 8. lib. 5. recopilat.* 64

Dubium eſt, an † ſi ex aliqua cauſſa legitimatio deficiat, & nullius momenti ſit hereditas filio legitimato relicta, ad fiſcũ, vel ad heredes ab inteſtato venientes pertineat? Bald. in *l. hereditas, C. de his quibus vt indign.* tenet ad heredes ab inteſtato venientes pertinere: & quod dicti heredes legata præſtabunt, tenet Paul. *in l. eam, quam, & ibi Iaſ. C. de fideicommiſſ. Decius conſil. 288. num. 4. per text. in auth. de hered. & Falcid. §. ſi vero expreſſim, vide gloſ. in l. fi. in verb. Diziendo, tit. 15. part. 4.* 65

Quod limitat † Azebed. *in l. 10. n. 8. lib. 5. recop.* niſi filius ſit naturalis; & quia alias ſine legitimatione poterat a patre heres inſtitui, *ſecundum Acoſtam in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, 2. part. num. 166. ff. de lib. & poſthum.* 66

Quæ limitatio † ſine dubio eſſe videtur, cum quilibet ſemper intelligatur eligere viam per quam eius volũtas potius valeat quam pereat, *vt in l. 3. §. militia miſſus, ff. de milit. teſtam.* 67

Et ibidem † Azebedus *nu. 9. vſq. ad nu. 15.* mouet quæſtionem, in qua ſunt variæ opiniones, an filius ſpurius, qui alias de iure patri ſucceddere non poterat, per ingreſſum religionis, & per profeſſionẽ legitimatus patri ſuccedat, ſicut legitimus; ita vt eius cauſſa monaſterium hereditatem patris vendicare valeat; qui, concordando opiniones inquit, quod opinio te- 68

nentium, quod succedit monasteriũ, procedat ex testamento; opinio contraria procedat ab intestato; & hoc respectu patris, non vero quoad agnatos & cognatos; nam illis nullo modo ab intestato succedet, *vt in auth. quibus modis naturales efficiantur sui, §. filium vero, & l. 7. tit. 15. part. 4. & ibi Greg.*

69 Filii ab † ascendentib. adoptati, illis ab intestato succedũt, sicut filii legitimi filiis legitimis non exsistentibus, *l. fin. in fin. & ibi Greg. tit. 16. part. 4.* Quod procedit attento iure Regio, si adoptantes sine ascendẽtibus decedant: nam si ascendentes habuerint, qui de iure heredes alias ab intestato illis successuri erant, dictis filiis adoptiuis, non obstantibus filiis, qui adoptauerunt, succedent, vt tenet Greg. Lup. *in d. l. fi. verbo. Para heredar los, prope fin. gloss. per text. in l. 6 Taur.* & per iura quæ ibi

70 allegat. Idem † tenet Azeb. *in d. l. 6. quæ est l. 1. tit. 8. libr. 5. recop. n. 64.* Idemq; procedit in filiis extraneis adoptatis, *vt in l. 8. in fi. tit. 16. part. 4. & ibi Greg.* & contra testamẽtum patris adoptiui non succedent, *vt in d. l. 8. par. 4.* quæ est cõtra cõmunem opinionem de iure communi, *& per Greg. ibi in fi.*

71 Filii vero † arrogati succedunt arrogatori ex testamento & ab intestato, si arrogator filios legitimos non habuerit, nisi Principis auctoritate arrogati fuerint, vt cum legitimis succedant, *vt in l. 8. & ibi Greg. in verbo. La quarta parte. tit. 6 part. 4. Idẽ Greg. in l. fi. in verb. Si los cuiren. in vers. quid tamen, tit. 15. p. 4. Azebedus in l. 10. num. 29. cum seqq. tit. 8. lib. 5. Recopilationis.*

72 Et si † arrogator filium arrogatum e potestate sua emiserit, quartam partem bonorum suorum illi dare & relinquere tenetur, *vt in l. si arrogator, ff. de adopt. l. 8. tit. 16. p. 4.* Nisi arrogator filios legitimos habuerit: nam tunc solũ quintum donare & relinquere potest, si velit filio arrogato relinquere, *vt in l. 10. Taur. Greg. in d. l. 8. in d. verbo. La quarta parte. Et in verb. Muriesse sin testamento.* Vide Velazq. de Auend. *in l. 40. Taur. gl. 11. nu. 2. cum seqq.* In dispositione legali appellatione filiorum, ve-

73 niunt adoptiui & in dispositione † hominis appellatione filiorum

liorum filii adoptiui non comprehenduntur, *vt in l. fideicommissum, ff. de condition. & demonstrat. l si ita quis, §. fi. de leg. 2. Decius cons. 399.* vbi inquit, quod filius adoptiuus non facit deficere fideicommissum in defectum filiorum relictum, *Greg. in d. rubrica, tit. 16 part. 4.*

SVMMARIA.

1 *Fratres vtrinque coniuncti succedunt ab intestato fratri.*
2 *Patrui succedunt aequaliter consobrino, non habita consideratione, sint, vel non sint vtrinque coniuncti.*
3 *Coniunctio ex vtroque latere, solum attenditur in successione fratris vel patrui.*
4 *Consobrini & nepotes fratrum defunctorum succedunt patruo magno in capita.*
5 *Fratres succedunt fratri cum filiis alterius fratris in stirpem.*
6 *Filii vnius fratris non vtrinque coniuncti, non succedunt cum patruo vtrinque coniuncto.*
7 *Consobrini filii patris vtrinque coniuncti excludunt a successione patruum non vtrinque coniunctum.*
8 *Hereditatis pars a fratre repudiata non accrescit consobrinis, sed filiis repudiantis defertur.*
9 *Hereditas vel legatum relictum fratribus generaliter, censetur relictum fratribus vtrinque coniunctis, & non ex vno latere tantum, si omnes inueniantur.*
10 *Caussa testati regulatur in dubio a caussa intestati.*
11 *Affectio maior praesumitur circa fratres vtrinque coniunctos quam circa alios.*
12 *Frater non vtrinque coniunctus admittitur cum fratre vtrinque coniuncto, quando testator instituit fratres heredes, & non habebat, nisi vnum fratrem vtrinque coniunctum.*
13 *Fratres non vtrinque coniuncti admittuntur cum fratribus vtrinque coniunctis, caussa conseruandae agnationis familiae.*
14 *Testator relinquens filiis fideicommissum, videtur omnibus re-*

linquere, non habita consideratione, sint vel non sint vtrinque coniuncti.

15 *Testator relinquens filiis fideicommissum, censetur relinquere vtrinque coniunctis, si eos re & verbis coniungit.*

16 *Pater substituēs filiis vulgariter vel pupillariter, videtur omnibus substituere tam vtrinque coniunctis quam aliis.*

17 *Fratres vtrinque coniuncti, si re & verbis in substitutione a patre facta fuerint coniuncti, praeferuntur aliis fratribus ex vno latere tantum.*

18 *Hereditatis pars a fratre vtrinque coniuncto repudiata, accrescit omnibus fratribus coniunctis & non coniunctis, quia patri succeditur & non fratri.*

19 *Fratres consanguinei succedunt fratri in bonis a patre habitis, & vterini fratres in habitis a matre, & in aliunde quaesitis omnes concurrunt aequaliter.*

20 *Filii fratris consanguinei & vterini succedunt patruo similiter ac si eorum patres succederent.*

21 *Patruus & auunculus succedunt consobrino aequaliter.*

22 *Filii duorum vel plurium fratrum succedunt patruo in capita & non in stirpes.*

23 *Collaterales post fratres & fratrum filios succedunt in capita, non habita differentia agnationis & cognationis.*

24 *Filii fratris in successione patrui excludunt patruum magnum & auunculum magnum.*

CAPVT VII.

De diuidenda hereditate inter collaterales.

1 CVM agitur † de diuidenda hereditate inter collaterales, primum locum fratres vtriusque coniuncti in successione fratris occupant, & inter eos hereditas aequaliter diuidenda est, *vt in auth. cessante, C. de leg. heredib. & auth. itaque C. communia, de success. l. 5. tit. 13. part. 6. l. 8. Tauri.*

2 Quod si † de diuidēda hereditate consobrini agat, patrui

a qua-

æqualiter & simul concurrunt, & æqualiter hereditas consobrini inter patruos diuidi debet, nulla habita consideratione sint vtrinque coniuncti vel nõn, *Bart. in l. post consanguineos, §. legitima, ff. de suis & leg. hered.* Nam solum † in successione fra- 3 tris vel patrui coniunctio ex vtroque latere consideratur, *vt in auth. de consang & affinitate, ad fi. col. 7. Greg. in d. l. 5. in verbo: Obermana.* Et ecõtra: Si consobrini † vel nepotes fratrum de- 4 functorum ad hereditatem patrui magni venerint in capita, inter eos diuidenda est; quia sunt in pari gradu: & coniunctio non attenditur, vt in dictis iuribus. Quam dicit communem Ant. Rub *cons. 102. Couar. in epitome de success. ab intestato, num 9. Mattenc. in l. 5. glos. 1. num. 8. tit. 8. lib. 5. recop.* Et si ad successionem fratris † defuncti, fratres & filii alterius fratris venerint, 5 hereditas in stirpem diuidenda est: nam filii fratris personam fratris defuncti repræsentant, *d. auth. cessante, C. de leg. her. d. l. 5. tit. 13. p. 6. l. 8. Tauri.* Et si filii vnius fratris non vtriusque coniuncti sint, non † concurrunt cum patruo, vtrinque coniun- 6 cto: *vt in auth. itaque, C. communia de success. auth. de consang. & § quia vero auth. de heredibus ab intest. venient. § si igitur.* Et e cõuerso: Cõsobrini † excludent patruum ex vno latere, si ipsi ex 7 fratre vtrinque coniuncto procedant: *vt in auth. cessante, & auth. post fratres 1. C. de leg. hered. d. l. 5. in fi. tit. 13 p. 6. Gomez in d. l. 8. Taur. num 7.*

Dubium est, an si † frater hereditatem fratris repudiauerit, hereditas sic repudiata, consobrinis accrescat, vel filii re- 8 pudiantis admitti debeant. Et Gregor. *in d. l. 5. in verbo: De la mitad,* tenet cum Salycet. *in auth. post fratres,* quod non sit locus iuri accrescẽdi, & quod succedent filii repudiantis. Idem tenet Couar. *in epitome de success. ab intestato, num. 10. vers. 10. conclus. Matienc. in l. 5 glos. 1. num. 18. tit 8. lib. 5. recop.* Inter quos hereditas in capita diuidi debet, *Dd. vbi supra.*

Quando testator, qui † habebat fratres vtrinque coniun- 9 ctos, & fratres ex vno latere tantum, instituit fratres heredes

nominibus appellatiuis & propriis non expressis, vel fratribus fideicommissum, vel legatum reliquit, de fratribus vtrinque coniunctis sensisse videtur, & soli admitti debent, *secundum Paul. in l. fin. C. de verb. signif. & ibi Ias. num. 26 & Corn. numer. 9. Ruin. consi. 92. n. 7 lib. 2. & consi. 165. n. 9. lib. 2. Socin. consi. 107. col. 4. Menoch. consi. 187. n. 40. Alex. consi. 166. Anton. Gom. in d. l. 8. Tauri, n. 8. & ibi Tellus in fin. Roxas de successione ab intestato, c. 31. n. 12. & c. 6. num. 11. & 12. Velazq. de Auend. alios referens in d. l. 8. Tauri, gl. 2.* Ratio est: quia testator semper videtur secundum

10 ius † disponere, *l. heredes mei, § cum ita, ff. ad Trebell.* & secundum ius vtriusq; cõiunctus præfertur, *vt in auth. itaque, C. communia de success.* & caussa test. in dubio regulatur a caussa intest. *glos. & Dd. in l. cum ita, §. in fideicommisso, ff. de leg. 2. Menoch. in consi. 198. num. 14. & 15 & consi. 187. num. 40. lib. 2.*

11 Et quia † maior affectio versari videtur circa fratres vtrinque coniunctos, quam circa alios non ita coniunctos, *vt Dd. vbi supr. Menoch. in præsum. 75. n. 19. lib. 4. præsum.* vbi cõtrarium

12 tenentes † refert, & eorum rationibus satisfacit: quod ibi declarat, *num. 29. secundum Bart. in l. fin. C. ad Trebell.* Nisi tantum vnus frater vtrinque coniunctus esset: nam vt locutio pluralis

13 verificatur, & consanguinei venient. Item † intellige, nisi caussa conseruationis agnationis & familiæ, fratres generice vocentur: nam tunc & consanguinei vocati videntur, Menoch. *vbi supra, in fi. secundum Crot. in leg. filius, §. Diui, num. 161. de leg. 1.*

Hinc est, quod si testator fecit substitutionem fideicommissariam, & ad illam filios suos vocauit, quia respectu patris, affectio circa filios, & consanguinitas æqualis est, omnes filios vtrinque coniunctos, & ex vno latere coniunctos, vocasse censetur; & sic æqualiter inter eos fideicõmissum diuidendum est, *secundum Bart. in leg. Lucius, col. fin. pen quæst. ff. de vulg. & pup. & probatur in leg. fi. ff. ad Treb.* Et quia patri & non fratri succedetur, *vt in l. coherede, §. cum filia. ff. de vulg. Greg. in d. l. 5. in glos.*

gloss. fi. tit. 13. part. 6. vbi refert Dec. cons. 304. & Bald. in leg. testam. col. 4. vers. quinto quæritur, C de testam. milit. Alex. cons. 30. col. 2. Adde Alciat. *in leg. coheredi, §. qui discretas, n. 5. & in d. l. Lucius, num. 48. in fin. ff. de vulg. Socin. Iun. in cons. 68. num. 5. libr. 3. Ruin. cons. 107. num. 6. & num. 8. lib. 2. Aym. Crauett. in cons. 43. num. 1.*

Contrariam † opinionem, videlicet vtrinq; coniunctos, 14 præferendos esse, tenet Cur. Iun. *in cons. 125. n. 4. 5. & 6. Soc Sen. in l. si cognatis, n. 40 ff. de reb. dub* Ruin. sibi contrarius *in cons 90. n. 8. & cons. 151. n. 9. & cons. 159. n 9. lib. 2. Bero. in cons. 76. in fi. lib. 2. Zucar. in l. vlt. n. 70 C. de edict. Diui Adrian. toll. Rol. cons. 70. n. 73. lib. 3. Pant. in cons. 170 n. 8. lib. 1. & Hier. Gab. in cons. 120. n. 10. lib. 1. Peralta in d. l. cũ ita, § in fideicommisso, n. 24. vers. in qua, ff. de leg. 2. quos refert Menoch. in præsum. 75. n. 15. & 16. & in n. 17. lib. 4 præsum.* Primam † opinionem, dum eam vlt. loco r. censet, sequi 15 videtur, quæ mihi placet, quam ibi *n. 18.* limitat, quando testator expresse re & verbis vtrinq; coniunctos coniungit, *secundũ Dec. in d. cons. 304. n. 4. & Crauet. in d. cons. 43. n. 2. Alban. in cons. 29. nu. 18. & Hier. Gabr. in cons. 121. n. 9. lib. 1.* Et quæ † dicta sunt 16 de fideicommissaria substitutione a patre inter filios vtrinq; coniunctos & consanguineos facta, locum habent in vulgari vel pupillari substitutione a patre facta, vtputa, si institutis quatuor filiis heredibus, quorum duo erant vtrinq; coniũcti, alii non, eos inuicẽ vulgariter substituit, vel pupillariter, si pupilli erant, substituit: nã in vtroq; casu oẽs æqualiter admittuntur, *per dicta iura & Doct. vbi sup. secundum Menoch. in d præsum. 75. n. 1. vsq; ad n. 15.* vbi Doct. vtramq; partem tenentes recenset, & Ias. *in l. Lucius, n. 31. & ibi Ripa n. 47.* qui communem in vulgari dicunt: & in pupillari substitutione testatur esse magis communem & æquiorem Menoch. *in d. præsum. 75. n. 13.*

Quæ intellige, nisi † fratres sint coniuncti re & verbis, vt 17 quia dixit testator: *Caium & Sempronium filios meos ex Mæuia vxore mea prima in vna dimidia, & Titium & Seium ex Flauia secunda vxore in altera dimidia heredes instituo: quos inuicem sub-*

stituo. Nam in hoc casu decedente vno ex his, illi cõiunctis re & verbis præferuntur tam in vulgari quam pupillari substitutione, *secundum Bart. in d. l. Lucius, num. 21. vers. non obstat, & ibi Ripa, num. 47 ff. de vulgar. Decius cons. 186. Ruin. cons. 168. libr. 2. & cons. 28. nu. 13. vers. circa secundum lib. 3. Ias. cons. 143. lib. 4.* Quam dicit communem Ias. *in l. 1. col. 1. vers. secundo limita, C. de impub. & aliis subst.* quos & alios refert Menoch. *cons. 198. num. 19. vol. 2.* Quod probatur *in l. coheredi. §. qui discretas, ff. de vulgar. & in l. vnica, §. si vero quidam, C. de caduc. tollendis.* Quod si filius
18 vtrinq; coniunctus, hereditatem † patris repudiauerit, quia patri & non fratri succedit, *vt in l. coheredi, §. cũ filia, ff. de vulg.* pars repudiata vtrinq; coniunctis fratribus & consanguineis accrescit, nulla coniunctionis consideratione habita, *vt tenet Bart in d. l. Lucius, q. penult. ff. de vulg.* & ibi Ias. *nu. 31.* dicit communem Cou. in *epitome de successionibus ab intest. num. 10.*

19 Quando † fratres cõsanguinei & vterini ad successionem fratris concurrunt, consanguineis bona, quæ a patre obuenerunt adiudicari debent, vterinis vero, quæ a matre processerunt; & aliunde quæsita pro æqualibus partibus inter consanguineos & vterinos diuidenda sunt, *vt in l. de emancipatis, vers. exceptis, C. de legit. hered. & ibi Bart. & communiter Doct. glos. & ibi communit. Doct. in auth. itaque, C. communia, de succes. Couar. de success. ab intestat. num. 8. vers. 3. l. 6. & ibi Gregor. tit. 13. p. 6. Ma-*
20 *tienc. in l. 5. glos. 1. num. 9. tit. 8. lib. 5. recopil.* Et quæ † dicta sunt de fratribus consanguineis & vterinis, in eorum filiis concurrentibus in successione patrui defuncti procedunt, quia eorum personas repræsentant, & sic eadem separatio & diuisio bonorum facienda est, *vt in authen. cessante, C. de legitim. hered. Anton. Gom. in l. 8. Taur. n. 8. ante fin. & n. 10. Matienc. in d. l. 5. glos. 1. n. 11. tit. 8. lib. 5. nou. collect. Reg.* Quod si † in successione con-
21 sobrini concurrrant patruus & auunculus, nulla separatio bonorum fieri debet, quia de iure cautum non reperitur quod fiat ludo, *Bologn. in additionibus Matthes. in tit. de success. ab intestato*

stato, art. 9 col. 1. vers. Non sunt multi dies: *quem refert & sequitur Greg in l. 6. gloss. 1. in fi. tit. 13 p. 6.* Idē tenent Petrus de Bellapertica *in d. auth. itaque, col. 2. in medio, vers. sed quaritur, C. communia de success. Ant. Gomez in l. 8. Taur. n. 8. in fin. & in l. 6. Tauri, num. 7. & 8. Couar. in epit. de success. ab intest. num. 8. ver. vbi communem vocat Mitienc. vbi supra, num. 12.*

Filii duorum † vel plurium fratrum, quando veniunt ad hereditatem patrui, in capita succedunt, & pro æqualibus portionibus hereditas inter eos diuidenda est: quia quando ipsi sobrini soli concurrunt, repræsentationi non est locus, *ita Azo in sum. C. de leg. hered. num. 11.* cuius opinio approbatur in *d. l. 5. ver. Mas si este que muriesse sin testamento, tit. 13. p. 6.* secundum quam in hoc Regno iudicandum est, *vt tradit Gomez in d. l. Taur. num. 13. & 14.* Et opiniones, quæ de iure in hoc artic. sunt contrariæ, refert Mat. *in d. l. 5. glos. 1. n. 15. vsque ad n. 17. Auend. in d. l 8. Taur. glos. 1.* vbi rationem reddit. 22

Idem seruandum est inter † collaterales post fratres & fratrum filios, qui sublata differentia agnationis & cognationis, æqualiter succedunt consanguineis & agnatis, & ita in capita hereditas est diuidenda, *vt in auth. de hered. ab intest. venien.* §. *si vero neque, coll. 9. auth post fratres, 2. C. de leg. her.* quia in his solum proximitas attenditur, & proximiores vocantur vsque ad decimum gradum, *vt in d. l. 6. vers. E sobre to do esto dezimos. tit. 13. part. 6. & ibi Greg. verbo. Deceno grado. Couar. in epitom. de success. ab intestato, num. 11. Ant. Gom. in d. l. 8. Taur. num. 19.* 23

Quod si patruo † defuncto in eius hereditate concurrant filii fratris defuncti, & patruus magnus vel auunculus magnus eorum, filii fratris præferendi sunt, & auunculum magnum vel patruum magnum excludunt, qui filii fratris per repræsentationem in proximiori gradu reperiuntur, *vt in auth. de hered. ab intest. venien.* § *illud palam, col. 9. probatur in auth. post frat. 1. & ibi notat Bal. & Salycet. n. 2. C. de leg. hered.* Quod procedit secundum Salycet. *vbi supr.* etiamsi filii fratris ex vno tan- 24

tum latere sint, *Ant. Gom. in d. l. 8. Taur. n. 14. Matienç. alios referens in d. l. 5. glos. 1. n. 19. tit. 8. lib. 5. nou. collect.*

SVMMARIA.

1 *Legata pia relicta in testamento imperfecto ratione voluntatis facto inter liberos, valent, & solui debent.*

2 *Melioratio a patre facta vni ex filiis in testamento imperfecto ratione voluntatis, non valet.*

3 *Diuisio bonorum a patre facta inter liberos in testamento imperfecto ratione voluntatis, si æqualis sit, valet.*

4 *Testamentum inter liberos factum debet continere eandem solemnitatem, quam inter extraneos habere debet per leg. 3. Tauri.*

CAPVT VIII.

Quando legata pia siue prælegata a parentibus filiis facta in testamento imperfecto soluenda sint.

1 SI parens † cœpit facere testamentum, & instituit filios heredes, & progressus fuit legata pia facere, & antequam perficeret testamentum, mortuus fuit, dicta legata pia duobus testibus, qui testamenti factioni interfuerunt, probata, solui debent in iudicio familiæ erciscundæ. Nam ex testamento imperfecto, etiam ratione voluntatis legata pia debentur, secundum magis veram & communiorem opinionem, de qua testatur Tiraquellus *in tractat. de priuileg. piæ causæ, priuileg. 3. Couarr. in cap. relatum 1. de testamentis, vide Iulium Clar. in lib. sentent. §. testamentum, quæst. 7.*

2 Dubium †, tamen emergit, an idem seruari debeat in testamento inter liberos: veluti si pater instituit filios heredes, & vni ex filiis meliorationem fecit, & cum vellet plura legata facere, mortem obiit, an in prædicto casu melioratio valebit? Et Ayora *in tractat. partitionum, 3. part. quæst. 24. numer. 70. cum sequentibus*, tenet quod sic: siue quinque testes interuenerint,

nerint, siue tres, vel duo, motus auctoritate text. *in l. si is qui, ff. de testam.* vbi dicit probari, quod tunc dicitur testamentum deficere ratione voluntatis, quãdo testator voluit plures heredes instituere, non autem quando heredibus iam institutis, voluit legare: & quia per textum *in l. filii patris, C. famil. erciscund.* dicit probari, quod diuisio bonorum a patre facta inter liberos est seruanda: etiamsi circa testamentum, seu codicillum eius iudicium deficiat. Vbi gloss. & Doctores dicunt, dictum text. procedere, si voluntas patris tribus vel duobus testibus probetur.

Vtrumque dictum Ayoræ mihi verum non videtur: nam quantum ad primum dico, quod testamentum imperfectum ratione voluntatis inter liberos non valet, *Ruin. cons. 1 in princip. vol. 2.* vbi ponit exemplum de patre, qui coram notario & testibus cœpit declarare voluntatem suam, & non perfecit, *Aret. in d. l. si is qui,* vbi hanc opinionem communem dicit Bart. *& glos. ibid. Boer. decis. 240. num. 5.* communem dicit Lofr. *cons. 14. num. 65. Curt. Iun. in auth. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testamentis, ibid. Matienc. num. 138. Iulius Clar. in §. testamentum, quæst. 7. vers. aliquando, & non obstat dicta l. si is qui.* Nam potius pro hac opinione facit: nam eadem ratione, qua non valet testamentum, si testator voluit plures heredes instituere, & non fecit, eadem ratione non valebit, si voluit legare, & non legauit. Potuit enim, antequam perficeret testamentum, in vtroque casu mutare voluntatem, & facere substitutionem heredibus, & legata iam facta adimere, similiterque meliorationem, vel grauare melioratum inter descendentes in tertio, & inter extraneos in quinto, *vt in l. 27. Tauri disponitur.* Et est communis opinio *secundum Iulium Clarum in dict. §. testamentum, quæstion. 9 numer. 2.* Vbi inquit: Hinc infertur, quod si testator cœpit inter liberos testari, & facta institutione & aliis legatis, priusquam faceret vnum legatum, quod adhuc restabat faciendum, morte præuentus,

illud facere non potuit, tale testamentum non valet, neque sustinebitur quoad iam perfecte disposita. Et hanc dicit communem opinionem esse Socinus Iunior *in consil. 147. numer. 2. & alii quos ibi refert Iulius Clarus.*

31 Ad secundum dictum † Ayoræ respondetur, quod *dict. l. filii patris*, loquitur & intelligitur, quando pater diuisit bona inter liberos æqualiter nulla facta melioratione, quod comprobatur quadam limitatione Ioan. de Imol. *in dict. l. si is qui*, quam ponit ad doctrinam Doctorum tenentium contra dictam communem opinionem, quod testamentum imperfectum ratione voluntatis, valet inter liberos, non procedat quãdo dispositio inter liberos induceret scandalum propter inæqualitatem: quod dicit bene notandum Gregorius Lup. *in l. 23. in verbo. Acabasse. in fine, glossa titul. 1. partit. 6. idem Men. in rubr. C. de fideicommissis, numer. 3.* quem refert Azebed. in *l. 2. numer. 2. titul. 4. libr. 5. nouæ collect. Regn. Couarr. in capit. Raynutius, §. 1. num. 3. de testament. Tiraquell. de primogen. quæstion. 4. numer. 4.* Quæ est communis opinio secundum Socin. *in consi. 127. num. 19. & 20. volum. 1. & consi. 189. num. 44. vol. 2.* Facit text. *in l. 7. titul. 1. partit. 6. ibi: O partiesse lo suyo entre ellos.* Et licet Menchaca *in tractat. de success. creat. §. 21. num. 67,* dicat, quod magis communis opinio est in contrarium: scilicet quod pater poterit inter liberos testari secundum dictum §. *ex imperfecto,* prout voluerit, non seruata æqualitate: quod videtur facere dubiam dictam declarationem, tamen de iure Regio hodie est sine dubio quod testamentum inter liberos debet continere eandem solemnitatem, quam inter extraneos, *vt in l. 3. Taur. cauetur, & ibi Doctor. Regn.* de quo late Angul. *in l. 7. Taur. glos. 1. numer. 4. cum sequentibus in suo tractat. de meliorat.* & dicta *l. 3.* non patitur intellectum Ayoræ, quia est contra verba expressa dictæ legis.

SVMMARIA.

1. *Fundus prælegatus a patre filio cum onere restituendi post mor-*

mortem nepoti, est in diuisione nepoti adiudicandus, & non est in legitima imputandus.

2 *Fundus relictus per fideicommissum nepoti, cum filios habuerit, si ante conditionis euentum inter nepotem & eius fratres coheredes diuisus fuerit, & ratam diuisionem se habituros in perpetuum promiserint, aduenientc postea conditione, potest nepos fundum iam diuisum & traditum petere.*

3 *Fundum per fideicommissum relictum, diuisum & traditum cum promissione iurata de non contraueniendo in perpetuum, adueniente postea conditione, potest fideicommissarius, qui diuisioni consensit, petere.*

4 *Fideicommissum conditionale non videtur remissum per diuisionem bonorum communium.*

5 *Fideicommissum conditionale non videtur remissum per diuisionem, etiamsi in diuisione sit dictum, quod vnus remittit alteri iura quæ habet & habere sperat.*

6 *Fideicommissum non censetur renuntiatum per diuisionem, quamuis dicatur quod vnus remittit alteri ex testamento relicta, & partes liberæ assignatæ fuerint.*

7 *Fideicommissum censetur remissum per diuisionem, si dictum sit, quod de rebus diuisis alter ab altero in perpetuum aliqua ratione vel caussa, quæ de iure vel de facto dici vel cogitari possit, aliquid exigere non possit, si concurrat scientia fideicõmissi.*

8 *Renuntiatio quantumcunque generalis, non comprehendit quæ ignorantur.*

9 *Fideicommissum purificatum, censetur remissum per diuisionem, si promiserunt in perpetuum se ratam habituros diuisionem.*

10 *Fideicommissum reciprocũ diuisum cũ clausula, qua fuit promissum contra diuisionẽ non esse venturũ, non cẽsetur remissum.*

CAPVT IX.

An per simplicem diuisionem coheres, cui fideicommissum venit restituendum, renuntiasse censeatur.

ARbitri familiæ erciscundæ fundum prælegatum in ter-
1 tio bonorum † testatori ab eius patre, cum onere & grauamine, vt post mortem filio suo maiori restitueret, tenentur in diuisione nepoti præcipuum adiudicare, neque in eius legitima imputandus est, *vt in l. 27. Taur. disponitur, & ibi Doctores Regn.*

2 Dubium tamen † est, quando auus dictum fundum per dictum fideicommissum nepoti restituendum præcepit, cum filios nepos habuerit, mortuo eius patre, aliis filiis coheredibus relictis, dicti filii heredes hereditatem, & dictum fundum inter se diuiserunt, ratamque habituros in perpetuum dictam diuisionem promiserunt: an filiis postea natis dicto nepoti possit dictus nepos dictas partes fundi diuisas & fratribus coheredibus traditas petere? Et dicendum est, posse, *vt in l. qui Romæ, §. duo fratres, ff. de verborum obligation.* iuxta communem sensum, quem Bartol. *ibi. q. 1. sequitur.* Quæ opinio procedere videtur, etiamsi promissum fuisset in perpetuum non
3 contrauenire, etiam † iuramento adhibito, *vt tenent Bart. & Paul. de Castr. & alii in l. tres fratres, ff. de pact. Alexand. consil. 104. lib. 4. & cons. 208. libr. 6.*

4 Quia per † diuisionem bonorum communium non videtur remissum fideicommissum conditionale, etiamsi scientia interuenerit, *vt in l. cum pater, §. hereditate, ff. de legat 2* Et per simplicem diuisionem fideicommissum renuntiatum non videtur, *vt in dict. §. cum hereditate, probatur & docuit Bartol. in dict. §. duo fratres, in dicta prima quæstion. in fine, Romanus consil. 403. numer. 1. Alexand. consil. 38 numer. 7. volum. 5.* Quam opinionem dicit esse magis communem *in consil. 208. numer. 4. volum. 6. Ruin. consil. 137 num. 4. & 5. volum. 2. Grat. cons. 60. per*
5 *totum, vol. 1.* Quod † procedit, etiamsi dictum sit in diuisione, quod vnus remittit alteri iura, quæ habet, & habere sperat, *ita Bart. in d. §. duo fratres, quæst. 6. nu. 19. & ibi ceteri scribentes, Curt. Iun. cons. 23. num. 1. & cons. 52. num. 13 Aret. cons. 44. num. 7.*

Et

Et etiamsi dictum sit quod vnus alteri remittit sibi ex testamento † relicta, & partes liberæ assignatæ fuerint, *Bart. in dict.* 6
§. duo fratres, quæst. 5. num. 18. Bald. in titul. de constit. feud. Imperat. Lothar. num. 7. Ruin. consil. 99. num. 10. & seqq. vol. 4. Boer. decis. 147. num. 4.

Si tamen † in dicta diuisione apposita fuissent verba lata, 7
& prægnantia, veluti si dixissent, vt de rebus diuisis alter ab altero in perpetuum aliqua ratione vel iure, vel caussa, quæ de iure vel de facto dici vel cogitari possit, aliquid exigere non valeat, præposita scientia fideicommissi, præsumitur nepos diuidens voluisse fideicommisso renuntiare, *vt inquit Ioann. Andr. in addition. ad Speculat. in titul. de testamento, numer. 27. versic. sed quid si fideicommissarius, litera F. super verb. §. fin. quem refert & sequitur Curt. Iun. consil. 49 numer. 4. libr. 3. Crauett. consil. 24. numer. 12. versic. amplius, Franc. Merzan. in epitome de fideicommiss. part. 3. quæst. 59.* vbi refert, ita fuisse in Rota Romana, & Florentina decisum, quem refert Menochius *in consil. 86. num. 28. idem tenet Decius in consil. 287. num. 16. & consil. 86. numer. 4* & Paris. *in consil. 71. num. 3.* dicit esse communem opinionem, & ab omnibus receptam, nullumque ab ea dissentire, Bursat. *consil. 86. num. 12. & 13. libr. 1. Roland. consil. 34. col. 19. & 20. libr. 4. quem vide.*

Quod intellige, vt dictum est, scientia fideicommissi probata, vt tenet Bartol. *in dict. §. duo fratres, quæst. 13. num. 13. Ruin. in dict. consil. 137. numer. 15. volum. 2.* quæ scientia coniecturis probatur, *vt tenet Bartol. in dict. §. duo fratres, quæst. 3. & ibi Ripa num. 53. Crauet. consil. 193. num. 7. Menoch. in dict. cons. 86. num. 56. cum tribus sequentibus.*

Quia † renuntiatio, quantumcunque generalis & ampla, 8
non comprehendit, quæ ignorantur, & nemo renuntiare videtur iuri, quod ignorat habere, *Bart. & Doct. in l. si de certa, C. de transact. Neuizan. 3. consil. 91. numer. 25. Cephal. consil. 222. numer. 11. & consil. 218. numer. 18. volum. 2. Grammat. decision. 47.*

num. 8. Fulgos. in l. 2. num. 5. C. de rescindend. vendit. Marsil. in rub. de fidei commiss. num. 39. Decius consil. 530. numer. 11. & 12. Alex. consil. 14. volum. 2. Riminald. consil. 89. num. 7. volum. 1. Soc. n. Senior cons. 105. colum. 2. & 7. vol. 3. Aret. cons. 33. num. 9.

9 Quod limita † in primo casu, quando mortuo patre fideicommissum dicti fundi purificatum fuisset: nam si postea inter fratres diuideretur, per dictas renuntiationes sibi nepos præiudicaret, *ita Paul in dict. § duo fratres, columm. 3. Ripa & Alexand. colum. 9. & idem Alex. consil. 110. numer. 11. volum. 7. vide Menoch. in dict. consil. 86. & Mascard. concl. 770. volum. 2. de probat.* vbi ponit fallent. & ampliation. ad dictam conclusionem quando per diuisionem fideicommisso renuntiatum videatur. De quo late Gabriel *in commun. opinion. lib. 4. titul. de fideicommiss. conclus. 1.*

10 Et † nota, quod fideicommissum etiam reciprocum iniunctum fratribus per diuisionem cum clausula, qua promiserunt ad inuicem contra talem diuisionem non venturos, remissum non censetur, *Alexand. cons. 167. vol. 7.* vbi communem dicit Dec. *cons. 79.* vbi de magis communi attestatur.

SVMMARIA.

1 *Fundus datus inæstimatus in dotem, vel donationem propter nuptias, est conferendus secundum valorem, quem tempore, quo confertur, habet, ratione temporis caussatum, num. 1. cum sequentibus.*

2 *Res in solutum data creditori, eius efficitur, & damnum vel incrementum postea rei obueniens, creditoris erit.*

3 *Augmentum & diminutio donationis, quæ a principio non valuit, & morte patris confirmatur, pertinet ad filium.*

4 *Filius tenetur conferre æstimationem militiæ, quæ vendi potest, quam tempore collationis habet.*

5 *Filius emancipatus non tenetur fratribus conferre bona, quæ sine eius culpa post mortem patris perierunt.*

6 Fi-

6 *Filius tenetur conferre omnia bona, quæ a parentibus habuit.*

7 *Qui sentit damnum, sentire debet & commodum.*

8 *Filia, quæ in dotem fundum inæstimatum recepit, potest postea augmentum legitimæ petere, si bona patris aucta fuerint.*

9 *Filius potest supplementum legitimæ petere, si bona patris augeantur, postea quam legitimam recepit.*

10 *Filius qui legitimam recepit, si postea bona patris diminuta fuerint, tenetur fratribus restituere, quod plus legitima tempore mortis patris inuenitur habere.*

11 *Aestimatio fundi dotalis, & dati in donationem propter nuptias, inducit præsumtionem, quod in partem legitimæ recipiatur, & tantundem conferatur.*

12 *Maritus, si soluendo sit, potest dare libertatem seruo dotali.*

13 *Res dotales, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt, pereunt periculo viri.*

14 *Augmentum extrinsecum fundi in dotem dati, non est conferendum, sed tantum augmentum intrinsecum temporis cursu caussatum.*

CAPVT X.

Qui valor fundi dati in dotem, vel donationem propter nuptias attendi debeat in iudicio familiæ erciscundæ, si fundus conferatur.

QVando † solum temporis mutatione fundus in dotem, 1
vel ob caussam matrimonii datus pretiosior factus est, si tempore, quo datus fuit, nõ fuit æstimatione, quæ emtionem faceret, æstimatus, cõferendus est secundum æstimationem, quam habet tempore quo confertur: & econtra, si temporis cursu diminutus fuerit, eius valor est attẽdendus, quem tempore collationis habet, *ita tenet Paulus de Castr. in l. illud, C. de collat. Socin. in cons. 64. visa puncto, volum. 1. quos refert & sequitur Greg. Lup. in l. 3. in verbo: Donacion, tit. 15. part. 6.*

num. 8. Fulgos. in l. 2. num. 5. C. de rescindend. vendit. Marsil. in rub de fidei commiss. num. 39. Decius consil. 530. numer. 11. & 12. Alex consil. 14. volum. 2. Riminald. consil. 89. num. 7. volum. 1. Socin. Senior cons. 105. colum. 2. & 7. vol. 3. Aret. cons. 33. num. 9.

9 Quod limita † in primo casu, quando mortuo patre fideicommissum dicti fundi purificatum fuisset: nam si postea inter fratres diuideretur, per dictas renuntiationes sibi nepos præiudicaret, *ita Paul in dict. § duo fratres, columm. 3. Ripa & Alexand. colum. 9. & idem Alex. consil. 110. numer. 11. volum. 7. vide Menoch. in dict. consil. 86. & Mascard. concl. 770. volum. 2. de probat.* vbi ponit fallent. & ampliation. ad dictam conclusionem quando per diuisionem fideicommisso renuntiatum videatur. De quo late Gabriel *in commun. opinion. lib. 4. titul. de fideicommiss. conclus. 1.*

10 Et † nota, quod fideicommissum etiam reciprocum iniunctum fratribus per diuisionem cum clausula, qua promiserunt ad inuicem contra talem diuisionem non venturos, remissum non censetur, *Alexand. cons. 167. vol. 7.* vbi communem dicit Dec. *cons. 79.* vbi de magis communi attestatur.

SVMMARIA.

1 *Fundus datus inæstimatus in dotem, vel donationem propter nuptias, est conferendus secundum valorem, quem tempore, quo confertur, habet, ratione temporis caussatum, num. 1. cum sequentibus.*

2 *Res in solutum data creditori, eius efficitur, & damnum vel incrementum postea rei obueniens, creditoris erit.*

3 *Augmentum & diminutio donationis, quæ a principio non valuit, & morte patris confirmatur, pertinet ad filium.*

4 *Filius tenetur conferre æstimationem militiæ, quæ vendi potest, quam tempore collationis habet.*

5 *Filius emancipatus non tenetur fratribus conferre bona, quæ sine eius culpa post mortem patris perierunt.*

6 Fi-

6 *Filius tenetur conferre omnia bona, quæ a parentibus habuit.*

7 *Qui sentit damnum, sentire debet & commodum.*

8 *Filia, quæ in dotem fundum inæstimatum recepit, potest postea augmentum legitimæ petere, si bona patris aucta fuerint.*

9 *Filius potest supplementum legitimæ petere, si bona patris augeantur, postea quam legitimam recepit.*

10 *Filius qui legitimam recepit, si postea bona patris diminuta fuerint, tenetur fratribus restituere, quod plus legitima tempore mortis patris inuenitur habere.*

11 *Aestimatio fundi dotalis, & dati in donationem propter nuptias, inducit præsumtionem, quod in partem legitimæ recipiatur, & tantundem conferatur.*

12 *Maritus, si soluendo sit, potest dare libertatem seruo dotali.*

13 *Res dotales, quæ in pondere, numero, & mensura consistunt, pereunt periculo viri.*

14 *Augmentum extrinsecum fundi in dotem dati, non est conferendum, sed tantum augmentum intrinsecum temporis cursu caussatum.*

CAPVT X.

Qui valor fundi dati in dotem, vel donationem propter nuptias attendi debeat in iudicio familiæ erciscundæ, si fundus conferatur.

QVando † solum temporis mutatione fundus in dotem, 1
vel ob caussam matrimonii datus pretiosior factus est, si tempore, quo datus fuit, nõ fuit æstimatione, quæ emtionem faceret, æstimatus, cõferendus est secundum æstimationem, quam habet tempore quo confertur: & econtra, si temporis cursu diminutus fuerit, eius valor est attẽdendus, quem tempore collationis habet, *ita tenet. Paulus de Castr. in l. illud, C. de collat. Socin. in cons. 64. visa puncto, volum. 1. quos refert & sequitur Greg. Lup. in l. 3. in verbo: Donacion, tit. 15. part. 6.*

2 Sed contra † dictos Doctores tenet Ayora *in tract. part. 1. part. cap. 3. num. 11. cum seqq.* quia, inquit, quod dominium fundi inæstimati in dotem vel donationem propter nuptias dati, in filiam vel in filium transit, & de iure res domino augetur, vel in eius damnum diminuitur.

Et quia quando aliqua res in solutum datur, illius dominium in recipientem in solutum transit, quia debitor liberatur, & rei incrementum vel augmentum, ad creditorem pertinet, *l. eleganter, ff. de pignorat. actio. l. necessario, ff. de periculis & commodis rei vendita.* Et eadem ratio & ius militare debet in patre, qui rem filio in partem legitimæ dedit.

3 Item, quia † si quando a principio non valuit donatio a patre filio facta, augmentum & diminutio rei donatæ ad filium pertinet, morte patris donatione confirmatā, vt in casu, *l. donationes quas parentes, C. de donat. inter vir. & vxor.* melius illud procedere debet in prædicto casu, quando dominium rei statim in filiam vel filium transit. Quibus rationibus inquit Ayora, quod congruum responsum dari non potest, & in respondendo contrariis multa verba effundit, quib. non obstantib. prima opinio Paul. & aliorū Dd. tenēda mihi videtur.

4 Quia contra † Ayoram est tex. *in l. illud, C. de collat.* vbi probatur, quod si pater emit filio militiam, quę vēdi potest, filius tenetur conferre æstimationem militiæ, quam tempore collationis habet. Et non obstat, quod dicit Ayora, quod ibi est casus specialis, quia forte pater emit dictam militiam filio inuito, & quia dicta militia plus habet oneris quam commodi, & morte filii perire potest. Qui intellectus diuinatorius est: nam potuit esse, vt quotidie fit in officiis Decurionatus, & Tabellionatus, quod multo minus cōstiterit, & valuerit tempore emtionis, quam tempore collationis valet: & quia filius potest præuenire periculum mortis vendendo militiam: & si tempore collationis pretium millium militiæ auctum est, non potest dici quod habet plus oneris quam commodi.

Se-

Secundo, contra † Ayoram est text. *in l. 2. §. de illis, ff. de collat. bon.* vbi filius emancipatus non tenetur fratribus conferre bona, quæ post mortẽ patris sine culpa filii perierunt. Et non obstat, quod inquit Ayora, quod *d.* §. loquitur, quando bona post mortem patris perierũt, & quod aliud esset, si ante mortem patris periissent. Nam post mortem patris fratres iam videbãtur domini bonorum fratris emancipati: & sic omnium periculum erat, & quod ille text. non loquitur de bonis a patre filio datis, sed de acquisitis a filio. Nam dicta lex generaliter loquitur, nec distinctionem bonorum facit, & sic generaliter est intelligenda tam in bonis a patre filio datis, quam acquisitis a filio, secundum ius antiquum ante quam condita esset, *l. cum oportet, C. de bon. quæ liber.* Et sic post mortem patris bona peremta filius conferre non tenetur: melius non tenebitur conferre, quæ ante mortem patris perierunt, cum nulla ratio sit dubitandi, vt Ayora inquit? 5

Tertio, contra Ayor. facit † text. in *l. eadem, C. de collat.* quæ 6
videtur concordare cum *d. l. 2. §. de illis.* Et non obstat, quod inquit Ayora quod *d. l.* est correcta, & quod loquitur secundum tempora antiqua, & quod non decidit dicta lex casum vestrum. Nam dicta lex generaliter inquit, quod filius tenetur omnia bona conferre, & nihil de valore bonorum dicit. Ad quod respondetur, quod ex eo quod nihil de valore bonorum dicta lex agit, & iubet bona conferre: clare intelligitur, quod sunt conferenda secundum valorem, quem tempore collationis habent.

Quarto, quia † si ratio decidendi dictorũ iuriũ attendatur 7
veritas resplendescit, nam dicta iura maxima ratione, & æquitate fundantur: regula enim notissima est, quod qui sentit damnum, sentire debet & commodum, & econtra, *vt in l. secundum naturam, cum vulgaribus, ff. de reg. iur.* Filia † quæ in 8
dotem fundum inæstimatum recepit, poterit postea bonis patris tẽporis cursu auctis augmentum legitimæ petere: nam

legitimæ valor attendi debet tempore mortis patris, *vt in l. cum quæritur, C. de inoffic. testam. l. cum Papinianus, §. quartam, ff. eod. titul.* Et sicut bonis patris solo tempore auctis filia potest augmentum legitimæ petere, iustum est, quod valore fundi in dotem dati temporis cursu aucto, quod filia cũ fit collatio, augmentum in legitimam computet? Et sicut bonis patris tempore solo auctis filia potest augmentum legitimæ petere, similiter econtra, si dictus fundus in dotem datus tempore diminutus fuerit: & eodem tempore bona patris aucta fuerint, filia maximum commodum reportabit, conferens dictum fundum secundum valorem temporis cursu diminutum, quem cum fit collatio, fundus habet. Nam nulla iniuria filiæ fit, cum possit vel damnum vel commodum sentire. Ad quod facit text. *in l. de fideicommisso, C. de transact.*

9 Et quæ † dicta sunt de filia, in filio, cui fundus in donationẽ propter nuptias, & pro legitima datus est, procedunt. Nam magis recepta, & verior opinio est, quod auctis bonis patris, filius potest supplementum legitimæ petere, *Gut. in c. quamuis pactum, in verb. a filia, num. 8. & 9.* vbi quam plures Doct. idem tenentes refert *de pact. in 6.*

10 Et econtra, bonis † patris diminutis, quod plus legitimæ tempore mortis patris filius inuenitur tenere, restituere debet, *vt ibi supra Gutier.* Nam qui sentit damnum, sentire debet & commodum, & econtra, quod, vt dictum est, melius procedet, quando fundus fuit datus in partem legitimæ: nam tunc tam in filia, quam in filio nulla est controuersia inter Doctores: nam bonis patris auctis legitimæ supplementum petere possunt, *per text. in d. l. cum quæritur, & d. §. quartam, d. l. cum Papinianus, de inofficios. testam.* Atque ex dicta collatione sic facta maxima æqualitas inter filios resultat.

Quibus non obstant quæ Ayora vbi supra in contrarium adducit. Nam licet ipse dicat, quod illis congruũ responsum dari non potest, respõdetur, quod est speciale in filiis propter

dictam

dictam æquitatem, & æqualitatem inter eos seruandam. Et quod in casibus ab Ayora pro contrariis positis, rem cum eius dominio recipientibus nō datur recursus ad plus petendum, contra auctores: in casu vero nostro remanet filiis ius ad petendum legitimæ supplementum: & ideo iustissimū est, quod sicut bona patris augentur vel diminuuntur in commodum, vel damnum filiorū, ita fundus qui factus est filii vel filiæ propter dotem vel donationem propter nuptias, augeatur, vel diminuatur temporis cursu in damnum vel commodum omnium fratrum. Poterit quis obiicere, quod eadem ratio versatur, quando fundus in dotem vel donationem propter nuptias datur æstimatus: nam propter seruandam æqualitatem inter filios, & propter dictas caussas idem ius constitui debet, cum in vtroque casu quoad dominii translationem nulla sit differentia.

Ad † quod respondetur, quod inter vnum & alium casum 11
maxima est differentia: nam quando fundus in dotem vel donationem propter nuptias datur æstimatus, a parentibus actum inter partes esse videtur, quod fundi æstimatio in partem legitimæ recipiatur, & quod periculum fundi ad filiam vel filium solum pertineat, *vt in l. quoties, l. si inter virum, C. de iure dot. l. plerunque, ff. eodem tit.*

Et quando datur fundus non æstimatus, solum videtur esse actum, quod fundus in partem legitimæ recipiatur, & cum agitur de valore legitimæ, quæ consideratur tempore mortis patris, & cum fit collatio, valor fundi attendi debet, per rationes supradictas: & quia expressa nocent, &c. *vt in l. expressa, ff. de regul. iur.*

Et casus *d. l. donationes quas parentes, C. de donation. inter vir. & vxor.* nihil ad rem facit: nam ibi nunquam in vita patris fuit translatum dominium irreuocabiliter in filium, & donatio tanquam similis donationi caussa mortis iudicatur.

Minus obstare videtur, quod Ayora inquit de rebus mo-

bilibus & se mouentibus in dotem datis inæstimatis, quia vt dictum est, ita vt potest sentire damnum, potest & commodum reportare, si serui & similia perierũt: & sicut seruus puer in dotem datus potest crescere, & econtra, si iuuenis fuit datus, potest senex fieri, & talis esse tempore collationis. Et ser-
12 uo dotali † inæstimato, potest maritus libertatem dare, si soluendo sit, *l. dotalem seruum, ff. solut. matrimon. l. seruum, C. de iur. dot. & l. etsi, C. & de seru pignor. dat. manum. l. 1.*

13 Et † res, quæ pondere & numero, & mensura consistunt, pereunt periculo viri, quia in suo genere functionem recipiunt, *text. in l. res in dotem, ff. de iur. dot. l. 21. titul. 11. partita. 4.* &
14 dicti Doctores non † dicunt, vt Ayora dicit, quod fructus vel augmentum rei extrinsecum est conferendum, sed tantum augmẽtum intrinsecum temporis cursu caussatum. Similiter Doctores dicunt contrariũ, quod Ayora dicit, de agro inculto in donationem propter nuptias filio dato, quem filius arboribus plantauit, qua plantatione ager pretiosior factus est. Nam Greg. Lup. *in d. l. 3. titul. partit. 6. in verb. Comar. in vers. & si fundus*, ita inquit: Et si fundus dotalis detractis expensis est pretiosior, quam fuerit tempore dationis in dotem: & hoc est caussatum ex sola temporis mutatione, debet conferri in ea æstimatione, quæ reperitur tempore collationis, secundum Paul. de Castr. *in d. l. illud, C. de collat. per illum text.* Et si effectus fuisset vilior sine culpa filiæ, similiter ea æstimatione debet conferre, qua fuisset repertus tempore mortis, cum de collatione agitur, *vt in d. l. illud, & trad. etiam Socin. in d. cons. septima conclusio:* si tamen vltra expensas factas est effectus pretiosior propter plantationem, & nõ propter mutationem temporum, illud plus, in quo est pretiosior, quã tempore quo habuit, tanquam aduentitium non confertur, *secundum Paul. & Doct. vbi supra, & Socin. in d. cons. in vers. 8. Conclus. hæc Greg.* Ecce quam clare contra Ayor. deciditur, qui ex dictorum Doctorum doctrina deducit hoc absurdum: dũ inquit *in d. nu. 15.*

in

in fin. Similiter esset iniquum, si filio dedisset in donationem propter nuptias agrum incultum, qui eum plantauit arboribus, propter quod tempore mortis patris, cum illæ creuerint, ager ille multo plus valet; certe iniquum & contra ius esset, petere fratres eius, vt agrum illum conferat, & æstimetur quantum hodie valet, vt id conferatur. Hæc Ayora, non percipiens intellectum, neque verba quæ dict. Doct. loquuntur: Nam idem dict. Doct. tenent, quatenus ad meliorationem plantationis attinet.

SVMMARIA.

1 *Legatum a marito factum vxori non compensatur cum dote, nisi expresse vel tacite in dotis compensatione legatum fuerit.*

2 *Legatum factum a marito vxori, an cum bonis paraphernalibus compensandum sit? a n. 2. vsq. ad n. 13.*

3 *Testator præsumitur velle grauare heredem, quantum minus potest.*

4 *Potius fit interpretatio vt legatum non subsistat, quam quod præsumatur testatorem velle heredem grauare.*

5 *Testator non præsumitur velle grauare heredem suum duplici onere.*

6 *Bona mariti sunt tacite obligata pro bonis paraphernalibus.*

7 *Donans creditori de bonis illi obligatis, censetur animo compensandi donare.*

8 *Debitum bonorum paraphernalium est voluntarium.*

9 *Contractus a principio voluntarius, semper vt voluntarius iudicatur.*

10 *Legatum factum a debitore creditori, non compensatur cum debito voluntario.*

11 *Idem iudicatur de appendiciis, quod de principali.*

12 *Paraphernalia sunt de appendiciis & de accessoriis dotis.*

13 *Argumentum de dote ad paraphernalia valet.*

14 *An legatum factum a marito filiabus vxoris cum dote & paraphernalibus compensetur, num. 14.*

15 *Verba hæc a testatore prolata, quod petere non possit, an animo compensandi legare videatur? n. 15. remissiue.*

16 *Legatum a marito factum vxori de mancipiis, quæ in dotem recepit, non censetur factum caussa compensationis.*

17 *Legatum factum a marito vxori, an cum arrhis compensetur? n. 17. vsque ad n. 20.*

18 *Legatum factum ab vxore viro, compensatur cum portione dotis, quam maritus ratione statuti lucratur.*

19 *Arrharum debitum est ab initio voluntarium.*

20 *Compensatio non fit cum debito soluto.*

21 *Lucrum dotis vbi defertur marito statuto vel lege, est debitum necessarium, & ideo non compensatur cum legato.*

22 *Debitum necessarium dicitur, quod non a debitore, sed aliunde originem trahit.*

23 *Donatum inter viuos non compensatur cum debito in dubio.*

24 *Donatum inter viuos præsumitur animo compensandi aliqua coniectura concurrente, quia animus compensandi probatur coniecturis.*

25 *Donatum ex caussa propter quam debetur, animo compensandi datum censetur.*

26 *Quantitas æquiualens quantitati debitæ, si donetur, præsumitur animo compensandi largita.*

27 *Quantitas excedens quantitatem debitam, si largiatur, censetur animo cõpensandi largita, qa in eo, q̃ plus est, inest minus.*

28 *Animus compensandi colligitur ex præfatione donationis.*

29 *Species legata non compensatur cum quantitate debita.*

30 *Quantitas legata non compensatur cum specie debita.*

31 *Legatum factum a marito vxori, non compensatur cum parte lucrorum vxori debitorum.*

32 *Debita pars lucrorum debetur vxori inuito marito, & sic est debitum necessarium contra Matienc.*

33 *Lucrum dotis, quod secundum statutum marito defertur, est debitum necessarium.*

34. Le-

34 *Leges tollunt dubitationes.*

35 *Lucra constante matrimonio quaesita non sunt cum effectu pro parte vxoris, nisi matrimonio soluto, quia maritus sine fraude durante matrimonio de illis disponit.*

36 *Pars lucrorum debetur mulieri in diem incertum.*

37 *Dies incertus facit conditionem.*

38 *Legatum factum non videtur animo compensandi pro debito in diem vel sub conditione soluendo, antequam dies veniat, vel conditio adimpleatur, & ita l. 16. Taur. intelligitur.*

39 *Pater de necessitate debet filiae dotem.*

40 *Debitum dotandi est in diem, quando filia nubilis aetatis fuerit.*

41 *Pater legans filiae non nubilis aetatis non videtur legare animo compensandi cum dote filiae debita.*

42 *Auus legans nepti viuo eius patre non censetur legare animo compensandi cum dote, quam viuo patre non debet.*

43 *Legatum debetur post mortem testatoris ante aditam hereditatem, secundum leg. Regn.*

44 *Legatum vsusfructus omnium bonorum a marito vxori factum, filiis heredibus institutis, an valeat a num. 44. vsque ad num. 62.*

45 *Filii etiam ratione vsusfructus non possunt in legitima grauari.*

46 *Testator videtur eligere viam, vt actus valeat & non pereat.*

47 *Legato vsufructu omnium bonorum vxori, filiis heredibus institutis, alimenta vxori tantum debentur, secundum Iason. & alios Doct.*

48 *Pater instituens heredes filios, legato vxori vsufructu omnium bonorum, non praesumitur velle filiis relinquere solam proprietatem bonorum, ne fame pereant.*

49 *Pater legans vsumfructum bonorum vxori filiis heredibus institutis, solum vsum vxori legare intelligitur.*

50 *Vxor legans marito vsumfructum bonorum suorum, filiis heredibus institutis, solum alimenta marito legare censetur, quia praesumitur plus diligere filios ne fame pereant.*

34 *Leges tollunt dubitationes.*

35 *Lucra constante matrimonio quæsita non sunt cum effectu pro parte vxoris, nisi matrimonio soluto, quia maritus sine fraude durante matrimonio de illis disponit.*

36 *Pars lucrorum debetur mulieri in diem incertum.*

37 *Dies incertus facit conditionem.*

38 *Legatum factum non videtur animo compensandi pro debito in diem vel sub conditione soluendo, antequam dies veniat, vel conditio adimpleatur, & ita l. 16. Taur. intelligitur.*

39 *Pater de necessitate debet filiæ dotem.*

40 *Debitum dotandi est in diem, quando filia nubilis ætatis fuerit.*

41 *Pater legans filiæ non nubilis ætatis non videtur legare animo compensandi cum dote filiæ debita.*

42 *Auus legans nepti viuo eius patre non censetur legare animo compensandi cum dote, quam viuo patre non debet.*

43 *Legatum debetur post mortem testatoris ante aditam hereditatem, secundum leg. Regn.*

44 *Legatum vsusfructus omnium bonorum a marito vxori factum, filiis heredibus institutis, an valeat a num. 44, vsque ad num. 62.*

45 *Filii etiam ratione vsusfructus non possunt in legitima grauari.*

46 *Testator videtur eligere viam, vt actus valeat & non pereat.*

47 *Legato vsufructu omnium bonorum vxori, filiis heredibus institutis, alimenta vxori tantum debentur, secundum Iason. & alios Doct.*

48 *Pater instituens heredes filios, legato vxori vsufructu omnium bonorum, non præsumitur velle filiis relinquere solam proprietatem bonorum, ne fame pereant.*

49 *Pater legans vsumfructum bonorum vxori filiis heredibus institutis, solum vsum vxori legare intelligitur.*

50 *Vxor legans marito vsumfructum bonorum suorum, filiis heredibus institutis, solum alimenta marito legare censetur, quia præsumitur plus diligere filios ne fame pereant.*

51 Correlatiuorum idem est iudicium.

52 Vsufructu omnium bonorum legato vel a marito vxori, vel cōtra filiis heredibus institutis, solum alimenta debentur, siue filii sint ex primo vel ex secundo matrimonio, siue naturales, siue spurii.

53 Vxor relicta a marito massaria domina & vsufructuaria omniū bonorum filiis heredibus institutis, solum alimenta habebit cum praeminentia, vt viuente marito habebat.

54 Legatum a marito factum vxori de vsufructu omniū bonorum filiis heredibus institutis in casibus, in quib. testator voluit vsumfructū integrū legare, solū in vsufructu quintæ partis bonorū sustinebitur, & idē erit quando alimenta legare censetur.

55 Nihil refert, quod legatum vsusfructus reducatur ad alimenta, vel non, quia semper solum in vsufructu quintæ partis bonorum sustinebitur, & non in proprietate dictæ quintæ partis, vt tenet Ayora, quia pro rata legitimæ legatum vsusfructus cessit.

56 Legato vsufructu non videtur legata proprietas, quia proprietas differt ab vsufructu, & appellatione vsusfructus proprietas non continetur, nisi de voluntate testatoris aliter constet.

57 Legato vsufructu, videtur legata proprietas in certis casibus: Vide remissiue.

58 Legatum simpliciter factum vxori de vsufructu omnium bonorum, est vnum legatum per vitam vxoris.

59 Legatum factum vxori de vsufructu omnium bonorum cum expressione annorum, est annuum legatum, & sic plura legata.

60 Legatum factum vxori donec caste vixerit, vel donec vitam vidualem seruauerit, est annuum legatum,

61 Legatum vsusfructus omnium bonorum per vitam vxoris factum, taxabitur secundum l. hereditatum, & legatum annuum aliter æstimabitur.

62 Legatum annuum continet quatuor vtilitates: vide remissiue.

63 Legatum factum a marito vxori in prima parte testamenti, de

vsu-

vsufructu omnium bonorum, filiis heredibus institutis videtur ademtum, si in vltima parte eiusdem testamenti alimenta vxori reliquit.

64 *Legatum factum vxori, donec caste vixerit cum filiis suis, amittit mulier, si cum filiis non vixerit, quia est legatum conditionale.*

65 *Legata praestanda vxori in domo mariti ex caussa sunt extra domum praestanda.*

66 *Legatum vsusfructus omnium bonorum vxori donec vixerit, post eius mortem filio herede instituto, non valet, quo ad legitimam filii, & filius pure instituitur remanet.*

67 *Legatum vsusfructus omnium bonorum vxori factum, donec vixerit, substinetur in quinta parte bonorum cum grauamine fideicommissi restituendi dicta bona filio, qui post eius mortem fuit heres institutus.*

68 *Vxore relicta a marito domina & vsufructuaria, & post eius mortem filio herede instituto, erit idem quod in superiori casu.*

69 *Vxore herede omnium bonorum a marito instituta quoad viueret, & post eius mortem filio herede instituto, mulier consequetur quintam partem bonorum cum grauamine restituendi ea filio post mortem.*

70 *Vxore herede instituta a marito in vsufructu omnium bonorum, & post eius mortem filio herede instituto, seruabitur idem quod in praecedenti casu.*

71 *Legatum factum a marito vxori donec cum filiis habitauerit, vel cum grauamine habitandi cum filiis, qui nondum sint nubilis aetatis, fauore filiorum factum praesumitur.*

72 *Legatum factum vxori, ita vt post eius mortem ad heredes filiarum reuertatur, si vna filia tantum supersit, ad illam reuerti debet, & non ad heredes defunctarum.*

73 *Legatum vel alimenta vxori relicta donec cum filia vixerit, debetur vxori, etiam filia mortua.*

74 *Legato vxori vsufructu fundi, & eius proprietate legata cum*

filios habuerit, nato filio dies proprietatis cedit, etiamsi postea filius decedat.

75 *Vxori relicta vsufructu omnium bonorum, & post eius mortem extraneo herede instituto, vel vxore in vsufructu bonorum herede instituta, & post eius mortem alio extraneo herede instituto, an tale legatum valeat, num. 75. & 76. quod sic.*

76 *Legatum valet de iure Regio, etiamsi hereditas non adeatur.*

77 *Vxor, quae fuit heres in vsufructu omnium bonorum instituta, & post eius mortem fuit alius heres institutus, remanet heres instituta, etiam in proprietate bonorum cum onere restituendi ea post mortem heredi instituto.*

78 *Legatum factum vxori de vsufructu omnium bonorum, & quod de bonis testatoris vestiatur & alimentetur, an vtrumque debeatur, num 78. quod sic.*

79 *Vxor heres & vsufructuaria ad vitam instituta, in vsufructu & non in proprietate bonorum instituta censetur.*

80 *Heredibus extraneis institutis praediis praelegatis, postea vxor vsufructuaria omnium bonorum relicta, an praediorum praelegatorum vsumfructum habere debeat.*

81 *Heredes instituti & vxor vsufructuaria omnium bonorum postea relicta, concurrunt in vsufructu secundum aliquos Doctores.*

82 *Filius heres institutus, & vxor postea relicta vsufructuaria omnium bonorum, concurrunt in vsufructu. Vide supra nu. 64.*

83 *Filii etiam ratione vsusfructus non possunt in legitima grauari, nisi respectu quintae partis bonorum.*

84 *Vsufructu omnium bonorum legato, fructus redditur, & prouentus in legato veniunt.*

85 *Legato omnium bonorum vxori facto, an venalia veniant?*

86 *Emtor equorum legans equos suos non videtur venales legare.*

87 *Legans omnia, quae domi sunt, non videtur legare frumentum, vinum, & equos, & alia venalia, nisi testator tantum venalia, habuerit.*

88 Le-

88 *Legans vsumfructum omnium bonorum suorum, etiam venalia legare censetur, nisi verba limitatiua ponantur.*

89 *An in legato bonorum mobilium pecunia veniat, vide remissiue.*

90 *Vxori, cui legatus est vsusfructus omnium bonorum, debentur vsuræ pecuniæ, quæ ex pecunia ante mortem testatoris, & eius caussa hereditas obuenerit.*

91 *Vxori vsufructu legato, & post eius mortem Titio vxore transeunte ad secundas nuptias, est idem ac si mortua fuisset.*

92 *Vxor heres instituta donec vixerit, remanet pure heres instituta cum grauamine restituendi hereditatem heredi post vxoris mortem instituto.*

93 *Conditio quod heres non molestet vxorem in vsufructu, & quod alias priuetur hereditate, & sit vxoris, valet.*

94 *Vsufructu omnium bonorum vxori legato per verba ad ipsam directa, videtur legatum ius vsusfructus.*

95 *Maiora taxatur & declaratur, num. 97. infra.*

96 *Vtilitas bonorum vxori legata, est idem ac si vsusfructus legatus fuisset.*

97 *Testator legans vsumfructum pro indigentia, seu pro necessitate videtur vsum tantum legare: vbi vide alios casus remissiue.*

98 *Vxor vsufructuaria omnium bonorum non tenetur soluere debita hereditaria; sed heres.*

99 *Vxor vsufructuaria dimidia vel tertiæ partis bonorum, non tenetur debita hereditaria soluere.*

100 *Heres potest soluere debita hereditaria de bonis, de quibus vsusfructus est legatus, quando omnium bonorum est vsusfructus legatus.*

101 *Heres tenetur soluere debita hereditaria quando certarum rerum vsusfructus legatus est.*

102 *Heres in omni casu tenetur soluere de bonis suis debita hereditaria, quando ex voluntate testatoris ita velle colligitur.*

CAPVT XI.

Quando legata a marito vxori facta cum dote & bonis parapher-

nalibus, vel arrhis, vel lucris durante matrimonio quæsitis, compensanda sint.

1 Legata a marito vxori facta, non sunt cum dote compensanda, & ideo † dos integra & legata mulieri solui debent, nisi maritus in dotis compensationem expresse legauerit, vel de animo compensare volentis constiterit, *vt in l. vn. §. plane, versicul. sciendum, C. de rei vxor. actio. l. cum pater, §. qui dotale, ff. de leg. 2.*

2 Dubium † tamen est, *an idem in bonis vxoris paraphernalibus locum habeat?* Et videtur quod non, & sic quod legatum factum a marito vxori sit cum bonis paraphernalibus compen-
3 sandum: quia † præsumitur, quod testator vult grauare heredem quanto minus potest, *vt in l. vnum ex familia, §. si rem, ff. de leg. 2.*
4 Et potius fit † interpretatio, vt legatum non subsistat, quam quod testator præsumatur grauare heredem voluisse, *vt tenet Ias. in l. quod in rerum, 2. in primo notabili, & in l. 5. ita scriptum vltimo notabili, ff. de legat. 1. idem in l. vxor patrui, C. eodem titul. de legat. quem sequitur Aymon Crauet. in cons. 32. num. 3. & cons. 167.*
5 *num. 14.* Et non præsumitur † testatorem velle heredem duplici onere grauare, *vt l. Titia, §. qui multa, ff. de legat. 2.* Item,
6 quia pro bonis † paraphernalib. sunt bona mariti tacite obligata, *l. vbi adhuc, & ibi glos. & Doct. C. de iur. dot.* Et quando quis
7 relinquit creditori ex † bonis illi obligatis, animo compensandi legare videtur: quod tenet Bart. *in l. frater a fratre, n. 43. ff. de cond. indeb.* loquẽs in patre, qui cum decem filio deberet, quinque de bonis illi obligatis dedit, quia animo compensandi, & non donandi dedisse præsumitur: quem sequitur ibi Paul. de Castr. & Matth. de Afflict. *in decis. 44. num. 9.*

8 Quibus non † obstantibus, contrarium est tenendum, quia debitum bonorum paraphernalium de sui origine est voluntarium, quia maritus potuit, si vellet, non recipere eorum administrationem, *vt in l. fin. C. de pact. conuent.*

Et

Et quando † contractus a principio fuit voluntarius, semper vt voluntarius iudicatur, *vt in l. sicut, C. de act. & oblig.* & legatum factum a debitore creditori voluntario, non compensatur cum † debito, quod probatur *in d. l. vn. in d. §. plane, C. de rei vxor. act. Imol. in l. si cum dotem, §. si pater, ff. solut. matr. Alex. in l. huiusmodi, §. si pater, ff. de legat. Menoch. alios referens in casu 182. num. 52.* vbi in dote loquitur, *libr. 2. de arbitr. iud. Crau. in consi. 149. Afflict. decis. 44. num. 17. & 18.* 9 10

Item, quia idem † iudicatur de appendiciis & accessoriis, quod de principali, *vt in l. cum principalis, ff. de reg. iur.* & de coheredibus & contiguis, idem est iudicium, *l. quæ religiosis, ff. de rei vendica. c. vn. de consecrat. eccles. in 6.* Et paraphernalia † sunt de appendiciis, & de accessoriis dotis: ergo idem iudicandum est: & sicut cum † dote legatum non compensatur, neq; cum paraphernalibus compensari debet, & ita de dote ad paraphernalia arguit Crauet. *in consi. 149. num. 6. Ana. in consi. 36. vers. vtrum, nu. 1.* vbi inquit, quod si statutum permittit mulieri de dote testari, intelligitur ēt de paraphernalib. testari permittere, *idem tenet Curt. Iun. consi. 129. in fi. & Curt. Sen. consi. 76.* 11 12 13

Pulcrum † dubium est, *quando maritus trecentos nummos aureos in dotem recepit, & biscentum in paraphernalibus, & in testamento maiorem quantitatem filiabus vxoris defunctæ pro dotibus & nomine dotium relinquit, ita quod sint tacitæ & cōtentæ pro omni & toto eo quod habere debent, & petere possent, an dicta quantitas legata, sit cum paraphernalibus pro quantitate concurrente compensanda?* Hanc quæstionem in facti specie pro vtraq; parte disputat Menoch. *in consi 56. vol. 1.* & concludit compensationem faciendam fore: & illa ratio mihi magis placet, quā Menoch. tradit *in d. consi. n. 36. vers. 10.* Perpende vltima illa verba legati? *ita vt sint tacitæ pro toto eo, quod habere debent, & petere possent:* quæ quidem vniuersalia sunt, & omnem debiti speciem complectuntur: ergo tam pro dote, quam paraphernalibus legasse dicitur, vbi ita in specie inquit respondisse Corn. 14

in consil. 344. in fine, lib. 1. Ruin. cons. 60. num. 6. & consil. 79. num. 8. & cons. 81. num. 7. lib. 2 Socin. Iun. in cons. 175. num. 3. libr. 3.

15 Et an per hæc † verba prolata a testatore, quod petere non possit testator, videatur animo compensandi legare? Vide Bald. *in l. quoniam nouellam, column. fin. vers. tertio quæritur, C. de inofficioso testamento: & ea quæ dicit in l. si adulta, C. de hered. act. in 2. notabil. in verb. sed nunquid per hæc verba, in l. liberti, colum. 8. C. de oper. libert. quem refert Gregor. Lup. in l. 16. in gloss. magn. in versic. quid autem si testator*, vbi *in versic. quid autem si vir*, tenet:

16 quod † si maritus leget vxori mancipia, quæ in dotem æstimata recepit, mancipia & æstimationem vxor consequetur, *secundum glos. in l. Licinius, in princ. ff. de leg. 2 & secundum Bart. in l. 2. §. Mela ff. de dote prælegat.* quod inquit dicta glossa procedere, etiamsi testator dixerit, quod legabat talem rem, seu talia mancipia, quæ sibi in dotem data fuerunt: talia enim verba caussa demonstrationis & non taxationis adiecta videntur, *secundum Imol. ibi.*

17 Similiter † dubitari solet, *an legatum factum vxori a marito, sit compensandum cum arrhis, quas maritus illi promisit?* Et Rodericus Suarez *in l. 1. titul. 2. De las arras, lib. 3. for.* tenet, quod sic, motus auctoritate Bartol. *in l. cum dotem, §. si pater, ff. solut. ma-*

18 *trimon.* vbi tenet, quod † legatum factum ab vxore viro, debet compensari cum portione dotis, quam maritus ex forma statuti lucratur. Quam sententiam sequitur Roder. & dicit communiorem *vbi supr.* Et quia inquit, quod debitum arrharum a lege mulieri defertur, & sic est necessarium & cum legato compensandum, *vt in authen. præterea, & ibi communiter Doctor. C. vnde vir & vxor.* Contrarium, & recte tenet Tellus Fernan. *in l. 16. Tauri, num. 8. & Couarr. in cap. officii, num. 4. de testament.* referens Montalu. & Palat. Rub. idem tenentes. Idem tenet Matienc. *in l. 7. glos. 1. num. 8. titul. 9. libr. 5. noua collect. Reg. Azebed. in dicta l 7. num. 6. in fin. & num. 7. Ioann. Gut. in quæstionibus super Recopilat. Regni, quæst. 124. num. 2.* Quia debitum

bitum arrharum ab initio fuit voluntarium, quia earum promissio in † volũtate mariti fuit, cum nulla lege eas dare com- 19
pellatur: quod magis sine dubio procedit; si tempore legati arrhæ iam mulieri traditæ erant. Nam cum † debito soluto, 20
nulla compensatio fit, *ita Doctor. vbi supra, Ang. in dict. auth. præterea*, & dicta † doctrina Bart. non obstat: quia lucrum do- 21
tis a lege sola: & sic ex necessitate marito debetur, & habet locum decisio *dict. auth. præterea*, vbi probatur, quod in dubio legatum intelligitur relictum animo compensandi cum debito necessario, quod tenet Bart. & communiter Doctor. *in l. si cum dotem, §. si pater, ff. solut. matrim.* quam attestatur commun. opin. esse Abb. *in consil. 17. num. 6.* Debitum † necessa- 22
rium dicitur, quod non a debitore, sed aliunde originem trahit, *ita Iason in dict. authent. præterea, numer. 18. col. 7. Aymon Crauett. in consil. 131. num. 14. Imol. in dicta l. si cum dotem, §. si pater. ff. solut. matrimon. Alex. in l. huiusmodi, §. si pater, ff. de legat. 1. Menoch. in cons. 56. num. 15. & in consil. 182. num. 52. lib. 2. de arbitr. iudic. Mascard. in concl. 333. num. 6. lib. 1. de probat.* Quod † limita, 23
quãdo aliquid inter viuos a debitore creditori donatur: nam etiam in debito necessario, non fit in dubio compensatio, *secundum Socin. Sen. in cons. 93 post num. 21. vol. 1. per text. in l. si vero, §. ceterum, & l. etiam, §. si debita, versic. sed si non mortis, ff. de bon. libert. quem refert Mascard. vbi supr. num. 7.* Quam dicit communem & receptam sententiam Menoch. *in præsumt. 142. num. 2. lib. 3. de præsumt.* Quod intellige, nisi aliqua vrgens coniectura exstet, ex qua † colligi possit, animo compensan- 24
di debitorem rem donare voluisse, *secundum Crau. in cons. 686. num. 3. libr. 4.* Vbi loquitur in casu, in quo testator ducentos aureos vxori legauerat, deinde heredes mulieri constituerunt dotem aureorum quatuor centum, atq; ita huc actum donationis inter viuos fecerunt: inquit Grauet. animo compensandi dotem constitutam fuisse: quia compensationis animus coniecturis probatur, *l. cum que, §. fin. & l. quod autem, ff.*

Ooo

ad leg. Falcidiam, Paul. in consil. 193. in 2. dubio, colum. 3. lib. 3. Abb. consil. 81. col. 2. libr. 1. Crau. consil. 131. num. 17. & cons. 149. num. 15. & cons. 301. num. 2. Signor. cons. 176. num. 3. Castrens. cons. 73. vol. 2. vers. pro quorum intelligentia, libr. 1. Socin. Sen. cons. 10. columna. 5. vers. circa septimam, libr. 1. Ruinus consil. 60. numer. 7. libr. 2. Alex. respons. 524. num. 7. Matienc. alios referens, in dict. l. 7. glos. 1. numer. 9. titul. 9. libr. 5. noua recopil Reg. Menoch. in consil. 56. nu. 19. lib. 1. & in praesumt. 142. num. 6. lib. 3. praesumt. & praesumt. 84. vbi

25 *alios refert lib. 3. praesumt. & in d. praesumt. 142.* Refert † aliquas coniecturas, ex quibus animus compensandi colligitur: quarum prima est, quando ex eadem caussa, qua debitum procedit, donatur, vt puta, quando quis ex caussa dotis mulieri centum debet, & centum caussa dotalis illi donat, *ita Crau. in dict. cons. 68. num. 3. Ruin. in cons. 223. num. 4. lib. 1.*

26 Secunda † coniectura est, quando tanta quantitas, quanta debetur, largitur, veluti si debeo viginti, & viginti dono, *Crau. in dict. cons. 68. num. 6. Paul. in l. Lucius 1. colum. 2 ff. de leg. 2. Corn.*

27 *in cons. 230. num. 1. lib. 4.* Et idem † est, quando quantitas donata, quantitatem debitam excedit, quia in eo quod plus est, inest minus, *l. in eo, ff. de regul. iur. Aym. on Crauett. cons. 301. in fine, Corn. in cons 292. n. 1. lib. 1.*

28 Tertia coniectura †. est, quando ex praefatione donationis animus compensandi colligitur, *Corn. in cons. 210. num. 4. lib. 1. Crau. cōs. 301. col. 2 quos refert Meno. in d. praesumt. 142. in fine.*

29 Item † limita, quando debetur quantitas, & legantur species, quia species cum quantitate non cōpensatur: quod probatur *in l. creditorem, ff. de leg. 2.* Cuius verba sic se habent: *Creditorem, cui res pignoris iure obligata a debitore legata esset, non prohiberi pecuniam creditam petere, si voluntas testatoris compensare volentis, euidenter non extenderetur, l. fin. vbi Doct. C. de compensat. l. 16. tit. 9. part. 6. Doct. in dict. l. huiusmodi, §. cum pater, ff. de legat. 1. Soc. Iun. in cons. 79. num. 112. libr. 3. Corn. cons. 230. nu. 6. lib. 4.*

30 *Menoch. in d. cons. 56. nu. 53.* Idem procedit † quando debetur spe-

species, & legatur quantitas, *Alex. cons. 7. col fin. num. 16 libr. 6. Bald. in l. filia legatorum, in 4. q. C. de legat. Mascardus vbi supr. num. 8. & 9. Matienc. in dict. l. 7. glos. 1. num. 9. vbi alios recensit, tit 9 lib. 5. nouæ recopilat.*

Legatum a marito † vxori factum, non compensatur cum 31
parte bonorum durãte matrimonio quæsitorum, quæ secundum legem Regni ei debetur, *vt in l. 16. Tauri, disponitur, quæ in recopil. ll Regni est l. 7. tit. 9. lib. 5. vbi Matienc. in glos. 1.* inquit, quod ideo legatum a marito vxori factum non compensatur cum lucris, quia est debitum ab initio voluntarium.

Quod videtur † non esse verum, quia dictum lucrum con 32
suetudine lege approbata mulieri defertur, velit nolit maritus: *Seg. in l. 3. §. fin. num. 426 ff. de lib. & posthum. & in vol. 2. commun. opin. pag. mihi 472. num. 10.* Et sic est † debitum necessa- 33
rium, sicut lucrum dotis, quod secundum statutum marito defertur, *vt tenent Bart. Aret. Salycet. & Paul. de Castr. in d. auth. præterea, C. vnde vir & vxor. & ibidem Ias num. 21. & Alex. num. 12. & idem Alex. in l. si cum dotem, §. si pater, & ibi Fulgos. ff solut. matrim. Campeg. in tract. de dote, part. 5. q 6. Dec. in d. authen. præterea, num. 18. Corn. in cons. 257. num. 20. lib. 1. & in cons. 23. colum. 1. lib. 4 Roland. a Valle alios referens in tract. de lucro dot. q. 96. num. 8. Durand. de arte testandi, titul. de legat. cautel. 5. num. 10. Couarr. in cap. officii, numer. 2. de testament. Menoch. in præsumt. 109. numer. 35. lib. 4. præsumt.* vbi multos idem tenentes refert, & *num. sequent.* ampliationes tradit Bart. *in dict. l. si cum dotem, §. si pater, ff solut. matrim.* Quam dicit communem opinionem Roderic. Suar. *vbi supra in d. l. 1 titul. 2. De las arras, lib. 3. fori,* Azebedus *in d. l. 7.* dat aliam rationem, videlicet, quod ideo *in d. l. 16. Tauri,* sancitum est, ne fieret compensatio vt dubitatio tolleretur: quod † est nihil dicere, cum omnes leges caussa dubi 34
tationis tollendæ constitutæ generaliter sint, *vt in l. ancillæ, & ibi Doctor. C. de furt.* & Azebed. reddit aliam rationem satis friuolam, & in fine primam sequitur: Vide ibi.

35 Mihi videtur, quod ratio † dubitandi & decidendi, dicta
l. 16. Tauri fuit, quia lucra constante matrimonio quæsita, licet
eorum dominium & possessio cum vxore communicetur,
non tamen cum effectu sunt vxoris, quia maritus potest du-
rante matrimonio ad libitum, & sine fraude de illis dispone-
36 re, *vt in l. 5. tit. 9. lib. 5. nouæ recopil. Regn.* Et sic † videtur, quod
pars lucrorum debet solui mulieri in diem incertum, & tunc,
& non ante illi debetur, nisi quando morte mariti vel alia ex
caussa diuortium factum fuerit, & dies incertus facit condi-
tionem, *vt in l. 1. vers. dies incertus, & l. dies incertus, ff. de condit.*
37 *& demonstrat.* Et ex eo † quod dictum debitum lucrorum e-
rat necessarium, videbatur, quod erat cum legato compen-
sandum, *vt in d. authent. præterea, & ibi communiter Doct. C. vn-*
38 *de vir & vxor.* Et quia legatum † factum pro debito in diem
vel sub conditione soluendo, antequam dies veniat, vel con-
ditio adimpleatur, non videtur factum animo compensandi,
secundum Alex. in l. huiusmodi, §. cum pater, ff. de leg. 1. idem Socin.
Iun. in cons. 79. num. 41. vers. vel secundo, & num. 61. libr. 3. Ruin. in
cons. 58. num. 24. & in cons. 64. nu. 7. & cons. 72. num. 7 & cons. 80.
num. 6. & cons. 81. num. 17. vers. non obstat, lib. 2. Corn. in cons. 288.
num. 19. lib. 1. Socin. Sen in consil. 93. num. 23. versic. præterea, lib. 1.
Gabriel in consil. 16. num. 32. & num. 33. lib. 1. Menoch. in consil. 151.
num. 23. lib. 2. & in præsumt. 109. num 57. libr. 4. præsumt. Ideo di-
cta *l. 16. Taur.* statuit, quod legatum a marito vxori factum
non compensetur cum lucris post mortem mariti illi soluen-
39 dis & debitis. Ad quod † in simili facit, quod quamuis pater
de necessitate debet filiæ dotem, *vt in l. qui liberis, ff. de ritu*
nupt. l. fin. & ibi communiter Doctor. C. de dot. promiss. Dictum
40 debitum dotandi † necessarium est in diem, scilicet, quan-
do filia nubilis ætatis fuerit, *vt in l. quod pupillæ, ff. quando dies*
41 *legat. cedat.* Et ideo † si pater filiæ pupillæ, & sic non nubili le-
gatum fecerit, nō dicitur legatum illud esse factum animo com-
pensandi cum dote, *vt tenet Alexand. in cons. l. 211. num. 9. lib. 7.*

Quem.

Quem sequitur Neuiz. *in cons. 62. num. 32. Ruin. in consil. 80. numer. 6. libr. 2. quos refert & sequitur Menoch in dict. præsumt. 109. num. 57. in fin.* Vbi ponit † aliud exemplum, quando auus pa- 41
ternus legat nepti viuo adhuc ipso filio. Nam præsumitur fecisse animo compensandi cum legitima nepte, cum viuo patre auus eam dotare non teneatur, secundum Ruin. *in dict. cons. 58. num. 24. lib. 2.*

Sed videtur quod † dictus intellectus non potest procede- 43
re: nam legatum non debetur nisi post mortem testatoris, adita hereditate, *vt in l. si tibi homo, §. penult. ff. de legat. 2. l. a Titio, ff. de furtis*, vel ante aditam hereditatem, *secundum l. 1. tit. 4. lib. 5. noua recopilation. de quo Gregor. in l. 37. in verb. Los frutos. tit. 9. part. 6.* Et sic eodem tempore concurrunt debitum lucrorum, & debitum legati, sed potest responderi, quod debet attendi tempus, in quo fit legatum: nam tunc nõ debetur vxori dimidia pars lucrorum sed post mortem mariti, *vt dictum est.*

Si maritus, filiis † heredib. institutis, vsum fructũ omnium 44
bonorum vxori legauerit, videtur quod † tale legatum non 45
valeat, cum etiam ratione vsusfructus grauamen in legitima filiorum poni non possit, *vt tenet gloss. in authent. nouissima, C. de inoffic. testament.* quam sequuntur communiter Doct. *secundum Paul. & Angel. in dict. authent. nouissima, Segur. in repetit. l. vnum ex familia, fol. 21. colum. 2. ff. de legat. 2. Cifuent. in l. 16. Tauri.* Contrarium tenet Ayora *in tract. de partit. 2. part. q. 21. num. 60. vsq. ad finem.* Vbi tenet, quod dictum legatum valebit in quinto bonorum, ita vt vxori valor quinti bonorum soluatur, taxato vsufructu, *iuxta text. in l. hereditatum, ff. ad legem Falcid. & l. cum Titio, ff. eodem titul.* vel si alias quintum vsusfructus in ipsis rebus hereditariis solui possit, de ipsis rebus soluatur, *vt in l. non amplius, §. fin. cum l. sequenti ff. de legat. 1.* Ad quod facit regula. Vtile non † debet per inutile, *de reg. iuris in 6.* Et quod 46
testator † semper videtur eligere viam, vt actus potius teneat, quam pereat, *l. 3. ff. de militar. testament.* Imo † videtur tenen- 47

dum, quod in prædicto casu vxori tantum alimenta debeantur, *vt tenet Ias. in l. cum hi, si in annos, in fin. ff. de transactio. Bald. in cons. 247. volum. 4. Decius in cons. 476. Boer. decis. 194. num. 4. & decis. 44. numer. 39 Ruin. in cons. 44. volum. 2. in princip. Bartol. in l. Titia, §. si Titia cum nuberet, num. 8. ff. de legat. 2. Castrens. in cons. 459. dubium de quo quæritur, num. 2. lib. 2. Roman. in cons. 118. num. 2. Paul. Picus in d. §. Titia, nu. 32. & num. 48.* vbi dicit communem quem & alios refert & sequitur Menoch. *in præsumt. 139. num. 8. lib. 4 præsumt.* Quæ doctrina fundatur in consuetudine vulgari, quam consuetudinem, vt æquitati & legibus consentaneam approbarunt dicti Doctores & alii permulti relati a Menochio in dicta præsumtione. Quia cum testator

48 fecerit † heredes: non est præsumendum quod eos priuare voluerit vsufructu omnium bonorum, nuda eis proprietate relicta, & eos relinquere sine alimentis & fame laborantes

49 contra tex. *in auth. prohibemus, decernentes & sen. iss.:* & † credendum est, quod magis voluit filiis prouidere & cõsulere, quam vxori, *vt in l. cum acutissime, C. de fideicommiss.* Ad quod facit, quod tradit Hieron. Gabr. *in cons. 108. n. 2. lib. 2.* Quod quando pater mulus relictis filiis matri vel vxori vsumfructum bonorum legauit, intelligitur relictus solus vsus, *Menoch. in præsumt. 135. num. 5. lib. 4 præsumt.*

50 Et similiter ecõtra: si vxor, filiis † heredibus institutis, marito vsumfructum omnium bonorum legauerit, fauore filiorum, & quia eos mater prædiligere præsumitur, *vt in d. l. cum acutissimi,* & ne fame pereant maritus solum alimenta habe-

51 bit, vt de vxore dictum est. Quia † correlatiuorum idem est iudicium, *l. fin. C. de indict. viduitat. tollend. secundum Iason. in d. l. fi. Bald. in auth. hoc locum, C. si secundo nupserit mulier, Iason. in l. non tantum, num. 4. ff. de re iudic. & cons. 112. col. pen. vol. 1. Boer. decis. 194. num. 5. Curt. Sen. consil. 11. Rebuff. in commentario ad ll. Gallicas, tom. 1. in tit. de consuetudine, artic. 2. glos. 1. num. 8. Me-*

52 *noch. alios referens in præsumt. 140. num. 58.* Quæ † omnia procedunt

cedunt, siue filii instituti sint ex primo matrimonio, siue ex secundo, siue sint legitimati, siue adoptiui, siue naturales & spurii: *Menoch. in d. præsumt. 140. num. 66. cum sequentibus.* Et si vxor, filiis heredibus † institutis, sit a marito relicta massaria, 53 domina & vsufructuaria omnium bonorum, alimenta etiam in hoc casu tantū habebit cū præeminentia & honore, vt viuente marito habebat, *vt tenent Bart. & Paul. de Castr. Imol & Cuman. in l. Titia, §. fin. ff. de legat 2. gloss. Bart. Cyn. Alber. Salycet. Bald. in d. authent. hoc locum, C. si secundo nupt. mul. Dec. in consil. 54. num. 1. Socin. cons. 69. volum. 1. & in cons. 94. num. 2. d. volum. 1* vbi communem dicit Bart. *consil. 9. Angel. 144. Roman. consil. 118. & consil. 153. & consil. 516. Aretin. consil. 40. Menoch.* quam plurimos referens *in d. præsumt. 139 numer. 2. & 4. Ioann. Gratian. in reg. 500. in princip.* vbi ponit decem limitationes, & Menochius, *in dict. præsumtion. 139.* tradit plures ampliationes & limitationes: & in † dictis limitationibus & casibus, in 54 quibus maritus visus est velle, quod vxor integrum vsumfructum omnium bonorum consequatur, videtur tenendum, quod ex eo quod filii non possunt in legitima aliquod grauamen pati, *vt in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testamento,* vxor solum quintæ partis bonorum vsumfructum habebit, *vt tenent Sigur. in l. vnum ex familia, §. sed si fundum, numer. 214. ff. de legatis 2. Nicol. Bellon. in consil. 9. num. 2. quos refert & sequitur Grac. in dict. regul. 500. num. 4. in fin.*

Idem videtur † dicendum in prædictis casibus, in quibus 55 dictum est solum, alimenta vxori ratione vsusfructus deberi scilicet quod de fructibus quintæ partis sint alimenta præstāda, & si fructus quintæ partis ad alimenta non sufficiant, quod filii ad plus nō teneantur, & vtilitas, quando legata videntur alimenta, erit in opulenta hereditate, cuius quintæ partis fructus alimēta vxori præstanda excedunt. Nā excessus filiorum erit. Dicta declaratio videtur quod procedere non potest, & quia filiis heredibus institutis, qui in legitima grauari non pos-

dum, quod in prædicto casu vxori tantum alimenta debeantur, *vt tenet Ias. in l. cum hi, si in annos, in fin. ff. de transactio. Bald. in cons. 247. volum. 4. Decius in cons. 476. Boer. decis. 194. num. 4. & decis. 44. numer. 39 Ruin. in cons. 44. volum. 2. in princip. Bartol. in l. Titia, §. si Titia cum nuberet, num. 8. ff. de legat. 2. Castrens. in cons. 459. dubium de quo quæritur, num. 2. lib. 2. Roman. in cons. 118. num. 2. Paul. Picus in d. §. Titia, nu. 32. & num. 48.* vbi dicit communem quem & alios refert & sequitur Menoch. *in præsumt. 139. num. 8. lib. 4 præsumt.* Quæ doctrina fundatur in consuetudine vulgari, quam consuetudinem, vt æquitati & legibus consentaneam approbarunt dicti Doctores & alii permulti relati a Menochio in dicta præsumtione. Quia cum testator
48 fecerit † heredes: non est præsumendum quod eos priuare voluerit vsufructu omnium bonorum, nuda eis proprietate relicta, & eos relinquere sine alimentis & fame laborantes
49 contra tex. *in auth. prohibemus, decer. enti & sen issi:* & † credendum est, quod magis volunt filiis prouidere & cōsulere, quam vxori, *vt in l. cum acutissime, C. de fideicommiss.* Ad quod facit, quod tradit Hieron. Gabr. *in cons. 108. n. 2. lib. 2.* Quod quando pater multis relictis filiis matri vel vxori vsumfructum bonorum legauit, intelligitur relictus solus vsus, *Menoch. in præsumt. 135. num. 5. lib. 4. præsumt.*

50 Et similiter ecōtra: si vxor, filiis † heredibus institutis, marito vsumfructum omnium bonorum legauerit, fauore filiorum, & quia eos mater prædiligere præsumitur, *vt in d. l. cum acutissimi,* & ne fame pereant maritus solum alimenta habe-
51 bit, vt de vxore dictum est. Quia † correlatiuorum idem est iudicium, *l. fin. C. de indict. viduitat. tollend. secundum Iasõ. in d. l. fi. Bald. in auth. hoc locum, C. si secundo nupserit mulier, Iasõn. in l. non tantum, num. 4. ff. de re iudic. & cons. 112. col. pen. vol. 1. Boer. decis. 194. num. 5. Curt. Sen. consil. 11. Rebuff. in commentario ad ll. Gallicas, tom. 1. in tit. de consuetudine, artic. 2. glos. 1. num. 8. Me-*
52 *noch. alios referens in præsumt. 140. num. 58.* Quæ † omnia procedunt

cedunt, siue filii instituti sint ex primo matrimonio, siue ex secundo, siue sint legitimati, siue adoptiui, siue naturales & spurii: *Menoch. in d. præsumt. 140. num. 66. cum sequentibus.* Et si vxor, filiis heredibus † institutis, sit a marito relicta massaria, 53 domina & vsufructuaria omnium bonorum, alimenta etiam in hoc casu tantũ habebit cũ præeminentia & honore, vt viuente marito habebat, *vt tenent Bart. & Paul. de Castr. Imol & Cuman. in l. Titia, §. fin. ff. de legat 2. gloss. Bart. Cyn. Alber. Salycet. Bald. in d. authent. hoc locum, C. si secundo nupt. mul. Dec. in consil. 54. num. 1. Socin. cons. 69. volum. 1. & in cons. 94. num. 2. d. volum. 1* vbi communem dicit Bart. *consil. 9. Angel. 144. Roman. consil. 118. & consil. 153. & consil. 516. Aretin. consil. 40. Menoch.* quam plurimos referens *in d. præsumt. 139. numer. 2. & 4. Ioann. Gratian. in reg. 500. in princip.* vbi ponit decem limitationes, & Menochius, *in dict. præsumtion. 139.* tradit plures ampliationes & limitationes: & in † dictis limitationibus & casibus, in 54 quibus maritus visus est velle, quod vxor integrum vsumfructum omnium bonorum consequatur, videtur tenendum, quod ex eo quod filii non possunt in legitima aliquod grauamen pati, *vt in l. quoniam in prioribus, C. de inoffic. testamento,* vxor solum quintæ partis bonorum vsumfructum habebit, *vt tenent Sigur. in l. vnum ex familia, §. sed si fundum, numer. 214. ff. de legatis 2. Nicol. Bellon. in consil. 9. num. 2. quos refert & sequitur Grac. in dict. regul. 500. num. 4. in fin.*

Idem videtur † dicendum in prædictis casibus, in quibus 55 dictum est solum, alimenta vxori ratione vsusfructus deberi scilicet quod de fructibus quintæ partis sint alimenta præstãda, & si fructus quintæ partis ad alimenta non sufficiant, quod filii ad plus nõ teneantur, & vtilitas, quando legata videntur alimenta, erit in opulenta hereditate, cuius quintæ partis fructus alimẽta vxori præstanda excedunt. Nã excessus filiorum erit. Dicta declaratio videtur quod procedere non potest, & quia filiis heredibus institutis, qui in legitima grauari non pos-

sunt, nihil refert, quod legatum vsusfructus resoluatur in alimenta, vel quod proprie in fructibus intelligatur: nam si in vtroque casu attenta dicta *auth. nouissima, & dict. leg. quoniam in prioribus*, filii in legitima grauari nō possunt: coniecturæ consuetudinis vulgari cessant, cum filii cum fructibus legitimæ remaneant, quibus se alimentare queant. Et sic legatum vsusfructus respectu quintæ partis bonorum semper valebit, quia pro rata legitimæ cessat, secundum Socinum, *consil. 107. nu. 7. volum. 1.* dicens ita iudicatum. Alexander *consil. 29. numer. 2. libr. 4.* Communem dicit Michael Crass. *l. b. sententiarum, §. legitima quæst. 39. num. 23. Anton. Thesaur. Fossanens. decis.* ... Et non valebit in proprietate cum vsufructu quinti, *vt tenet Ayora.*

56 Quia † testator vsumfructum bonorum, & non proprietatem legauit, & quia in bonis legitimæ filiorum legatum vsusfructus non valuit, in fructibus quinti bonorum, in quibus valere potuit, sustinebitur: quia differt vsusfructus a proprietate, & appellatione vsusfructus proprietas non continetur, nisi de voluntate testatoris velle comprehendi constet, *Bartol. in l. fundi Trebetiani, ff. de vsufruct. leg. Crot. in l. re coniuncti, num. 77 ff. de legat. 3. Bellon. consil. 6. num. 6.*

57 Et casus, in † quibus legato vsufructu, proprietas legata censetur, ponit Menoch. *in præsumt. 133. lib. 4. præsumtion.* Et si velles opinionem Ayoræ tenere, attendendum est; qualiter legatum vsusfructus omnium bonorū a marito vxori factum
58 concipiatur. Nam si † simpliciter maritus vxori vsumfructum legauerit, nulla annorum expressione facta, erit vnum legatum per vitam vxoris, *vt in l. 1. ff. quando dies vsusfruct. le-*
59 *gat. cedat.* Cum vero † expressio annorum facta fuerit, erunt plura legata, *vt in l. si Stychum, §. stipulatio ff. de verborum obli-*
60 *gat. & Anton. Capyc. in decis. 203. num. 3. in fin.* Idem erit † si testator dixit, quod legabat vxori vsumfructum, donec caste vixerit, vel donec vidualem vitam egerit, tunc propter illam

dictio-

dictionem (donec) erit legatum annuum, *vt in l. legatum, ff. de ann. legat.* & sic pro primo anno erit purum, pro sequentibus conditionale, *Boer. decis. 44. num. 39. Ruin cons. 43. num. 7. libr. 2. & num. 5. vers. nec obstat, & num. 8. & cons. 46. num. 1 dict. vol. 2.*

Quia quando † fuerit annuum legatum per vitam vxoris, 61
æstimabitur, seruata forma dictæ *leg. hereditatum, ff. ad leg. Falcid.* Si antem annuum fuerit, taxandus erit vsusfructus, *secundum l sancimus, §. si quis autem talem receperit donationem*, vbi annuæ donationes plures iudicantur: & quia annua legata sunt plura legata, *vt in lege senatus, §. final. ff. de mortis causs. donationibus, & leg. cum in annuos, ff. de ann. legat.* vsusfructus cuiuslibet anni taxandus videtur, & non totius vitæ vxoris. Poterit enim contingere, quod primo vel secundo anno moriatur, vel conditio adimpleatur. Et † Iason *post Paul. de Castro, &* 62
alios in l. si Stychum, §. stipulatio, numer. 4. ff. de verbor. obligationib. refert quatuor egregias vtilitates, quod legatum annuum dicatur plura legata continere: quem vide.

Quando † testator, filiis heredibus institutis, in prima par- 63
te testamenti vxori vsumfructum bonorum legauit, & in alia parte eiusdem testamenti alimenta vxori reliquit, sunt variæ Doctorum opiniones, alii tenent, quod sit in mulieris electione vsumfructum, vel alimenta petere: alii tenent vsumfructum deberi: alii alimenta tãtum: & hæc posterior opinio verior videtur; quia a prima dispositione testator abstinuisse credatur: & hanc partem tenent Riminal. *consil. 116. num. 21. libr. 1. Bald. in cons. 68. quos & alios refert & sequitur Menoch. in præsumt. 139. num. 52. lib. 4. præsumt.*

Si maritus † legauerit vxori alimenta, donec caste vixerit 64
cum filiis suis, dicta verba inducunt conditionem, ita quod si vxor cum filiis non vixerit, alimenta amittet: *text. in l qui concubinam, §. vxori, ff. de leg. 3 Bart. in l. 1. col 3 ff. de cond. & demonst. Grat. in respons. 87. a num. 6. vsque ad nu. 10. Ruin. videndus in cons. 42. n. 21. cum seqq. vol. 2. & in cons. 43. & 45. d. vol. 2.*

65 Et quando † maritus vxori alimenta in domo mariti præstanda legauit, ex caussa, vtputa, quia in domo mariti pacifice & honeste viuere non possit, extra domum præstanda sunt, *vt in l. Caio, §. Imperator, ff. de aliment. & cibar. legat. Boer. decis.*
66 *195. num. 6.* Quando testator † vsumfructum omnium bonorum vxori reliquit, donec vixerit, & post eius mortem filium proprium heredem instituit, detracta illa temporis dilatione, filius, quoad legitimam, pure institutus remanet, *ita Ioann. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de pign. §. 1. Alex. in l. filius a patre, col. 9. ff. de liber. & posth. & in l. extraneum, num. 8. in fin. C. de heredibus instit. & ibi Ias. col. 4. vers. primo limita, Socin. Iun. cons. 85. num. 12. lib. 1. Menoch. in cons. 273. num. 3.*

67 In ceteris vero † bonis vltra legitimam filii, & sic in quinta parte bonorum mulier pure instituta heres remanet cum grauamine fideicommissi restituendi dicta bona post mortem dicto filio, *ita Picus in l. Titia, num. 98. ff. de legat. 2. Menoch. in præsumt. 141. num. 10. in fine, lib. 4. præsumt.*

68 Idem est, quando † vxor relicta fuit domina & vsufructuaria, & post eius mortem filius fuit heres institutus, *Picus vbi supra in dict. §. Titia, num. 97. & Menoch. in dict. præsumt. 141. num. 1. cum seqq. vbi alios refert.*

69 Idem † procedit, quando mulier a marito fuit heres omnium bonorum instituta quoad viueret, & post eius mortem filius proprius fuit heres institutus, *ita Ang. in l. si filius a patre, in princip. ff. de liber. & posthum. & ibidem Imola, Bald. in cons. 84. in fine, lib. 4. Mantica in tract. de coniect. vltim. vol. tit. 5. in 8. artic. lib. 4. Menoch. in dict. præsumt. 141. num. 8. in fin.*

70 Idem † seruabitur, quando maritus vxorem heredem instituit in vsufructu omnium bonorum, & post eius mortem filium heredem fecit, *secundum Picum in d. §. Titia, nu. 101. Menoch. in dicta præsumt. 141. num. 23. quem vide.* Et hæc opinio verior videtur de iure, *per ea, quæ ibi tradit Menoch. contra Roman. & Dec. contrarium tenentes.*

Nota,

Nota, quod si testator † vsumfructum, vel alimenta, aut aliquod legatum vxori reliquit, donec cum filiis habitauerit, vel cum onere habitandi cum filiis, si filiæ nondum nubilis ætatis sint, fauore filiarum factum censetur, *ita Ruin. in consil. 46. quem vide volum. 2.* 71

Si testator † legauit fundum vxori, & præcepit, vt post eius mortem ad filias & earum heredes reuertatur: si vna filia tantum supersit, ad illam debet reuerti, & non ad heredes extraneos defunctarum, *ita Ang. in consil. 306. Alexand. consil 36. lib. 3. Aretin. & Socin. Senior in l. Gallus, §. etiamsi parentes, ff. de liber. & posthum.* & ibi Iason, *nu. 34.* dicit communem Menoch. alios referens *in cons. 105. num. 36. lib. 1.* 72

Et si † maritus habitationem vel alimenta vxori legauerit, donec cum filia vixerit, filia mortua adhuc legatum debetur, *Bald. in cons. 247. lib. 4.* 73

Quando † testator legauit vxori vsumfructum fundi, & eius proprietatem cum filios habuerit, nato filio, proprietatis legati dies cedit: etiamsi filius postea decedat, *l. si quis heredem, C. de institut. & substitut. Menoch. in cons. 379. numer. 8.* 74

Quæstio est inter † Doctores, quando maritus vxori vsumfructum bonorum suorum reliquit, & post mortem eius Titium extraneum heredem instituit, vel vxorem in vsufructu bonorum heredem instituit, & post eius mortem Titium heredem fecit: an tale legatum vsusfructus valeat: Et Ioann. Andr. *in addit. ad Specul. in tit. de pign. §. 2. in addit. quæ incipit: Si vsusfructus debebatur*, tenet non valere. Quia legatum non cedit, nisi ab adita hereditate, *vt in l. vnica, §. excepto, C. de caduc. tollend. & l. 1. & 2. ff. quando dies legat. cedat.* Sed hereditas non potest adiri, nisi post mortem vxoris: quia hæc institutio est conditionalis, *vt in l. heres meus, ff. de conditio. & demonstration. l. qui filio, ff de hered. instit. l. si cuius heres, ff. quando dies legat. cedat.* Et quia hereditas adiri non potest, nisi post mortem vxoris, cui relictus est vsusfructus, est nullũ legatum, tanquam 75

collatum in tempus quo desinere debet, *vt in l. vsusfructus, ff. de vsufruct. legat. l. Titio cum moreretur, ff. de vsufruct.* Et quia videtur contrarietatis implicatio, ergo inutile legatum? *l. vbi repugnantia, ff. de regul. iuris, l. si Titius, ff. de condition. instit. l. si Titius, de verbor. oblig.* Quia vt dictum est, dicta institutio est conditionalis post mortem vsufructuariæ, *l. nam & si cum moriar, ff. de condict. indebit. l. dies incertus ff. de condit. & demonstr.* Et sic legatum non potest ante aditionem deberi, post aditionem autem factam minus, quia fienda venit post mortem vsufructuariæ, respectu cuius tēporis testator legare non posset vsumfructum, etiamsi vellet: & quia non potest quid incipere eo casu, quo finiri debet, *l. libertas, ff. de manumiss. testam. l. heres meus, § quamuis, in fi. ff. de condit. & demonstr.*

76 Quibus non † obstantibus contrarium est tenendum, scilicet, quod dictum legatum vsusfructus in vtroq; casu viribus subsistit, & sic vxor vsufructu fruetur, & heres hereditatem statim adire poterit in primo casu, *ita tenent Bald. Paul. Iason in leg. filius a patre, ff. de liberis & posthumis, Bald. in l. id quod pauperibus, quæstion. 14. C. de Episcop. & Cleric. idem in l. extraneum, & ibi Iason & Philip. Corn.* vbi dicit, quod ita iudicatum vidit, *C. de hered. instituendis, Alexand. consi. 162. circa primum, in secundo dubio, libr. 2. & in consil. 58. habita, lib. 3. Socin. in consil. 131. colum. 4. versicul. nec obstat quod vltimo loco, lib. 1. idem Socin. in consil. 1. in 2. quæst. princip. versicul. quoad primam, libr. 4.* vbi communem dicit Cardinal. Paris. *consil. 95. num. 43. lib. 2.* vbi communem esse testatur Roman. *in consil. 71. & ibi additur in litera A.* In secundo casu quando vxor fuit heres instituta in vsufructu & post eius mortem alius: idem tenet, quod sit legatum, Additio ad Alexand. *in consi. 162. in litera B. prope finem, lib. 2.* tanquam institutus in re certa dato coherede vniuersali: & ad idem allegat Paul. Picum, *in l. Titia, in repetitione § Titia, cum nuberet, quæst. 26. & quæst. 59. carta 20. ff. de legat. 2 idem tenet Alexand. in l. filius a patre, ff. de liber. & posthum. Corn. in dicta l. ex-*

traneum, num. 6. versicul. si vero vxor est instituta, C. de hered. institu. Ruin. consil. 36. num. 3. lib. 2. Couarr. lib. 2. variar. resol. cap. 2. num. 5. versic. & idem erit, Beroius in cons. 58. num. 6. lib. 2. Menoch. in cons. 273. num. 4. vers. quartus & vltimus, lib. 3.

De iure † autem Regio attenta *l. 1. tit. 4. lib. 5. noua Recopil.* 76
sine dubio dictum legatum vsusfructus in dictis casibus valebit, cum ad validitatem legatorum aditio hereditatis, per *d. l. Regn.* non requiratur post hæc scripta, ita inueni tenere Matienco *in dicta l. 1 glos. 14. num. 35. & 36.* contra Tellum ibi alleg. vbi tenet vsumfructũ legatũ ante aditam hereditatẽ deberi.

Aduertendum est, quod † est communis opinio Docto- 77
rum, quod in dicto vltimo casu quando vxor fuit heres in vsufructu instituta, quod efficitur heres vniuersalis, etiam in proprietate bonorum cũ grauamine restituendi per fideicommissum dicta bona heredi post eius mortem instituto, *vt tradit Menoch. in præsumt. 141. num. 26. 27. & 28.* vbi contrarium tenentes refert: & retenta dicta communi opinione habebit locum quarta Trebellianica, *& Menoch. vbi supra in d. nu. 28.*

Dubium est, quãdo † testator legauit vxori vsumfructum 78
omnium bonorum, & adiecit, quod vxor vestiatur, & alimẽtetur de bonis suis, annuum legatum in aliud transfundatur? Et Bald. *in consil. 237. volum. 1. in princip.* arguit pro vtraque parte, & concludit, tam legatum vsusfructus, quam alimentorum vxori deberi, & vtrunq; illi præstandum fore. Nam sicut si esset diuersis legatariis legatum, non facerent sibi partes per concursum quasi legatarii diuersarum rerum, *l. si alii, §. rerum, ff. de vsufruct.* & quia a rigore verborum non est recedendum, *l. si alii, ff. de vsufruct. legat.* & quod alias sequeretur, quod si vni esset legatus vsusfructus vnius fundi, imputaretur legato alimentorum eidem facto, quod est falsum, & quia sequeretur, quod legatarius videretur grauatus sibi ipsi restituere, quod esse non potest, quia legata ad onus heredis, apposita intelliguntur, *leg. final. C. ad Trebellianum.*

79 Quando † mulier heres & vsufructuaria ad vitam instituta a marito fuerit, non in proprietate bonorum, sed in vsufructu eorum instituta censetur secundum communem opinionem Doctorum, de qua testatur Paulus de Montepico *in l. Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, quæstione 26. & 79. ff. de legat. 2. Carol. Ruin. in consf. 51. num. 15. & consf. 54. num. 16. & 17. & consf. 216. num. 21. lib. 2. vide supra num. 77.*

80 Quod si † heredibus extraneis institutis aliqua prædia testator prælegauerit, & postea vxori omnium bonorum vsumfructum reliquerit, vsumfructum prædiorum prælegatorum vxor non habebit, *secundum Iasonem in l. cum quæstion. C. de legat. allegat. Bald. in l. quoties in fin. famil erciscund. Angel. in* §. *1. Institut. de vsufruct.* quem sequi videtur Ayora, dum hanc partem tuetur, & sequitur *in tract. partitar. 2. part. quæst. 25. in princip.* per regulam: *Generi per speciem derogatur.* Contrarium videtur probari *in l. Sempronio, ff. de vsufruct. legat.* cuius verba sic se habent: *Sempronio ea, quæ viuus præstabam, dari volo.* Is etiam habitabat in testatoris domo, quæ vni ex heredibus prælegata erat. Quæsitum est, *an habitatio quoque deberetur?* Respondi: Nihil proponi, cur non debeatur; & ita videtur tenere Paul. *in 2. part. consf. 4. in 2. col.* facit quod tradit Alexand. *in consf. 25. volum. 1. colum. vlt. ibi: sed quando testator, idem videtur tenere Bart. in d. l. Sempronio, & in l. quæsitum, §. penult. ff. de fund. instruct.* Et hæc opinio mihi verior videtur, *quæ in d. l. Sempronio,* probari videtur: & hanc partem sequitur Paul. Picus *in d. §. Titia, num. 168. vers. Octogesimo, Gabriel in consf. 3. num. 6. Menoch. in præsumt. 140. num. 10. lib. 4. præsumt.* Non obstat dicta regula: Generi per speciem derogatur, quæ tunc procederet, quando appellatione fundi, vsusfructus contineretur, & quia vsusfructus differt a proprietate, *Bar. in l. fundi Trebellani, ff. de vsufruct. leg. Crot. in l. re coniuncti, num. 77. ff. de legat. 3.* nimirum
81 si in legato † vniuersali veniat vsusfructus fundi prælegati. Sed Carol. Ruin. *in consf. 35. num. 10. vol. 2.* tenet, quod si heredibus insti-

institutis maritus vsumfructum bonorum vxori legauit, heredes & vxor in vsufructu concurrent: & mulier dimidiam vsusfructus partem habebit, ad quod allegat Bart. *in d. l. Sempronio, in princ. per text. in d. l. si alii, ff. de vsufruct. legat.* ad idem
allegat Paul. de Castr. *in cons. 118. lib. 1. incipient. Quod* † *vxor* 82
quondam Ristorii, vbi tenet, quod si filius sit heres institutus, & vxori sit relictus vsusfructus omnium bonorum, quod legatum in illo casu intelligitur, vt verba sonant, & non de alimentis, & quod vxor habebit dimidiam partem vsusfructus formalis, & si filius aliam dimidiam vsusfructus casualis, *per text. in l. si quis Titio, in princip. ff. de vsuf. accrescen. & dicta l. si alii, ff. de vsufruct. legat secundum Alexand. in consil. 56. alias, 54. perlectis verbis testamenti. volum. 3. & ibi additio in litera A, versic. & indiuiduo.* Quod videtur non posse procedere, *vt supra num.*
44. & 45. diximus, cum † respectu legitimæ filius in legitima 83
etiam in vsufructu grauari non possit, *vt in dict. authent. nouissima, & ibi communiter Doct.* & respectu quintæ partis vsusfructus tantum valebit. Vide Ruin. *cons. 40. lib. 2. Paul. Picum in d. §. Titia, num. 30. & 31. numer. 82. Socin. Sen. in cons. 1. 2. & 3. libr. 4. Paris. in cons. 94. num. 45. & cons. 97. num. 21. lib. 2.*

Si testator † vsumfructum omnium bonorum legauerit, 84
fructus redditus & prouentus in legato veniunt, *Paul. Roman. & Doctor. in l. diuortio, §. si vir in feudo, ff. solut. matrimon. l. vsufructu legato cum tribus legibus sequentibus, & ibi Bart. Ang. Bald. & Alber. ff. de vsufructu, l. quoties, §. fin. ff. eodem titul. l. generali, §. vxori meæ, & ibi Bartol. ff. de vsufruct. [illegible]. vide Menoch. præsum. 142 lib. 4.*

Et an in legato † omnium bonorum vxori facto veniant 85
venalia, tradit Bart. *in l. generali, ff. de vsufruct. legat.* vbi tenet, quod si testator simpliciter relinquit vsumfructum omnium rerum suarum, veniunt etiam venalia, *per text. in l. pediculis, §. Labeo ff. de auro & argento legat. iuncta l. Iulianus, in princ. ff. de legat. 3.* Paulus † tamē *in l. 1. C. de verb. sig.* tenet, q. si emtor equo- 86

79 Quando † mulier heres & vsufructuaria ad vitam instituta a marito fuerit, non in proprietate bonorum, sed in vsufructu eorum instituta censetur secundum communem opinionem Doctorum, de qua testatur Paulus de Montepico *in l. Titia cum testamento, §. Titia cum nuberet, quæstione 26. & 79. ff. de legat. 2. Carol. Ruin. in cons. 51. num. 15. & cons. 54. num. 16. & 17. & cons. 216. num. 21. lib. 2. vide supra num. 77.*

80 Quod si † heredibus extraneis institutis aliqua prædia testator prælegauerit, & postea vxori omnium bonorum vsumfructum reliquerit, vsumfructum prædiorum prælegatorum vxor non habebit, *secundum Iasonem in l. cum quæstion. C. de legat. allegat. Bald. in l. quoties in fin. famil erciscund. Angel. in §. 1. Institut. de vsufruct.* quem sequi videtur Ayora, dum hanc partem tuetur, & sequitur *in tract. partitar. 2. part. quæst. 25. in princip.* per regulam: *Generi per speciem derogatur.* Contrarium videtur probari *in l. Sempronio, ff. de vsufruct. legat.* cuius verba sic se habent: *Sempronio ea, quæ viuus præstabam, dari volo.* Is etiam habitabat in testatoris domo, quæ vni ex heredibus prælegata erat. Quæsitum est, *an habitatio quoque deberetur?* Respondi: Nihil proponi, cur non debeatur; & ita videtur tenere Paul. *in 2. part. cons. 4. in 2. col.* facit quod tradit Alexand. *in cons. 25. volum. 1. colum. vlt. ibi: sed quando testator, idem videtur tenere Bart. in d. l. Sempronio, & in l. quæsitum, §. penult. ff. de fund. instruct.* Et hæc opinio mihi verior videtur, *quæ in d. l. Sempronio,* probari videtur: & hanc partem sequitur Paul. Picus *in d. §. Titia, num. 168. vers. Octogesimo, Gabriel in cons. 3. num 6. Menoch. in præsumt. 140. num. 10. lib. 4. præsumt.* Non obstat dicta regula: Generi per speciem derogatur, quæ tunc procederet, quando appellatione fundi, vsusfructus contineretur, & quia vsusfructus differt a proprietate, *Bar. in l. fundi Trebelliani, ff. de vsufruct. leg. Crot. in l. re coniuncti, num. 77. ff. de legat. 3.* nimirum

81 si in legato † vniuersali veniat vsusfructus fundi prælegati. Sed Carol. Ruin. *in cons. 35. num. 10. vol. 2.* tenet, quod si heredibus

insti-

institutis maritus vsumfructum bonorum vxori legauit, heredes & vxor in vsufructu concurrent: & mulier dimidiam vsusfructus partem habebit, ad quod allegat Bart. *in d. l. Sempronio, in princ. per text. in d. l. si alii. ff. de vsufruct. legat.* ad idem allegat Paul. de Castr. *in cons. 118. lib. 1. incipient. Quod* † *vxor* 8.
quondam Ristorii, vbi tenet, quod si filius sit heres institutus, & vxori sit relictus vsusfructus omnium bonorum, quod legatum in illo casu intelligitur, vt verba sonant, & non de alimentis, & quod vxor habebit dimidiam partem vsusfructus formalis, & si filius aliam dimidiam vsusfructus casualis, *per text. in l. si quis Titio, in princip. ff. de vsuf. accrescen. & dicta l. si alii, ff. de vsufruct. legat secundum Alexand. in consil. 56. alias, 54. perlectis verbis testamenti. volum. 3. & ibi additio in litera A, versic. & indiuiduo.* Quod videtur non posse procedere, *vt supra num. 44. & 45. diximus*, cum † respectu legitimæ filius in legitima 83
etiam in vsufructu grauari non possit, *vt in dicta authent. nouissima, & ibi communiter Doct.* & respectu quintæ partis vsusfructus tantum valebit. Vide Ruin. *cons. 40. lib. 2. Paul. Picum in d. §. Titia, num. 30. & 31. numer. 82. Socin. Sen. in cons. 1. 2. & 3. libr. 4. Paris. in cons. 94. num. 45. & cons. 97. num. 21. lib. 2.*

Si testator † vsumfructum omnium bonorum legauerit, 84
fructus redditus & prouentus in legato veniunt, *Paul. Roman. & Doctor. in l. diuortio, §. si vir in feudo, ff. solut. matrimon. l. vsufructu legato cum tribus legibus sequentibus, & ibi Bart. Ang. Bald. & Alber. ff. de vsufructu, l. quoties, §. fin. ff. eodem titul. l. generali, §. vxori meæ, & ibi Bartol. ff. de vsufruct.* [illegible]*. vide Menoch. præsum. 142 lib. 4.*

Et an in legato † omnium bonorum vxori facto veniant 85
venalia, tradit Bart. *in l. generali. ff. de vsufruct. legat.* vbi tenet, quod si testator simpliciter relinquit vsumfructum omnium rerum suarum, veniunt etiam venalia, *per text. in l. pediculis, §. Labeo ff. de auro & argento legat. iuncta l. Iulianus, in princ. ff. de legat. 3.* Paulus † tamē *in l. 1. C. de verb. sig.* tenet, q. si emtor equo- 86

rum legat equos suos, non videtur venales legare, *l. suos, in fin. ff. de leg. 3.* & idem dicit procedere in aliis mercatoribus, *l. qui tabernam, in princ. ff. de pignor.*

87 Et † Alexand. *in d. l. generali, §. 1.* inquit, quod in legato omnium, quæ domi sunt, non veniunt vinum, frumentum equus, & alia similia venalia. Idem Iason *in d. l. 1. C. de verborum signific.* Nisi testator tantum venalia habuerit: nam tunc venalia in legato venient, *text. in l. fundus qui locatus, ff. de fun. instruct. instrumentoque legat. & in l. pediculis, §. item cum quæritur, & ibi gloss. & Bart. ff. de aur. & argent. legat. Bald. in rubr. C. de verbor. signific. in q. 4 Paul. in dict. l. 1. C. eodem tit. Hippol. de Marsil. in l. 1. §. si seruus, in 1. col. ff. de quæstion. Bald. in l. 1. ff. de stat. homin. Ludouic. sing. 432. & in 2. volum. communium opinion. pag. 12. nu-*

88 *mer. 70. & 78.* Sic dictæ † opiniones conciliantur, quod si testator dicat: *Lego vsumfructum omnium bonorum meorum, etiam venalia in legato veniunt,* nisi verba limitatiua ponantur, *secundum Bart. in d. l. generali, §. vxori meæ, ff. de vsufruct. legat.* Si vero verbum vniuersale: *Omnium,* non ponatur, venalia non venient. *Alexand. in d. §. vxori, Dec. in l. 1. num. 18. ff. de regul. iur. & alii multi Doct. quos refert Pinel in rubr. C. de bonis matern. in 1. par. num. 38.* de quo vide late Menoch. *in præsumt. 137. libr. 4 præsumt. per totam:* vbi *num. 6.* tenet cum Pinello *vbi supra,* & Couarr. *in c. 5. lib. 2. variar. resolut.* indefinitam æquipollere vniuersali, *per l. si pluribus, ff. de legat. 2.* Vt si testator dixit: *Lego res*

89 *mobiles, lego vsumfructum rerum mearum.* Et an † in legato bonorum mobilium vel vsusfructus pecunia veniat: Vide Menoch. *in præsumt. 138. in d. lib. 4.*

90 Quando maritus † vsumfructum bonorum vxori legauit, veniunt in legato lucra, quæ ex pecunia defuncti ante eius mortem, & eius caussa hereditati obuenerint: lucra vero, quæ heredes sua negotiatione acquisierint, nulla mora præcedente, non veniunt, *vt in l. vxori vsufructu. & ibi gloss. & Bart. ff. de vsufruct. legat. Ayora in tract. part. 2. p. q. 22.*

Nota,

Nota, quod † si maritus legauit vxori vsumfructum, & post 91
eius mortem Titio, illa verba: *post eius mortem*, vendicant sibi locum, etiamsi vxor non moriatur, sed ad secundas nuptias transierit, *secundum Ioann. Andr. in additionib. ad Specul. in tit. de secund. nupt.* Quia si de hoc casu fuisset testator interrogatus, idem quod in casu mortis respondisset, *l. Titius, §. Lucius, ff. de liber. & posthum.* Quam dicit communem opinionem Grat. *in respons. 124. num. 14 & 15. lib. 2.*

Quando maritus † instituit vxorem heredem vniuersa- 92
lem omnium bonorum, donec vixerit, & post eius mortem alium extraneum heredem fecit, mulier pure & sola heres remanet, cum grauamine restituendi hereditatem alii post eius mortem heredi instituto: quia vt verba deseruiant intentioni testatoris impropriantur, & quia duo heredes diuersis temporibus esse non possunt, *ita Ang. in consil. 150. in fine, idem Ang & Ioann. de Imol. in l. filius a patre, ff. de liber. & posth. & ibidem Bald. Imol. in l. hereditas ex die, col. 5. in princip. ff. de hered. inst. Bald. in l. miles ita, in princ. ff. de testament. milit. Paul. de Castr. in l. certi, C. de testament. milit. Aret. in d. l. filius a patre, in tertio casu, Gom. in l. extraneum, num. 12. C. de hered. instit. Socin. Sen. in cons. 74. num. 7. lib. 1. Dec. in cons. 278. num. 2. & Picus in d. §. Titia, num. 106. in fin. vers. aliquando & vltimo:* quam dicit magis communem opinionem, & eam sequitur Greg. Lup. *in l. 15. in verb. Fasta tal dia, titul. 3. part. 6.* Quod procedit, etiamsi simpliciter heres vniuersalis vxor per tempus vitæ suæ instituta sit, cum onere, quod post eius mortem omnia bona sine aliqua diminutione alicuius Trebellianicæ ad heredem extraneum perueniant, *ita Cephal in cons. 472. num. 59. & num. 6. Menoch. in præsumt. 141. num. 49. lib. 4.* vbi *num. 50.* extendit dictam conclusionem, vt locum habeat, quando post mortem vxoris loca pia instituta sunt, *secundum Bald. in d. l. miles ita, in princip ff. de milit. testament. & in l. id quod pauperibus, num. 27. C. de Episcop. & Cleric. & in l. extraneum, num. 3. C. de hered. instit.*

ibidem Corn. n. 6. Dec. in l. certi iuris, in fin. C. de milit. testament. & in d. cons. 278. num. 2. Paul. de Castro in l. hereditatum, num. 7. C. ad leg. Falcid. Quæ dicta sunt, intelligit Imol. & ceteri Dd. *vbi supra*, nisi coniecturis ex voluntate testatoris aliud colligatur.

93 Notandum † est, quod si maritus instituit fratrem heredem, relicto vxori vsufructu bonorum, & præcepit heredi, ne vxorem in vsufructu molestaret, & alias, quod vxor, vel alius hereditatem consequeretur, quod talis pœna & conditio tenet, *vt in l. 1. C. de his quæ pœn. nom. Bart. & Imol. in l. Paterfamilias, ff. de hered. instit. Greg. in d. l. 15, in d. verb. Fasta tal dia, versic. quod etiam, tit. 3. part. 6.*

94 Vsufructu † omnium bonorum vxori legato per verba ad ipsam vxorem directa, vt quia dixit testator: *Vsumfructum omnium bonorum vel fundi Tribatiani vxori do, lego*, ius vsusfructus, & non vsusfructus, legatum videtur; *ita Bartol. in l. fundi Tribatiani, num. 5. ff. de vsufructu, legat. Alex. in cons. 214. num. 1. lib. 6. Ruin. in cons. 4. num. 12. lib. 3. Menoch. in cons. 330. nu. 8. lib. 4.* vbi tenent, quod quando legatum vsusfructus alicuius fundi dirigitur ad legatarium, ius vsusfructus censetur legatum.

95 Sed † Ayora *in tract. partitionum 2. par. q. 24.* nititur probare, quod attento communi vsu loquendi, qui seruandus & attendendus est, vsufructu omnium bonorum a marito vxori legato, non videtur legatum ius vsusfructus formalis, sed simplex vsus & fructus bonorum. Ego non video dictum communem vsum loquendi ab Ayora probatum, neque fundatum, & quilibet præsumitur ius scire, & iuris ignorantia neminem excusat, *vt in regul. ignorantia, de reg. iuris in 6. l. regul. ff. de iur. & fact. ignor.* & semper testator visus est iure cōmuni vti.

96 Et quando † testator legat vxori bonorum suorum vtilitatem, perinde est ac si vsumfructum legasset, *Rom. in sing. quinquagesimo nono Romæ, Dec. in l. semper in obscuris, num. 6. in fin. ff. de regul. iur. Menoch. in præsumt. 134. num. 15. lib. 4.* Et si appellatione vtilitatis vsusfructus continetur, quanto magis in ipso

pro-

proprio nomine cõtinebitur? Et ideo nomẽ hoc (vsufructuaria.) significat sui proprietate ipsum vsumfructum, *vt tradunt Bart. in d. l. fundi Trebatiani, ff. de vsufr. legat. Belcon. in cons. 6. n. 6. Crot. in l. re coniuncti, num. 77. ff. de legat. 3. & in cons. 162. n. 9. lib. 2.* & a sermonis proprietate non est recedendum, *l. non aliter, ff. de leg. 3. l. si alij, ff. de vsufruct. legat.* Nisi † coniecturata testato- 97
ris mens & voluntas vrgeat, vt fit in casibus, in quibus ex coniecturata mente testatoris vsufructu legato, vsus tantum legatus videtur, quorum vnus est, quando testator reliquit vsumfructum pro indigentia, seu pro necessitate, *Crauet. in cons. 25. num. 27. Paul. de Castro in cons. 371. viso puncto suprascripto & testamento, colum. 1. vers. 2. ratio, lib. 1. Caualcan. in tractat. de vsufructu mulieri relicto, num. 21. Hieronym. Gabriel. in consil. 108. num. 29. & numer. 48. & 49. libr. 2. Menoch. qui alios casus ponit in præsumt. 135. num. 3. libr. 4.* Idem Menoch, *in præsumt. 136. dict. libr. 4.* refert casus, in quibus vsusfructus tantum, & non ius vsusfructus legatus censetur.

Opinio Ayoræ procedere posset, quando ex coniecturata voluntate testatoris colligeretur, velle simplicem vsumfructum, & vsum vxori tantum relinquere. Vide Crauett. *consil. 232. num. 8. vers. sed magis, Bald. cons. 325. lib. 1.*

Vxor vsufructuaria † omnium bonorum, debita hereditaria soluere non tenetur, quia idem est in quolibet alio omniũ 98
bonorum vsufructuario, quia æris alieni solutio ad heredem pertinet, *vt tenet Bald. in consil. 187. libr. 2. Paul. de Castr. in l. vltim. § sin autem, C. de bonis quæ liberis, & in consil. 294. libr. 2. Alexand. in l. si filio, §. si vir, ff. solut. matrimon. Guido Pap. in quæst. 541. Ruin. in consil. 51. numer. 14. lib. 4. Ias. in l. 1. col. 2. ff. ad leg. Falcid. Dec. in cons. 485. & in cons. 599. num. 3. Crauett. in consil. 187. numer. 1. Couar. alios referens in c. 2. n. 4. lib. 2. var. resol.* Et in muliere vsufructuaria omnium bonorum a marito relicta, loquuntur Bal. *in cons. 87. vol. 5. Rub. in cons... col. vlt. Bellon. cons. 7. n. 4. & 5. Picus in l. Titia, §. Titia, n. 153. ff. de leg. 2. Menoch. in præsum. 143.*

proprio nomine cõtinebitur? Et ideo nomẽ hoc (vsufructuaria) significat sui proprietate ipsum vsumfructum, *vt tradunt Bart. in d. l. fundi Trebatiani, ff. de vsufr. legat. Belcon. in cons. 6. n. 6. Crot. in l. re coniuncti, num. 77. ff. de legat. 3. & in cons. 162. n. 9. lib. 2.* & a sermonis proprietate non est recedendum, *l. non aliter, ff. de leg. 3 l. si alii, ff. de vsufruct. legat.* Nisi † coniecturata testatoris mens & voluntas vrgeat, vt fit in casibus, in quibus ex coniecturata mente testatoris vsufructu legato, vsus tantum legatus videtur, quorum vnus est, quando testator reliquit vsumfructum pro indigentia, seu pro necessitate, *Crauet. in cons. 25. num. 27. Paul. de Castro in cons. 371. viso puncto suprascripto & testamento, colum. 1. vers. 2 ratio, lib. 1. Caualcan. in tractat. de vsufructu mulieri relicto, num. 21. Hieronym. Gabriel. in consil. 108. num. 29 & numer. 48. & 49. libr. 2. Menoch. qui alios casus ponit in præsumt. 135. num. 3 lib. 4.* Idem Menoch, *in præsumt. 136. dict. libr. 4.* refert casus, in quibus vsusfructus tantum, & non ius vsusfructus legatus censetur. 97

Opinio Ayoræ procedere posset, quando ex coniecturata voluntate testatoris colligeretur, velle simplicem vsumfructum, & vsum vxori tantum relinquere. Vide Crauett. *consil. 232. num. 8. vers. sed magis, Bald cons. 325. lib. 1.*

Vxor vsufructuaria † omnium bonorum, debita hereditaria soluere non tenetur, quia idem est in quolibet alio omniũ bonorum vsufructuario, quia æris alieni solutio ad heredem pertinet, *vt tenet Bald. in consil. 187. libr. 2. Paul. de Castr. in l. vltim. § sin autem, C. de bonis quæ liberis, & in consil. 294. libr. 2. Alexand. in l. si filio, §. si vir, ff. solut. matrimon. Guido Pap. in quæst. 541. Ruin. in consil. 51. numer 14. lib 4. Ias. in l. 1. col. 2 ff. ad leg. Falcid. Dec. in cons. 485. & in cons. 590. num. 3. Crauett. in consil. 187. numer. 1 Couar. alios referens in c. 2. n. 4. lib. 2. var. resol.* Et in muliere vsufructuaria omnium bonorum a marito relicta, loquuntur Bal. *in cons. 87. vol. 5. Rob. in cons... col. vlt Bellon. cons. 7. n. 4. & 5 Picus in l. Titia, §. Titia, n. 153. ff. de leg. 2. Menoch. in præsum. 143.* 98

n.15.lib.4.Ayora in tract.partit.q.21.in princ.in 2.p. Quę sententia probatur *in l.fin.ff.de vsufruct.leg.& in l.vsuf.ff.ad leg.Falcid.*

99 Idem † locum habet quando testator legauit vsumfructum dimidiæ vel tertiæ partis bonorum, *Couarr. vbi supra, numer. 2. secundum Bart. in d. l. fin. num. 3.* vel quando rerum suarum, vel partis earum vsumfructum legauit, *Bart. vbi supra, num. 3.*

100 Heres tamen † poterit de bonis hereditariis dicta debita hereditaria soluere, tot bona vendendo, quæ ad æris alieni solutionem sufficiant, *ita Bald. in d. cons. 87. in fin. lib. 5. & in consil. 21. libr. 2. Alexand. in l. vsufructu. ff. ad legem Falcid. Ruin. in cons. 41. num. 12. & in consil. vltim. num. 30. lib. 2. Dec. in consil. 485. in fin. & in consil. 590. col. vltim. & in consil. 560. in fin.* Vbi communem opinionem esse testatur Crauett. *in cons. 187. col. 1. Roland. in cons. 8. num. 13. lib. 2.* Quæ sententia probatur *in dict. l. fi. ff. de vsufruct. legat. & in l. vsufructu. ff. ad leg. Falcid.* Et quia bona dicuntur deducto ære alieno, *vt in l. subsignatum, §. bona, ff. de verb. sign.*

101 Sed si † alicuius fundi vel certarum rerum vsusfructus relictus sit, de tali fundo vel rebus æs alienum soluendum non est, sed de aliis rebus hereditariis, vel de suis rebus heres soluere tenetur & debet, *vt in d. l. fin. ff. de vsufruct. leg. disponitur, & ibi Bart. l. 1. §. si heres. ff. ad Trebell. Couar. in d. c. 2. n. 1. Ayora in d. q. 21. Menoch. videndus in d. præsum. 243 lib. 4.* vbi *n. 20. cũ seqq.*
102 ponit coniecturas, ex quibus † colligitur testatorem voluisse heredem de bonis suis debita soluere in dictis casibus, in quibus de iure non tenebatur.

SVMMARIA.

1 *Bona paterna & materna diuidi æqualiter debent inter filios primi & secundi matrimonii.*

2 *Bona, quæ titulo lucratiuo acquisiuit mater a primo marito, vel heredauit ab aliquo filio primi matrimonii, sunt æqualiter diuiden-*

uidenda inter filios primi & secundi matrimonii, quando mater nupsit cum licentia expressa vel tacita filiorum primi matrimonii.

3. *Mater secundo nubens cum licentia & voluntate primi mariti non incurrit in pœnam secundo nubentium.*

4. *Mater minor viginti quinque annis, secundo nubens, non incurrit in pœnam secundo nubentium, etiamsi intra annum luctus maior efficiatur.*

5. *Mater acquirit pleno iure bona, quæ filius primi matrimonii ei relinquit in testamento titulo institutionis vel legati, & ita æqualiter inter filios primi & secundi matrimonii sunt diuidenda.*

6. *Mater secundo nubens acquirit pleno iure bona, quæ acquisiuit filius ab auo, vel abauo, vel ab extraneis, quando illi ab intestato succedit, & ideo æqualiter inter filios primi & secundi matrimonii diuidi debent.*

7. *Mater secundo nubens cum licentia Principis, non incurrit in pœnam secundo nubentium.*

8. *Mater acquirit pleno iure bona, quæ heredauit a filio secundi matrimonii, quando tertias nuptias non contraxit.*

9. *Mater secundo nubens non perdit bona, quæ ei donauerunt consanguinei mariti vel alii extranei, etiamsi contemplatione mariti donauerint.*

10. *Pactum reciprocum de donatione vel successione inter sponsum vel sponsam an valeat; num. 10. cum sequentibus, vsque ad num. 22.*

11. *Pactum tituli de pactis conuentis inter vir. & vxorem, C. videtur esse validum, quod approbatur per l. 23. tit. 11. part. 4.*

12. *Donationes inter sponsum & sponsam factæ, non valent, quando earum effectus in tempus matrimonii confertur.*

13. *Donationes reciprocæ inter virum & vxorem factæ valent.*

14. *Donatio mutua siue reciproca non est donatio, sed debiti soluti permutatiue compensatio.*

uidenda inter filios primi & secundi matrimonii, quando mater nupsit cum licentia expressa vel tacita filiorum primi matrimonii.

3. *Mater secundo nubens cum licentia & voluntate primi mariti non incurrit in pœnam secundo nubentium.*

4. *Mater minor viginti quinque annis, secundo nubens, non incurrit in pœnam secundo nubentium, etiamsi intra annum luctus maior efficiatur.*

5. *Mater acquirit pleno iure bona, quæ filius primi matrimonii ei relinquit in testamento titulo institutionis vel legati, & ita æqualiter inter filios primi & secundi matrimonii sunt diuidenda.*

6. *Mater secundo nubens acquirit pleno iure bona, quæ acquisiuit filius ab auo, vel ab auo, vel ab extraneis, quando illi ab intestato succedit, & ideo æqualiter inter filios primi & secundi matrimonii diuidi debent.*

7. *Mater secundo nubens cum licentia Principis, non incurrit in pœnam secundo nubentium.*

8. *Mater acquirit pleno iure bona, quæ heredauit a filio secundi matrimonii, quando tertias nuptias non contraxit.*

9. *Mater secundo nubens non perdit bona, quæ ei donauerunt consanguinei mariti vel alii extranei, etiamsi contemplatione mariti donauerint.*

10. *Pactum reciprocum de donatione vel successione inter sponsum vel sponsam an valeat; num. 10. cum sequentibus, vsque ad num. 22.*

11. *Pactum tituli de pactis conuentis inter vir. & vxorem, C. videtur esse validum, quod approbatur per l. 23. tit. 11. part. 4.*

12. *Donationes inter sponsum & sponsam factæ, non valent, quando earum effectus in tempus matrimonii confertur.*

13. *Donationes reciprocæ inter virum & vxorem factæ valent.*

14. *Donatio mutua siue reciproca non est donatio, sed debiti soluti permutatiue compensatio.*

15 *Donatio reciproca quingentos solidos excedens, non indiget insinuatione.*

16 *Donatio mutua non reuocatur natiuitate filiorum.*

17 *Donatum reciproce non repetitur, etiamsi naturaliter tantum debitum esset.*

18 *Donationes reciproca, caussis onerosis aequiparantur.*

19 *Donatio reciproca & remuneratoria, non reuocatur per transitum ad secundas nuptias.*

20 *Pacta vicissitudinaria de futura successione in tota hereditate, non valet inter sponsum & sponsam.*

21 *Pacta reciproca super certis rebus de futura successione, valent inter sponsum & sponsam.*

22 *Pactum reciprocum de succedendo in omnibus bonis, est captatorium, & tollit liberam testandi voluntatem.*

23 *Donatio omnium bonorum post mortem collata valet.*

24 *Vtile per inutile non vitiatur.*

25 *Consuetudo loci vbi matrimonium contrahitur est seruanda.*

26 *Pacta reciproca de succedendo, si quinque testes adhibeantur, videntur habere vim vltimae voluntatis.*

27 *Sponsus potest donare sponsa in praemium virginitatis vel nobilitatis, quia est renuntiatoria donatio.*

28 *Viuere quis praesumitur vsque ad centum annos.*

29 *Iura dubia faciunt valere, quod alias non valeret, & ideo damnum occursum compensatur cum lucro, quod obuenire poterat.*

30 *Donationes propter nuptias de consuetudine non fiunt.*

31 *Pactum reciprocum inter maritum & vxorem vel sponsum & sponsam factum, debet esse omnino aequale, num. 31 & 32.*

32 *In eo quod plus est, inest minus.*

33 *Dotis titulus est onerosus respectu mariti, quamuis interueniat pactum de lucranda dote.*

34 *Donatio reciproca & remuneratoria non est in eo, quod donatum vel merita excedit, sed mera donatio.*

35 Fru-

35 *Fructus donationis reciproca qualiter sunt taxandi.*
36 *Fructus bonorum aduentitiorum filiorum sunt patris.*
37 *Contractus non debet claudicare.*
38 *Mulier radiis mariti nobilitatur.*
39 *Pater vel mater transiens ad secundas nuptias perdit proprietatem bonorum, de quibus ibi num. 39.*
40 *Pœnæ secundo nubẽtibus impositæ, sunt sublatæ de iure Canonico.*
41 *Pœnæ secundo nubentibus impositæ in fauorem filiorum primi matrimonii, non sunt hodie sublatæ de iure Canonico.*
42 *Pœnæ intra annum luctus secundo nubentibus impositæ, sunt sublatæ.*
43 *Pœnæ impositæ secundo nubentibus intra annum luctus in fauorem filiorum, & non in odium secundo nubentium, non sunt sublatæ; & ideo mulier secundo nubens intra annum luctus amittit non solum proprietatem, sed etiam vsumfructum.*
44 *Pœnæ secundo nubentium in fauorem filiorum inductæ, extenduntur ad nepotes & pronepotes, & illis prosunt.*
45 *Filius non transfert ad heredes suos, quod acquisiuit ex transitu matris ad secundas nuptias, si in vita non fuit conquestus.*
46 *Mulier luxuriose viuens post mortem mariti amittit proprietatem & vsumfructum bonorum, quæ habuit a marito, & de quibus in l. fœminæ, C. de secund. nupt. & arrhas, & partem lucrorum, etiamsi post annum luctus luxuriose viuat.*
47 *Secundo nubentium pœnæ procedunt in omnibus ascendentibus.*

CAPVT XII.

Qualiter hereditas diuidenda sit, quando filii primi & secundi matrimonii concurrunt.

IN iudicio familiæ erciscundæ solent multoties filii primi & secundi matrimonii concurrere: & tunc aduertendum est, quod † si de hereditate patris agatur, siue filii 1
sint vtrinque coniuncti siue non, dum tamen ab eodem patre sint procreati, inter eos bona paterna pro æqualibus

partibus diuidenda ſunt; & ſi de matris hereditate agatur, ſimiliter non facta diſtinctione ſint vel non vtrinque coniuncti, bona materna æqualiter inter eos diuidi debent.

2 Quod procedit † etiam in bonis, quæ mater habuit donatione vel legato, vel alio quocunque titulo a primo marito, vel ab inteſtato heredauit ab aliquo filio primi matrimonii, quando expreſſo vel tacito conſenſu filiorum primi matrimonii ſecundo nupſit: quia in hoc caſu mater acquirit proprietatem dictorum bonorum, & non tenetur eam filiis primi matrimonii reſeruare, & tanquam in bonis matris filii primi & ſecundi matrimonii pro æqualibus partibus admittendi ſunt: quia propter conſenſum filiorum non incurrit in pœnam ſecundo nubentis *ita Rodolphus conſil. 569 num. 168. vol. 5. Ciſuent. in l. 15 Taur. per gloſ. in authent. de non eligend. ſecundo nubent. in princip. verb. copulantur, & Anton. Gabriel in lib. 3. communium opinion. titul. de ſecund. nupt. concluſ. 1. num. 34. Meneſſes plures referens in l. cum donationis, nu. 5. C. de tranſact. Angel. Baldus, & alii quos refert Decius in l. nemo fraudare, ff. de regul. iur. & idem Dec. rubr. de ſecund. nupt. 185. num. 20.* quam opinionem reprobat Sarmien. *in cap. 4. ſelectarum, libr. 1.* aliquibus fundamentis, quæ ibi videbis: cuius opinio mihi non diſplicet, licet in iudicando & conſulendo non ſit a dicta communi opinione recedendum.

3 Idem obſeruandum † eſt, quando mulier cum licentia & voluntate primi mariti nupſit: *Meneſ. vbi ſupr. & Ciſuen. in d. l. 15. Taur. Ant. Gab. in d. tit. de ſecund. nupt. conſ. 3. num. 35. Bertr. in conſ. 52. vol. 2. Corraſ. lib. 3. Miſcellan. c. 3.* vbi dicit hanc eſſe communem opinionem.

4 Idem eſt, quando † mater minor viginti quinque annis ſecũdo nupſit, etiamſi in ſecundo matrimonio intra annum luctus maior efficiatur. Nam minor ætas excuſat eam a pœna ſecundo nubentis, *Ciſuen. in dict. l. 15. Taur. Iaſon in leg. minorib. in ſi ff. de his quib. vt indig. vbi communem atteſtatur Boer. dec. 185.*

Idem

Idem seruatur † in bonis, quæ mater post secundas nuptias 5
ex testamento filii acquisiuit, siue titulo institutionis, siue legati, *Castell. in d. l. 15. Tauri, col. 1. Gomez ibidem num. 2. Boer. decis. 191.* Gabriel alios referens, & communem dicens *in d. tit. de secund. nupt. conc. 3. n. 19. & 26.* Quæ conclusio probatur in auth. *ex testamento, C. de secund. nupt.*

Idem † locum habet in bonis, quæ filius primi mariti ha- 6
buit aliunde, quam a patre, siue industria sua, siue alio quocunque titulo, ab extraneis, vel abauo, auia vel abauo, vel abauia acquisierit. Nam mater per transitum ad secundas nuptias dicta bona non amittit, sed ea pleno iure acquirit filio ab intestato defuncto, *ita Boer. decis. 192. num. 5.* vbi communem dicit Ioann. de Garron *in d. auth. ex testamento, num. 27. C. de secund. nupt. Matth. de Afflict. decis. 47. num. 4. Anton. Gomez in dict. l. 15. Taur.* Quod aperte probatur *in authent. de nup. §. hinc nos, versic. sed quarta quidem.* Quod procedit, etiamsi patris contemplatione dicta bona filio obueniant, Anton. Gabriel *in titul. de secund. nupt. conclus. 3. num. 31. & 32.* & hoc siue filius moriatur, antequam mater secundo nubat, siue postea, *Bart. & Doct. in l. mater, C. ad senatusconsultum Tertul.*

Idem est, quando † mulier de licentia Principis secundo 7
nupserit. Nam a pœna secundo nubentium propter dictam licentiam Principis liberatur, *Anton. Gabriel vbi supra in d. tit. de secun. nupt. Boer. dec. 185. n. 25. tex. in l. vers. Otrosi, tit. 12. part. 4.*

Quod extende † etiam, quando mater ex primis, & ex se- 8
cundis nuptiis filiis habitis tertias nuptias non contraxit, & postea, cum vidua esset, bona vnius ex filiis secũdi matrimonii ad illam peruenerunt. Nam propterea, quod pleno iure ea acquisiuit, inter omnes filios æqualiter diuidentur. Quia quotiescunque bona sunt vnita pleno iure alicuius patrimonio, separatio & distinctio bonorum fieri non debet, nisi in casibus a iure expressis, *l. sed si plures, § filio ff. de vulgar. & pupil. l. fin. in fin. ff. de inoffic. testament. gloss. & Doctor. in l. 1. §. veteres, ff.*

de acquir. poss. Ant. Gom. in l. 8. Taur. num. 9. Couarr. in epitome de success. ab intest. num. 8. & 9.

9 Eadem † regula procedit in bonis matri donatis a cõsanguineis primi mariti, vel ab aliis extraneis, cõtemplatione etiam mariti: nam illa non perdit per transitum ad secundas nuptias, *Dec. in c. Sancta Maria, de constitut. num. 35. Roman. cons. 405. Ioann. de Garron. in authent. ex testament. nu. 29. C. de secund. nupt. Ripa in d. l. fœmina, num. 55.* vbi communem dicit, *& ibi Alber. circa fin. C. de secund. nupt. Ant. Gabr. vbi supra conclus. 1. numer. 38. conclus. 1. de secund. nupt.* vbi alias declarationes & limitationes ponit.

10 Hic se offert † quæstio, quæ nunc in facti contingentia versatur: Sponsus & sponsa æque nobiles cum vellent matrimonium per verba de præsenti contrahere, & antequam nuptias consensus faceret, tales donationes mutuas & reciprocas fecerunt: sponsus donauit sponsæ omnia bona sua, si sine filiis ex matrimonio inter eos contrahendo genitis prius quam mulier e vita migraret, & si filiis habitis & relictis moreretur, donauit sponsæ dimidiam partem dictorũ bonorum. Sponsa vero in quocunq; euentu siue cum filiis, siue sine illis marito prædecederet, illi quoad viueret, vsumfructũ bonorum dotalium donauit. Bona dotalia octo mille nummi aurei erant: bona autem mariti valorem viginti millium nummorum aureorum extẽdebant. Maritus relictis de dicta vxore quatuor filiis prius quam mulier mortem obiit, & mulier post mortem mariti intra quatuor menses secundo nupsit.

Inter dubia, quæ ex facti specie oriuntur duo sunt principalia, quæ rem, de qua agimus, attingunt, *an dictæ donationes vires a principio obtinuerint?* Et *an dato quod valuerint, mulier per transitum ad secundas nuptias intra annum luctus dictam donationem a marito ei factam, & bona in illa contenta, cum eorum vsufructu perdiderit, & statim dictis filiis restituere teneatur?*

Pro-

Pro parte † mulieris dicitur, quod dictum pactum fuit de 11
iure validum *per totum titulum in rubro & nigro, C. de pactis conuent. l. 23. tit. 11. par. 4.*

Et quia † licet donationes inter sponsam factæ, quarum ef- 12
fectus conferuntur in tempus matrimonii, non valeant, *vt in leg. quod sponsæ, & ibi gloss. & Doctores, C. de donation. ante nupt. leg. cum hic status, § si sponsus, ff. de donation. inter vir. & vxor. l. marito, eodem titulo, l. libertas, ff. de manumiss. testam.*

Tamen † dictæ donationes fuerunt reciprocæ, quæ inter 13
virum & vxorem valent, *ita concludit Cyn. Bald. & Salycet. quos refert & sequitur Ias. in l. si pater puellæ, C. de inofficios. testamen. Socin. in tract. Fallentiarum, fallen. 204. communem dicit Cur. Iunior, consil. 82. num. 5.*

Quia donatio † mutua siue reciproca non est donatio, sed 14
debiti soluti permutatiue compensatio, *text. in l. hoc iure, §. si quis seruo, ff. de donat.* vbi probatur debiti naturalis satisfactionem non dici donationem, sed debiti solutionem, *l. donari, ff. de reg. iur.* vbi dicitur, donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, *Curt. in consil. 81. num. 5. Menoch. cons. 1. num. 448. lib. 1. Natta cons. 609. num. 9. 15. & 38. vol. 3. Riminald. in princ. Inst. de donat. num. 96.*

Et ideo † reciproca donatio insinuatione non indiget, et- 15
iamsi quingentos aureos excedat, *secund. Angel. cons. 169. glos. in l. Aquilius Regulus, & ibi Doctor. ff. de donat. glos. & communiter Doct. in l. licet, C. de pact. Bald post Gil. de Cun. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. & in l. 3. C. qui bon. ceder. possunt, communem testatur Curt. Iun. in d. cons. 81. num. 5.*

Nec natiuitate † filiorum mutua donatio reuocatur, *Bald.* 16
in l. final. vnquam, & ibi Angel. C. de reuocand. donat. Roman. consil. 26. & in l. si vero, §. de viro, fallent. 48. ff. solut. matrim. Iason in l. si non sortem, §. libertus, ff. de condict. indebit. & in l. ex hoc iure, ff. de iustitia & iure, & consil. 154. vol. 1. & cons. 171. vol. 4. Dec. cons. 175. Paris. cons. 75. vol. 1. Mari. Iun. cons. 102. vol. 2. Ruin. cons. 98. vol. 1.

& conf.224. & conf.173. d. vol.1. Mant. conf.51. Ioann. Crot. in cap. Raynutius, de testament. Corn. conf.194. volum.3. Purpurat. in dicta l. licet, C. de pact. Alexand. consil.39. vol.4. & consil.162. volum.6. Bertrand. consil.20. vol.1. & conf.131. dicto volum.1. & consil.175. & 230. vol 2. Greg. Lup. in l 8 in verbo: Diesse, titul.4. partit.5. Maxime, quia in casu proposito, filii in legitima grauati non inueniuntur, quia de iure communi, quod Fland. seruari præsumitur, sit legitima filiorum, si tres vel quatuor, sint triens, si plures semis, *vt in authent. nouissima, C. de inofficios. testament.*

17 Quia donatio † reciproca irreuocabilis dicitur, neque per conditionem repetitur, quamuis naturaliter tantum debitum esset, *l. 1. & ibi notat. & l. naturaliter, ff. de condict. indeb. Doctor. in l. cum quis, C. de iuris & facti ignorant. & in l. cuius per*

18 *errorem, ff. de regul. iur.* Et † dictas donationes reciprocas in omnibus fere æquari caussis onerosis Doctores volunt, in quibus reuocatio, seu recisio, seu pœnitentia nulla regulariter datur, vt tradit Roman. *in dicta l. si vero, §. de viro, num.258. ff. soluto matrimonio, Alexand. & Dec. in l. si donatione, C de collat. Roland a Valle, consil.76. num.13. cum sequent. volum. 2. Socin. Sen. conf 66. vol.1. Bursat. conf.304. num.14. & 15. vol.3.*

19 Et in facti † specie, quod donatio reciproca vel remuneratoria non reuocetur per transitum ad secundas nuptias, tenet Bertrand. *in conf. 185. volum. 2. Ioann. Nicol. in 3. respons. numer. 3. Ripa in dicta l. fœmina, quæst. 17. C. de secund. nupt. Boer. decis. 185. Ant. Gabriel in d. tit. de secund. nupt. conclus. 1. num. 38.*

20 Item quia, licet † sponsus & sponsa non possint super hereditate & futura successione disponere, & talis dispositio nõ valeat, quia est contra naturam huiusmodi pacti, *vt l. hereditas, vbi omnes Doct. notant, C. de pact. Tiraquell. de iure primogen. quæst. 6.* vbi multis auctoritatibus hanc receptiorem & verio-

21 rem probat. Tamen † hoc intelligitur quãdo in pactis dotalibus super vniuersa hereditate disponeretur, secus si super rebus particularibus, vt in nostro casu factum fuit, pactum interpo-

terpositum sit, quia huiusmodi pactum non improbatur. Et sit pacta vicissitudinaria super certis rebus vel bonis sunt valida, vtputa, quod vno sine liberis decedente superuiuens aliquibus rebus certis potiatur, *ita tenet Oldrad. in consil. 139. in primo dubio*, quam testantur communem Curt. Iun. *consil. 1. numer. 16. & consil. 81. num. 2. Iason inter consilia Brun. 8. num. 34. volum. 1. & consil. 9. num. 10. dict. volum. 1.* Paris. *consil. 26. num. 92. & sequentibus*, dicit ab hac communi opinione non esse recedendum. Hanc veriorem & communiorem opinionem dicit Ioann. Dilect. *de arte testand. titul. 2. cum test. 10. Viuius commun. opin. lib. 1. verb. pactum, num. 8.* magis † communem quoque dicit Anton. Gabr. *in titul. de pact. num. 8.* Ratio est, quia talia pacta non tollunt liberam testandi facultatem, nec votum captandę mortis inducunt, sicut fit, quando de omnibus bonis pactum reciprocum factum est, *vt in l. licet, & l. fin. C. de pact. & ibi scribentes Michael Crassus, sentent. §. successio ab intestato, quæst. 9. num. 10. vers. contrarium vero*, vbi inquit, *secundum Arnold. Ferron. in consuet. Burdeg. tit. de testament. §. 22.* dictam sententiam vsu gentium receptam esse. 22

Nec obstare † videtur, quod in casu proposito, de quo agimus, sponsus donauit sponsæ omnia bona sua, si sine filiis decederet: nam hic casus non venit; & licet pactum respectu omnium bonorum non valuerit, *vt in dict. l. hereditas, C. de pact. & dicta l. licet, & ibi scribentes, C. eodem titul. vide Clar. in libr. 4. sententiarum, §. donatio, quæst. 20. in fin.* vbi tenet & dicit communem, quod reciproca donatio omnium bonorum post mortem collata valet. 23

Tamen † in casu contingenti partem bonorum donauit, & vtile per inutile vitiari non debet, *vt regul. vtile, de regul. iur. in 6. cum vulgar.* 24

Et quia pro † parte mulieris dicitur, quod talia pacta de consuetudine seruantur, vbi contractum fuit matrimonium, *sicut in Germania seruari testatur Zas. in l. stipulatio hoc modo con-* 25

cepta, num. 50 ff. de verbor. obligat. & Michael Crass. *vbi supra in*
26 *dicto §. successio ab intestato, nu 4. vers. sed aduerte,* inquit † sibi videri, quod talia pacta vim vltimæ voluntatis obtineant, si quinque testes interuenerint.

27 Item † dicitur, quod sponsus donauit sponsæ in præmium virginitatis & nobilitatis sponsæ, quæ caussa donationem remuneratoriam facit, *Ripa in dicta l. fœmina, num. 44. C. de secun. nupt. glos. & ibi Doctor. in l. si voluntate, C. de dot. promiss. Didac. Perez in libr. 4. ordinam. colum. 1378. Palat. Rub. in rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 50. num. 35. Bartol. Ang. & Imol. & communiter Doct. in l. si diuortio ff. solut. matrimon. Bart. Bald. & Salycet. in dicta l. si voluntate, Bald. Nouell. in tractat. de dot. in par. 10 priuileg. 1. num. 9. & 10.*

28 Et ad † constituendam æqualitatem dictarum mutuarum donationum ex parte mulieris dicit: Quod maritus secundum naturam, & iuris præsumtionem poterat centum annos viuere, *vt in l. an vsusfructus, ff. de vsufructu, l. finali, C. de sacrosanct. Eccles. l. 26. titul. 31 partita. 3. & ibi Gregor. Lup.* & quando vxorem duxit, annum trigesimum quintum agebat, & sic potuit per tempus sexaginta & quinque annorum vsufructu, & vsuris dictæ dotis frui, secundam dictam iuris præsumtionem, quorum annorum fructus iuncti in multa quantitate valorem dimidiæ partis bonorum mariti excedunt.

29 Nam in † donatione mutua ob iura dubia inquit Tiraquel. *in dicta l. si vnquam numer. 127. & 128. C. de reuocand. donation.* ex mente Salycet. Castr. Alexand. & ceterorum Doctorum damnum occursum deberi compensari cum vtilitate, quam donator consequi poterat, si euentus aliter cecidisset. Quod probat Bald. *consil. 404. volum. 3. quem refert & sequitur Bursatus in consil. 304. numer. 4. volum. 3 text. in l. de fideicommisso, & ibi Doct. C. de transaction. l. pater puella, & ibi Doct. C. de inoffic. testament. facit argumentum, l. sic actum, ff. de contrahend. emtion.*

Pro

Pro † parte filiorum mulieris allegatur: primum, quod de 30 consuetudine donationes propter nuptias non fiunt, & sic nō potuit dictum pactum valere, *gloss. in authent. æqualitas, C. de pact. conuenit glos. & ibi Bald. in 2. lectura. in authent. dos data, C de donat. ante nupt. Gregor. Lup. in l. 23. in verbo, ygualmente. tit. 11. part. 4.* Et quando † dictum pactum reciprocum validum fuisset, erat omnino æqualitas seruanda, *vt in dict. authent. æqualitas, C. de pact. conuent. d. l. 23. titul. 11. part. 4.* Et ita donatio mariti redigenda erat ad quantitatem donationis vxoris, *per ea, quæ tradit Raphael Cuman. in consil. 26.* vbi tenet, quod pactum factum † in fauorem vxoris censetur repetitum in fauorem 32 viri, & quia in casu nostro fuit ex vtraq; parte certa quantitas bonorū promissa, excessus donationis mariti ad donationē vxoris, si qua est, reduci debet, quia in eo quod plus est, inest minus, *l. in eo, ff. de regul. iur. cum vulgaribus: & expresse probatur in auth. de nupt. §. deinceps, vers. si enim alter.* cuius verba sunt: *Si enim alter quidem amplius, alter quidem minus in lucro paciscatur, incertū erit, quale oportet esse quod teneat, vtrum quod plus, an quod minus dubitationem ex vtroq; similiter insurgere:* vnde nobis placuit in moderationes aduersantibus ad minus pertrahere, quod in pacto plus est, & non alii quidem tertiam: alii autem forsan quartam lucri pacisci, sed si quid tale fiat, quarta in vtroque percipienda. Idem probatur *in auth. de non eligend. secund. nubent. §. illud, versicul. quapropter*, inquit, quæ mulier nihil omnino dat, nihil † omnino percipiat, quæ vero minus quam 33 professa est, dedit, tantum recipiat solum, quantum obtulit.

Item, quia titulus dotis respectu mariti est onerosus, *vt in l. expromissione, C. de action. & obligat. l. penul. ff. de except. doli Bald. Nouell. in tract. de dot. 7. part. priuileg. 42 Constant Roger. in tract. de dote, in titul. de inofficios. dotib. num. 3. & titul. sequen.* & etiamsi fiat pactum de lucranda dote, adhuc est titulus onerosus respectu mariti, *gloss. in l. si donaturus, ff. de cond. ob. caus. dat.*

constat Roger. in dict. titul. de inoffic. dot. num. 3. Bald. in l. non siue, C. de bon. quæ liber. & in l. si cum dotem, §. si pater, in fin. ff. solut. matrim. & in l. cum multæ, C. de donat. ante nupt. Alexand. consil. 167. col. 2. in fin. volum. 6. & consil. 129. column. 1. volum. 7. Ruin. consil. 11. col. pen. vol. 5. Rolan. a Valle in quæstionibus de lucro dot. quæst. 4. in fin.

Ex quo sequitur, quod dicta donatio, quam maritus fecit dictæ vxori, est lucratiua, & non mutua nec remuneratoria ratione dicti pacti de lucrandis fructibus dictæ dotis.

34 Et dato, quod † reciproca & remuneratoria sit, intelligi debet in eo, quod vere mulier marito donauit: nam mutua donatio dicitur respectiue & remuneratoria, quatenus merita donationi æquipollent, & in excessu meritorum mera & pura donatio erit, *ita Gul. de Cun. Bald. & Salycet. in l. illud, C. de sacrosanct. Eccles. Ang. Imol. Roman. & Cuman. in l. Aquilius, ff. de donat. Iason in l. ex hoc iure, num. 53. ff. de iust. & iur. Riminald. in princ. Instit. de donat. numer. 115. Matth. cons. 111. num. 9. 1. part. & consil. 602. num. 35. volum. 3. Bellon. consil. 74. num. 23. Alexand. cons. 21. vol. 3. Dec. in l. si donatione, num. 16. C. de collat. Tiraq. plures referens in l. si vnquam, verb. donatione largitus, num. 80. & sequent. & num. 122. 123. & 137. C. de reuocand. don. Bursat. cons. 304. num. 38. vol. 3.*

35 Item, quia † fructus dotis vxoris, quos marito donauit, non sint æstimandi secundum formam datam, *in l. hereditatum, ff. ad leg. Falc.* quos magis iuri consonum videbatur attento tempore vitæ centum annorum, sed taxari debent secundum decisionem, *text. in l. sancimus, § si quis autem talem, C. de don. vers. nos autem ibi, vt si huiusmodi quidem fuerit donatio, vt intra vitam personarũ stetur, vel dantis vel accipientis, & multæ intelligantur donationes, & liberæ a monumentorum obseruatione.* Incertus enim fortunæ exitus hoc nobis suggessit, vt possibile sit vnius anni tantummodo, vel breuioris, vel etiam amplioris temporis superuiuere. Nam licet d. §. loquatur respectu insinuationis

nis faciendæ, tamen eius ratio in casu proposito versatur, quia est donatio annua, & vt annua iudicari debet, & ita ab euentu, si maritus superuiueret, donationis valor æstimandus erat. Et licet iuxta text. *in d. l. hereditatum, ff. ad leg Falcid.* fructus æstimandi & computandi forent, tamen vt æqualitas seruaretur, eadem quantitas fructus bonorum mariti mulieri præstanda erat, & non bonorum proprietas. Nam aliter plus mulier lucraretur contra *d. auth. de nupt. §. deinceps, vers. si enim alter, & dict. authent. de non eligendo secundo nubent. §. illud, vers. quapropter.*

Item, quia † successit, & venit casus, in quo si mulier præmoritur viro, nihil ex donatione mulieris vir consequeretur: nam fructus dotis ratione patriæ potestatis & administrationis ad maritũ pertinerent, *vt in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib.* 36

Et ita † mulier nihil dedit, & nihil percipere debet, *vt in d. auth. de non eligend. secund. nubent. §. illud, ibi, quæ mulier nihil omnino dat, nihilomino percipiat,* quia cõtractus claudicare non debet, *vt in l. Iulianus, §. fin. ff. de act. emt.* 37

Item, quia † donatio mariti, quando in aliquo valeret, non potest remuneratoria dici ratione nobilitatis vxoris: quia dictus vir nobilis erat, cuius nobilitas donationem, quam vxori fecit, augere videtur, quia vir nihil nobilitatis acquirit ab vxore nobili, sicut econtra vxor a viro nobili consequitur, *Bart. & Bald. in l. fi. C. de verb sign. facit, l. mulieres, de dignit. lib. 12. & l. fæmina, ff. de Senat.* vbi probatur, quod mulieres radiis maritorum nobilitantur, *Bald. Nouell. de dote priuileg. 1. num. 9. part. 10.* 38

Ex quibus omnibus sequitur, quod quando dicta donatio a marito vxori facta in aliquo vires obtineret, erat donatio gratuita, & eam mulier per transitum ad secundas nuptias ab ea factum perdiderat.

Quia mater † vel pater transiens ad secũdas nuptias, procreatis & habitis filiis ex primo matrimonio, bona, quæ ab altero heredauit ab intestato a filio primi matrimonii, vel ha- 39

constat Roger. in dict. titul. de inoffic. dot. num. 3. Bald. in l. non siue, C. de bon. quæ liber. & in l. si cum dotem, §. si pater, in fin. ff. solut. matrim. & in l. cum multæ, C. de donat. ante nupt. Alexand. consil. 167. col. 2. in fin. volum. 6. & consil. 129. column. 1. volum. 7. Ruin. consil. 11. col. pen. vol. 5. Rolan. a Valle in quæstionibus de lucro dot. quæst. 4. in fin.

Ex quo sequitur, quod dicta donatio, quam maritus fecit dictæ vxori, est lucratiua, & non mutua nec remuneratoria ratione dicti pacti de lucrandis fructibus dictæ dotis.

34 Et dato, quod † reciproca & remuneratoria sit, intelligi debet in eo, quod vere mulier marito donauit: nam mutua donatio dicitur respectiue & remuneratoria, quatenus merita donationi æquipollent, & in excessu meritorum mera & pura donatio erit, *ita Gul. de Cun. Bald. & Salycet. in l. illud, C. de sacrosanct. Eccles. Ang. Imol. Roman. & Cuman. in l. Aquilius, ff. de donat. Iason in l. ex hoc iure, num. 53. ff. de iust. & iur. Riminald. in princ. Instit. de donat. numer. 115. Matth. consil. 111. num. 9. 1. part. & consil. 602. num. 35. volum. 3. Bellon. consil. 74. num. 23. Alexand. cons. 21. vol. 3. Dec. in l. si donatione, num. 16. C. de collat. Tiraq. plures referens in l. si vnquam, verb. donatione largitus, num. 80. & sequent. & num. 122. 123. & 137. C. de reuocand. don. Bursat. cons. 304. num. 38. vol. 3.*

35 Item, quia † fructus dotis vxoris, quos marito donauit, non sint æstimandi secundum formam datam, *in l. hereditatum, ff. ad leg. Falc.* quos magis iuri consonum videbatur attento tempore vitæ centum annorum, sed taxari debent secundum decisionem, *text. in l. sancimus, § si quis autem talem, C. de don. vers. nos autem ibi, vt si huiusmodi quidem fuerit donatio, vt intra vitam personarũ stetur, vel dantis vel accipientis, & multæ intelligantur donationes, & liberæ a monumentorum obseruatione.* Incertus enim fortunæ exitus hoc nobis suggessit, vt possibile sit vnius anni tantummodo, vel breuioris, vel etiam amplioris temporis superuiuere. Nam licet d. §. loquatur respectu insinuationis

nis faciendæ, tamen eius ratio in caſu propoſito verſatur, quia eſt donatio annua, & vt annua iudicari debet, & ita ab euentu, ſi maritus ſuperuiueret, donationis valor æſtimandus erat. Et licet iuxta text. *in d. l. hereditatum, ff. ad leg Falcid.* fructus æſtimandi & computandi forent, tamen vt æqualitas ſeruaretur, eadem quantitas fructus bonorum mariti mulieri præſtanda erat, & non bonorum proprietas. Nam aliter plus mulier lucraretur contra *d. auth. de nupt. §. deinceps, verſ. ſi enim alter, & dict. authent. de non eligendo ſecundo nubent. §. illud, verſ. quapropter.*

Item, quia † ſucceſſit, & venit caſus, in quo ſi mulier præmoritur viro, nihil ex donatione mulieris vir conſequeretur: nam fructus dotis ratione patriæ poteſtatis & adminiſtrationis ad maritũ pertinerent, *vt in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib.* 36

Et ita † mulier nihil dedit, & nihil percipere debet, *vt in d. auth. de non eligend. ſecund. nubent. §. illud, ibi, quæ mulier nihil omnino dat, nihilominο percipiat,* quia cõtractus claudicare non debet, *vt in l. Iulianus, §. fin. ff. de act. emt.* 37

Item, quia † donatio mariti, quando in aliquo valeret, non poteſt remuneratoria dici ratione nobilitatis vxoris: quia dictus vir nobilis erat, cuius nobilitas donationem, quam vxori fecit, augere videtur, quia vir nihil nobilitatis acquirit ab vxore nobili, ſicut econtra vxor a viro nobili conſequitur, *Bart. & Bald. in l. fi. C. de verb ſign. facit, l. mulieres, de dignit. lib. 12. & l. fœmina, ff. de Senat.* vbi probatur, quod mulieres radiis maritorum nobilitantur, *Bald. Nouell. de dote priuileg. 1. num. 9. part. 10.* 38

Ex quibus omnibus ſequitur, quod quando dicta donatio a marito vxori facta in aliquo vires obtineret, erat donatio gratuita, & eam mulier per tranſitum ad ſecundas nuptias ab ea factum perdiderat.

Quia mater † vel pater tranſiens ad ſecũdas nuptias, procreatis & habitis filiis ex primo matrimonio, bona, quæ ab altero heredauit ab inteſtato a filio primi matrimonii, vel ha- 39

buit vxor a marito, vel maritus ab vxore donatione, vel legato, vel caussa primi matrimonii; pacto vel statuto, vel lege, vel alio quocunq; titulo lucratiuo acquisiuerit, filiis primi matrimonii reseruare tenetur, & illis adiudicanda & inter eos diuidenda sunt. Nam propter transitum ad secūdas nuptias, tam vir quam vxor proprietatem dictorum bonorum amittunt, *vt in l. fœminæ, & ibi communiter scribentes, l. hac edictali, l. generaliter, C. de secund. nupt. l. 23, tit. 11. partit. 4. l. 15. Taur. quæ nunc est l. 4. tit. 1. lib. 5. noua recop. Reg. auth. de nupt. §. si vero exspectet, Bal. in d. l. fœmina, in 1. lect. in fin. Roman. in consi. 182. Ioann. de Ripa in d. l. fœmina, in 1. q. Boer. decis. 137. Cæpol. cautel. 336. Cyn. in auth. sed & si quis in 3. q. C. de secund. nupt. Azo in summa, in tit. de secund. nupt. Ioann. Nicol. in l. generaliter, num. 8. C. de secund. nupt.* vbi communem dicit Grat. *cons. 55. vol. 1.*

40 Nam † licet de iure Canonico per text. *in cap. pen. & fin. de secund. nupt.* cum quo concordat text. *in l. 3. tit. 1. lib. 5. noua Recop. Regn.* sint sublatæ pœnæ de iure ciuili impositæ secundo

41 nubentibus. Tamen † dicta iura Doctores, tam Canonistæ, quam Legistæ intelligunt procedere in meris pœnis statutis in odium tacitum transeuntium ad secūdas nuptias; non autem in pœnis, quæ in fauorem filiorum primi matrimonii constitutæ sunt: nam istæ pœnæ incorrectæ remanent, *vt tenet Innocen. & Abb. & communiter Doct. in dict. c. fi. de secund. nup.* Quia, vt dicunt dicti Doctores, *vbi supra*, nō sunt proprie pœnæ, sed filiorum primi matrimonii prouisio, & quia si maritus de talibus secundis nuptiis cogitaret, non donaret vxori maxime relictis liberis ex matrimonio.

42 An † fructus quoque dictorum bonorum dicta mulier amiserit, maximū dubium est. Nam Doctores in prædictis locis generaliter dicunt, quod pœnæ de iure statutæ contra nubentes intra annum luctus sunt sublatæ, *per d. c. pen. & fin. de secund. nup.* & fructus non amittit secundo nubens, nisi intra annum luctus nupserit, *vt in l. 2. C. de secund. nupt.* Ergo dicta *l. 2.* cor-

correcta est? Et eius pœna locum non habet: & ita q; mulier intra annum luctus secundo nubens nõ perdit vsumfructum, tenet Boer. *dec. 198. num. 2. ad idem referens Feder. de Sen. in cons. 36. exordiens, casus talis, maritus vxori suæ reliquit vsumfructum.*

Quibus non † obstantibus, contrarium mihi verius videtur: nam eadem ratio militat in amittenda proprietate, quæ in amittendo vsufructu: quia vtrinque tendit in fauorem filiorum primi matrimonii, & in eorum prouisionem. Ergo idem ius statui debet, *vt in l. a Titio, ff. de verb. oblig. l. illud, ff. ad legem Aquil.* Quod videntur sentire communiter Doctores, dum dicunt, quod pœnæ in fauorem filiorum positæ nõ sunt correctæ: Etsi secundas nuptias contrahentes post annum luctus vsumfructum non amittunt, est, quia iura sic volunt, & si vellent, quod vsumfructũ quoq; amitterent, non est dubium, nisi quod iurium dispositio teneret per dictas rationes, quia non est mera pœna, sed prouisio filiorum in eorum fauorem facta, & non principaliter in odium secundo nubentium introducta: Et quod sit de mente Doctorum, quod mulier intra annum luctus secundo nubens amittit quoq; vsumfructum, sentit clare Greg. Lup. *in l. 3. titul. 12. partit. 4. in verb. Fasta vn anno, in fin. ibi:* Omnes tamen illæ pœnæ, quæ respiciunt fauorem filiorum, & imponuntur, si nubant ante annum luctus, illæ non sunt correctæ de iure Canonico, *secundum Innocen.* cuius opinio communiter tenetur in *d. c. fin.* Ecce ibi si nubant ante annum luctus, & per dictam *l. 2. C. de secund. nupt.* mulier intra annum luctus nubens proprietatem & vsumfructum perdit: & ita tenet Bursat. *in cons. 12. num. 7. vol. 1. vbi refert Eeroñ. in cons. 38. num. 2. vol. 2 Capyc. in tract. de pupil. subst. num. 129. cum sequent.* idem tenentes: & quatenus Aret. *in cons. 40. incipit: præsupponitur, col. pen. tenet per auth. quod locum, C. si sec. nups. mulier*, quod vsusfructus non amittitur per secundas nuptias, debet intelligi post annum contractas. 43

Nota, quod † dictæ pœnæ secundo nubentiũ in fauorẽ fi- 44

rum primi matrimonii statutę locum habent dictis filiis mortuis, si ex illis descendētes, nepotes, vel pronepotes supersint nam in eorum fauorem valent, *ita Ripa in d. l. fœminæ, nu. 8. C. de secund. nupt. per text. in l. in quibus, cum l. seqq. d. tit. C. Dec. cons. 97. col. 4. Hippol. Rimin. cons. 569. num. 3. vol. 5. Bertrand. cons. 166. vol. 1. Paul. de Castr. cons. 369. in fi. vol. 2. Bart. cons. 92. in nouiss. vol. 1. Matt. & ibi Bologn. in tractat. de success. ab intestat. num. 58. & sequen. Ang. Aret. in §. præferuntur, in vers. tertio casu. Instit. ad Senatusconsult. Tertul. Hostiens. in summa de secund. nupt §. quare, vers. quod dixi, Gregor. Lup. in l. 26. in verb. Fincan, tit. 13. partit. 5. Castell. in l. 15. Taur. & ibi Tell. & in l. 6. Taur. num. 20. Matienco in l. 3. glos. 2. num. 45. tit. 1. lib. 5. noua Recopil.*

45 Item nota, quod † si filii viua matre non sunt conquesti de transitu ad secunda vota, morientes non transferunt hoc ius in heredes, *ita Ripa in d. l. fœminæ, in 14. q. & in 61. q. vers. facit, quod dicit, C. de secund. nupt. Bald. in auth. ex testamento, vers. sed statim quæro, C. de secund. nupt. Dec. cons. 206. vers. & probatur ex eo, Alex. cons. 63. versic. item quia filius vel filia, volum. 5. Maria Iun. cons. 71. volum. 2. Anton. Gabriel in tit. de secund. nupt. concl. 1. num. 23.*

46 Cum autem † mulier non transit ad secunda vota, sed vitam luxuriosam agit post mortem mariti, non solum proprietatem dictorum bonorum, sed etiam vsumfructum amittit, & similiter perdit arrhas, & partem lucrorū, quæ durante matrimonio quæsita fuerunt: si filii ex marito prædefuncto habiti adsint, quibus dicta bona adiudicari debent, *Villalob. in ærario mil. commun. opin. litera B, num. 31. & litera M, num. 224.* vbi communem testatur, *Tell. in l. 6. Taur. nu. 21. Auiles in proœmio, c. prætorum, nu. 39. Molin. de primog. lib. 1. c. 9. a num. 49. vsque ad num. 55. l. 5. titul. 9. lib. 5. noua collect. Reg.* quæ in lucris loquitur, quod procedit siue intra annum luctus, siue post luxuriose viuat, *Matienc. & Azeb. in d. l. 5. num. 23. titul. 9. lib. 5. noua recopil.*

47 De pœnis † secundo nubentium, vide Matien. *in l 3. glo. 2.*

per

per totam, tit. 1. lib. 5. noua recopil. vbi *num. 45.* refert Doct. tenentes, quod dispositum contra patrem & matrem secundo nubentes, habet locum in ceteris ascendentibus.

SVMMARIA.

1 *Filius tenetur conferre donationem propter nuptias, & similiter filia dotem in iudicio familiæ erciscundæ. Idem est, in filio monacha dotata.*

2 *Filius melioratus non potest deducere meliorationem de donatione propter nuptias, & de dote, quæ confertur.*

3 *Donatio ob caussam matrimonii facta, non valet statim, & morte donantis confirmatur.*

4 *Donatio ob caussam matrimonii cum certa persona contrahendi statim valet irreuocabiliter, & de illa, quando confertur, melioratio non deducitur.*

5 *Filius melioratus non potest deducere meliorationem de dotibus, & de donationibus ob caussam factis ante meliorationem, secus de donationibus & dotibus post meliorationem datis contra Azebed. contrarium tenentem in vltimo casu.*

6 *Filio meliorato non potest pater præiudicare dotibus & donationibus ob caussam matrimonii post meliorationem irreuocabiliter factam factis, neque alio quoquomodo præiudicare valet.*

7 *Filia cui data est dos, & filius, cui facta est donatio propter nuptias; post meliorationem tenentur, quod vltra legitimam receperunt, restituere meliorato; quia valor tertii & quinti, & legitimæ attenditur tempore mortis testatoris, & tantum vna melioratio fieri potest.*

8 *Filius melioratus potest deducere meliorationem de dotibus cum præcedentibus, in quantum fuerunt inofficiosæ, attenta l. 1. tit. 2. lib. 5. nou. collect. Regn.*

9 *Filius tenetur conferre bona, quæ pater ei dedit in titulum patrimonii ad sacros ordines suscipiendos.*

10 *Filius tenetur conferre æstimationem officii decurionatus vel*

tabellionatus, siue procuratoris, quod pater illi dedit ob caussam matrimonii cum certa persona contrahendi.

11 Filius tenetur conferre æstimationem officii Decurionatus vel Tabellionatus siue procuratoris, quod pater illi dedit simpliciter & sine caussa, nisi expresse vel tacite pater in officio sic dato meliorauerit per verbum dono.

12 Donatio seu melioratio de officiis facta potest per coniecturas probari, absque eo quod verbum dono interueniat.

13 Filius conferre debet peculium profectitium.

14 Filius acquirit patri quidquid ex bonis patris, & eius contemplatione acquirit, num. 14. vbi cum sequent. num. tractatur quid sit peculium profectitium.

15 Donatum filio propter patrem ab amico patris, erit profectitium, si constiterit, quod alias donator non esset donaturus.

16 Donatum filio ab amico patris efficitur filii, quando constat, quod fuit donatum filio, tanquam caussæ proximæ & immediatæ.

17 Filius acquirit patri, quidquid acquirit pecunia, quam pater illi dedit, num. 17. vbi late de hoc.

18 Filius tenetur seruire & præstare operas patri, & ad id est compellendus, quamuis sit obligatus alicui seruire. Contra Zasium Claudi. & Iason.

19 Filius negotiando pecunia patris, acquirit patri directas actiones: quod procedit in filio in patris potestate exsistenti, non autem in emancipato, neque in filia vel filio naturali.

20 Donatio facta a patre filio propter filii seruitia & benemerita, valet, quatenus seruitia & benemerita donationi æquiualent.

21 Filii benemerita non probantur patris confessione, etiam iurata, in præiudicium legitimæ filiorum, in præiudicium vero tertii & quinti valebit irreuocabiliter, & talis donatio non reuocabitur natiuitate filiorum, neque ob filii ingratitudinem.

22 Fi-

22 *Filius acquirit sibi, quidquid pecunia patris acquirit, quando pater ei dedit pecuniam, vt sibi acquireret, & si inter eos actum fuit, vt lucrum diuideretur, pactum est seruandum.*

23 *Filius cum patre habitans, quidquid acquirit, præsumitur ex bonis patris acquisiuisse.*

24 *Filius cum patre habitans, si industrius mercator, aut salariatus & diligens sit, de propriis bonis acquisiuisse præsumitur.*

25 *Filius qui bona patris administrauit, & bonam rationem reddidit, præsumitur ex sua industria & labore acquisiuisse: nam idem est in officiali bona fisci administrante.*

26 *Filius non acquirit patri, quod illicite pecunia patris acquisiuit.*

27 *Acquisita illicite non communicantur inter virum & vxorem.*

28 *Acquisita illicite non veniunt in iudicio familiæ erciscundæ.*

29 *Acquisitio turpis specialiter mandari non potest, nec venit in generali mandato patris peculium concedentis.*

30 *Filius acquirit sibi pleno iure fructus bonorum aduentitiorum: quos pater ei remisit, & illos non tenetur conferre neque imputare in meliorationem a patre ei factam.*

31 *Filius censetur melioratus in fructibus, quos pater illi remisit, postquam eos acquisiuit.*

32 *Dos data ab auo nepti non confertur, nisi contemplatione patris fuisse datam constiterit, vel dubium sit, num. 32. cum sequentib. contra Greg. Lop.*

33 *Dos data ab auo nepti in dubio contemplatione patris data censetur.*

34 *Donatum vxori a consanguineis mariti contemplatione mariti, acquiritur marito, quando maritus fuit caussa proxima donationis.*

35 *Meliorari non potest ab auo caussa dotis neptis ex filio vel ex filia.*

36 *Fauore filiorum filiæ meliorari caussa dotis prohibentur, & ideo pater habens tantummodo filias, poterit vnam meliorare.*

37 *Dos data ab auo nepti imputatur in legitimam filii, & est conferenda, quando auus ex necessitate, quia filius pauper erat, dotem dedit.*

38 *Filia non potest per contractum inter viuos meliorari, etiam sine mentione dotis vel matrimonii, num. 38. cum sequentibus vsque ad num. 42.*

39 *Fraudi est obuiandum.*

40 *Legis mens, & non verba, est seruanda.*

41 *Argumentum de maiori ad minus est validum in iure.*

42 *Lex 1. tit. 2. lib. 3. Recopilat. declaratur.*

43 *Filia potest meliorari per donationem caussa mortis, & in vltima voluntate.*

44 *Dos data matri est a nepte conferenda, quando mortua matre de diuidenda aui hereditate agitur.*

45 *Donator de consensu donatarii non potest reuocare donationem, per quam erat iam ius quæsitum successuris donatario.*

46 *Transactio an super bonis vinculatis & maioratus fieri possit, num. 46. remissiue.*

47 *Donatio facta filio in patris potestate constituto, facta mentione meritorum patris, acquiritur in totum patri.*

48 *Donata & concessa patri & filiis vna simul, in dubio contemplatione patris donata & concessa præsumuntur.*

49 *Filius tenetur conferre & imputare in legitimam, quod contemplatione patris illi datum & donatum est.*

50 *Filius non tenetur conferre fundum, quem pater ei dedit in præmium emancipationis.*

51 *Dos & sumtus studiorum æquiparantur: vbi cum num sequentib. an sumtus studiorum sint conferendi.*

52 *Dos habet priuilegium prælationis & studiosi in rebus caussa studiorum sibi debitis simile priuilegium habent.*

53 *Dotis legatum non vitiatur incertitudine, neque legatum caussa disciplinæ.*

54 Do-

54 Dotem petenti non opponitur compensatio, neque Doctori stipendia sua petenti.

55 Dotale instrumentum in dubio prius factum præsumitur, & similiter instrumentum continens Doctoris honorarium.

56 Donatio a patre facta filiæfamilias caussa dotis, valet de iure communi, & similiter donatio caussa studii filio facta.

57 Filius tenetur imputare in legitimam expensas caussa studii factas, quando de parentum voluntate expressa vel tacita apparet.

58 Filius non imputat in legitimam expensas studii, quas domi facturus erat.

59 Filius non proficiens in studio imputat expensas studii in legitimam.

60 Filiusfamilias tenetur de iure communi imputare in legitimam libros, quos pater illi simpliciter tradidit, & eos conferre debet.

61 Filius emancipatus non tenetur conferre libros, quos pater ei donauit.

62 Filiusfamilias si sit Licentiatus, vel Doctor non tenetur conferre de iure communi libros, quos illi pater dedit.

63 Filiusfamilias clericus non tenetur conferre etiam de iure communi libros, quos pater illi dedit.

64 Filiusfamilias non tenetur de iure Regio conferre libros, quos parentes illi dederunt, nisi in eo quod tertium & quintum excesserint.

65 Filius qui tenetur libros conferre, eorum æstimationem conferre debet.

66 Filius non tenetur conferre expensas, quas parentes pro illo fecerunt, quando fuit factus Doctor, vel Aduocatus, vel pro dignitate consequenda.

67 Filius non tenetur conferre expensas, quas parentes illum ab hostibus redimendo, vel pœnam pecuniariam pro eius delicto soluendo, fecerunt.

nuptias, & irreuocabilis, *vt in d. l. 17. Tauri, & ibi Tellus, n. 78. & Angul. vbi supra in d. l. 9. gloss. 4. n. 18. vers. quo circa Ayora in tract. de partit. 2. part. q. 18. Gutierr in pract. quaest. ad ll. noua Recop. lib. 2. q. 65. n. 9.* Quod videtur expresse probari *per l. 3. tit. 15. partit. 6. ibi: Otro si dezimos, que la dote o arras, o la donacion que la padre diere en casamiento a alguno de sus hiios, se deue contar en la parte de aquel aquien fue dada.* Et ibi Greg. Lup. intelligit dictam legem in donatione ob caussam matrimonii.

Dicta *l. 25. Tauri* intelligitur † in dotibus & donationibus 5 ob caussam factis ante meliorationem, non in postea factis, *ita Tellus in d. l. 25. Taur. num. 3. & Matienc. glos. 3. num. 2. in ead. l.* Azebedus tamen *in d. l. 25. quae est l. 9. titul. 6. lib. 5. Recopil. in glos. 1. num. 1.* intelligit, dictam legem procedere generaliter tam de tertio & quinto praecedēti dotem & donationem propter nuptias, quam de tertio & quinto facto post dotem & donationem propter nuptias. Et ita *in colum. 1.* prope finem, inquit: *Nihilominus tamen, salua eorum pace, mihi dicendum videtur contrarium, imo quod si praecesserint, donatio propter nuptias, dotes vel alia, quae ad collationem vel partitionem trahuntur meliorationem tertii & quinti, siue sequantur post meliorationem factam, nullo modo sunt tertiandae, nec quintandae, vt ita loquamur: quoniam cum tempus mortis sit inspiciendum ad extrahendam meliorationem tertii & quinti ex bonis tunc relictis, omnino fatendum est, donationes ac dotes dictas & similia praecessisse. Ratioque quare donationes & dotes, & similia ad collationem trahendam non tertiantur, & quintantur, est, quia in legitimam imputantur, haec tamen ratio quodlibet tempus comprehendit. Ergo intellectus Telli est diuinatorius ad nostram legem, & nimis restringit eius dispositionem. Nec obstat consideratio Telli, scilicet, quod nisi suus teneretur intellectus faciliter dilueretur melioratio per dotes & donationes propter nuptias sequentes quoniam se clusa fraude ac dolo, nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo. Et quia melioratus non potest dici deceptus, eo quod iure debet ad computandam meliorationem tempus mortis inspicien-*

dum, & maius esset inconueniens, si retenta opinione Telli circa dotandas filias ac filios, patris potestas restringeretur, & ipsi filii & filiæ læderentur in minore dotium valore, ac constitutione, si ex ipsorum dotibus ac donationibus propter nuptias in legitimam imputandis extraheretur tertium & quintum, illisque remanerent, dum putabant se centum pro dote habuisse, & sexaginta fortassis non haberent ob meliorationem antea factam, præsertim si post meliorationem factam consumsit pater bona sua, dotibus iam constitutis post meliorationem: item, quia leges nostræ permittentes patrem posse meliorare in tertio & quinto filium suum, aut descendentem alium, dicunt id posse fieri ex tertio & quinto bonorum, non vero ex tertio & quinto hereditatis, vt aduertit Segura in l. vnum ex familia, §. sed si fundum, num. 9. ff. ad legem Falcidiam. *Sed si tertiarentur, ac quintarentur dotes, ac donationes propter nuptias, vel alia collationabilia, quæ quidem pars hereditatis dicũtur: nam hæc de caussa quia ad collationem & partitionem trahũtur, quia ex hereditate traduntur, manifestissime patet, hereditatem tertiari, ac quintari: igitur habemus intentionem, & sic intrepide teneo intellectum dictum Telli & Matienc. ad legem nostram non esse verum, vel tenendum: idque ex text. nostro viua alia ratione colligitur, dum dicit: Traxere a colacion y particion: Collatio & partitio nullo modo fit, nisi mortuo testatore meliorato: igitur de omnibus dotibus præcedentibus, ac de aliis collationibus & partibilibus, lex nostra intelligenda est, & sic colligo veram, ac tenendam meo videri conclusionem; scilicet, dotes ac donationes propter nuptias, ac alia, ad collationem & partitionem trahenda nullo modo esse tertianda, nec quintanda, siue antea præcesserit melioratio tertii & quinti siue sequatur.*

6 Hæc Azebedus, cuius † verba hic inserere placuit, vt attentis eius friuolis rationibus, melius eius correctio intelligatur: & quia veritas paucis est contenta, multis verbis paucis rationibus satisfaciam. Et sit prima ratio ipsius Azebedi in *l. 1. titul. 5. lib. 6. recopilation. num. 33. & 34.* vbi inquit, *per dictam legem, vlterius etiam, & ex verbis: His semel in facto respondi, scilicet,*

cet, quod si quis fecit vinculum aut maioratum bonorum suorum cum licentia Regis, aut sine ea, partis illius bonorum, in qua id efficere poterat, & tradiderit possessionem illorum bonorum per contractum inter viuos (hoc enim modo loquor in hoc & in præcedentibus illationibus) quod ab inde constitutor talis vinculi & maioratus non poterit vendere pignorare vel alienare res taliter vinculatas, cum id irreuocabiliter disposuerit. Hæc Azebed. Qua ratione conuincitur: nam inde sequitur, quod pater postea non poterit dotando filias vel donando ob caussam matrimonii in nihilo præiudicare filio meliorato in tertio & quinto bonorum, & illis solum potuit dotem dare & donare legitimas, quibus non fit iniuria, cum ad collationem & diuisionem venerint, si excessus legitimarum illis datus a patre auferatur, & detur meliorato, cuius erat, per dictam meliorationem irreuocabiliter factam. Et dicta ratione † etiam reiicitur alia ratio, quam 7
dat, scilicet, quod valor tertii & quinti debet attendi tempore mortis testatoris, & sic deductis dotibus & donationibus propter nuptias post meliorationem factis: Nam propositio est vera, & consequentia falsa, quia peccat, &c. Nam si adiret: & similiter legitima debet attendi tempore mortis testatoris, *vt in l. Papinianus, §. quartam, ff. de inofficios. testament. l. cum quæritur, C. eodem tit.* inferret consequentiam veram: Nam si filia, cui data est dos, & filius, cui facta est donatio propter nuptias, post meliorationem habent plus legitimæ, quia sublatum est de melioratione antea facta, necesse habent meliorato restituere: & hoc fit bene in iudicio familiæ erciscundæ, & per *l. 26. Tauri*, pater vnam solam meliorationem tertii & quinti facere potest vni filio, vel multis: & sic est vera & tenenda dicta opinio Telli & Matienc. Post hæc scripta vidi Ioann. Gutierr. hanc partem tenentem in *quæst. 52, ad l. 28. Tauri, lib. 2. quæst.*

Opinio Azebedi in vno casu saluari posset, scilicet, in donatione propter nuptias facta post meliorationem de sui na-

Ttt 3

8 tura reuocabilem. Hodie † tamen per *l. 101. de Madrid.* quæ est *lex 1. titul. 2. libr. 5. nouæ collectionis Reg.* videtur dicendum, quod dicta melioratio tertii & quinti possit deduci de dotibus procedentibus meliorationem, in eo in quo dictæ dotes fuerunt inofficiosæ. Nam in dicto excessu non valuit ipso iure constitutio dotium, secundum opinionem tenentium, quod dictus excessus reuertitur ad parentes dotãtes, & quod dotantes possunt in vita dictum excessum petere: de quo late per glossatores *in dicta l. 1.* quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, *vt in regul. non præstat, de regul. iur. in 6.* Et quia cessat ratio de qua in dicta *l. 25. Tauri*, scilicet, ne dos iam constituta diminuatur in lucrum meliorati, & damnum dotem conferentis. Post hæc scripta vidi Ayor. idem tenentem *in suo tractatu de partition. 3. part. quæst. 26. num. 87.*

9 Item, conferre † tenetur filius bona, quæ pater ei dedit in titulum patrimonii ad sacros ordines suscipiendos. Nam licet sit maxima contentio inter Doctores, an debeant dicta bona conferri: & Faber *in §. fin. numer. 3. Instit. de inofficios. testament. idem in l. si emancipati, in verb. ideo credo, C. de collat. Aymon Crauet. cons. 136. num. 2. & 3. Ioann. Igneus in l. 3. §. subuenitur, num. 177. ff. ad senatusconsult. Syllan. & Cassan. in consuetud. Burg. rub. 7. §. 5. & eos refert Tell. in dict. l. 29. Taur. numer. 26. Anton. Gomez in dict. l. 29. Taur. num. 21. vers. item sub infero, el primero. & Matienc. in l. 3. tit. 8. lib. 5. nou. recop. glos. 2. num. 14.* dicant, non esse conferenda & Ioan. Gracian *in reg. 141. num. 6.* dicat hanc esse veriorem & magis communem opinionem. Cõtrarium tenent Couar. *in c. Raynald. §. 2. n. 7. de testam. & Auend. respons. 17. num. 3.* dicens, sibi verissimam videri & Mench. *de success. creat. §. 22. n. 44. Andr. Angul. in l. 9. Taur. de meliorat. glos. 4. n. 5. & 17. Ayora de partit. 2. p. q. 13. quos refert & sequitur Ioann. Gutierr. in q. 64. lib. 2. pract. quæst. super nouam recopilat.* Et istam partem defendit optimis fundamentis, quæ mihi verissima videtur

tur & tenenda, vide Gutierr. *in d. quaest.* Quod intelligit, nisi pater vel mater meliorauerit filium in dicta donatione.

Item, tenetur † filius conferre aestimationem officii pro- 10
curatoris aut tabellionatus siue decurionatus, quod pater illi dedit ob caussam matrimonii cum certa persona cõtrahendi. Nam ex eo quod talia officia communiter venduntur, & in bonis reputantur, vt cetera bona iudicanda sunt, *vt tenet Cou. in c. 19. nu. 4. lib. 3. variar. resolut. Anton. Gom. in d. l. 29. Taur. n. 21. Didac. Per. in l. 8. tit. 2. lib. 1. ord. Rogal. col. 80. vers. si tamen Auend. resp. 9. num. 3. Cordo. in suo tract. de casos de conciencia. q. 134. c. 26. n. 14.* dicens, communem opinionem esse, & ita practicari in foro iudiciali, & conscientiae: qui tenent, quod secundum aestimationem, quae erat tempore mortis patris est facienda collatio: Idem tenet Ioann. Gutier. alios referens *in quaest. 64. lib. 2. pract. quaest. super nou. Recop. nu. 5. cum sequent.* Et idem erit in aliis similibus officiis, *vt Doctor. vbi supra.* Quod intellige, nisi data sit pecunia ad emendum officium: quia tunc solum pecunia data confertur, *Gom. vbi supra, num. 22.*

Dubiũ tamẽ † est, quod in quadam caussa in iudicio nunc 11
versatur: an idem sit seruandum, quando pater tale officium simpliciter & nulla caussa vrgente, neque exsistenti dedit? Et videtur idem: nam tale officium de cõsuetudine est vendibile, & eius aestimatio transmissibilis ad heredes. Ergo conferri debet, *vt in l. illud, C. de collat. & l. omnimodo, §. imputari, C. de inofficios. testam. & ibi Bartol. & Bald.* vbi militia emta filio ex pecunia patris imputatur filio in legitimam Doctor. Regni vbi supra generaliter tenent, nulla facta distinctione, sit datum ob caussam matrimonii vel non, quod tenetur filius conferre: quod de iure communi sine dubio videtur per *d. l. omnimodo, §. imputari, C. de inoff. testamen. & ibi Bart. Bald. & Ias. & communiter Doct.* Dubium autem facit *l. 26. Taur.* quae est contra ius commune, qua cauetur, ꝙ donatum a patre filio simpliciter, est melioratio in tertio & quinto, & ꝙ superest de tertio

& quinto imputatur in legitimam filii: Et sic videtur dicendum in dictis officiis, quandoquidem reputantur, vt cetera bona patris, & nulla ratio differentiæ potest assignari: & nemo negauit, quin pater possit expresse meliorare filium in dictis officiis. Ergo similiter & tacite lege meliorari poterit, cum taciti & expressi idem sit iudicium, quando militat eadem ratio in tacito, quæ in expresso, *l. cum quid, & ibi Doctor. ff. si cert. petat. l. triticum, ff. de verbor. obligat.* propter quod mihi videtur, quod si pater donauit dicta officia filiis, quod in illis

12 erunt tacite meliorati *per d. l. 26. Tauri.* Dubium † tamen erit, an idem procedat, quando sine verbo, dono, pater dedit dicta officia filiis? Nam secundum Tell. in *dict. l. 26. Taur.* non erit melioratio, & officium imputabitur in legitimam. Mihi autem videtur recurrendum esse ad coniecturas: nam si aliquo modo constiterit patrem velle donare, erit tacita melioratio, alias non. Et faciunt omnia, quæ circa domum traditam a matre filio diximus *supra in cap. 2. num. 12. cum sequentib. vsque ad num. 22. lib. 3.* Vide Dec. in *l. si donatione, num. 37. cum sequentib. C. de collat.* Sed non est recedendum a communi opinione Doctor Regn. de qua testatur Gutierr. *in dict. q. 64. lib. 2. super ll. Recopilat.*

13 Item, filius † tenetur conferre peculium profectitium, *tex. est in l. cum oportet, & ibi glos. & Doct. C. de bon. quæ liber. & in §. igitur, Inst. per quas person. nob. acq. l. 3. in princip. titul. 15. part. 6.* Quid autem sit peculium profectitium, est vidēdum. Et glos. Bart. Bald. Paulus, & communiter Doct. *in dict. l. cum oportet,*

14 *& in dict. §. igitur Angel. Fab.* & alii † attestantur peculium profectitium esse, quod ex patris bonis, & eius contemplatione filius acquisiuit. *Idem tenet Greg. Lup. in l. 2. titul. 11. part. 4.* quorum opinio fundatur *in l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulgar. & pupill. subst. & in l. dotem dedit, ff. de collat. bon.* vbi dos data ab auo paterno, perinde est ac si pater dedisset, *& in §. igitur, ibi ex re patris, & l. 1. §. profectitia, ff. de iur. dot, tex. in l. 5. tit. 17. par. 4.*

& d.

& d.l.2.titul.11.part.4. Sed Velazq. de Auend. *in d.l 29.Taur. num.8. vsque ad num.17.* conatur probare contra dictam communem opinionem, illud solum peculium profectitium esse, quod ex bonis patris immediate profectum est, & nullo modo peculium profectitium esse, quod contemplatione patris filius acquirit, per donationem ei factã: vel alio modo. Idem defendit quidam Modernus Emanuel Mendez *de Castro in sua repet.d.l.cum oportet, de bonis, quæ liber. in princip. num.7. cum pluribus sequentibus.* Et ibi *nu.16.* inquit, quod † tunc donatum 15
filio propter patrem ab amico patris, erit profectitium, quando constiterit, quod alias donator non esset donaturus: tunc enim donatio non videtur celebrata in filium, sed in patrem, & quod filius ita accipit, non videtur sibi, sed patri quærendum accipere, *iuxta text. in l. qui mihi donatum, ff. de donat.*

Si vero † constat donationem factam filio fuisse tanquam 16
caussæ proximæ & immediatæ, tunc filius sibi acquirit, *vt in l. socium qui in eo, §.1.ff.pro socio,* quod dicit esse de mente Bartol. *in dicta l.sed si plures, §. in arrogat.num.3.ff. de vulgar. quem vide,* quia bene loquitur.

Sed maxima † controuersia est inter Doctores, vtrũ quod 17
filius acquirit pecunia, quam ei pater dedit, dicatur, & sit peculium profectitium, & glos. *in dicta l.cum oportet, in verb. ex eius substantia,* tenet profectitium esse, per text. *in §.1.Instit.per quas personas nobis acq.ibi: ex re patris, & ibi: Occasione:* & hanc opinionem dicit receptam Orosius *in l.si tibi, §.si pactus, num.2. ff.de pact. Lara in l.si quis a liberis, §.sed si filius, numer. 138.ff. de liber agnoscend. Caldas. in l.si curatorem, verb. hæresis, num.118. verb. læsis, C.de in integr.restit. Cason.in consuetud. Burg. rub. 6.§.4. numer. 6.* Bartol. autem *in dict. l. cum oportet, §.si pactus, C.de bon. quæ liber. & in l. 1. §. neque castrense, numer. 1. ff. de collat. bon.* distinguit ita, quod si lucrum absque labore filii proueniat, totum sit profectitium: alias si industria & labore filii interuenerit in acquisitione, diuidatur, vt dimidium sit profectitium, a-

liud dimidium aduentitium, *arg. leg. 1. cum gloss ff. pro socio, & §. 1. Instit. eodem tit. text. in l. cum duobus, § in coeund. ff. eodem titul.* quæ opinio & distinctio ex numero scribentium receptior est, quod potest colligi ex Orotio *vbi supra, Segura in l. si ex legati caussa, num. 47. ff. de verbor. obligat.* quam dicit æquam & magis communem Curt. Iun. *in l. penult. num. 25. C. de collat.* & eam dicit communem Alciatus *respons. 132. eam sequitur Arias in l. 27. Taur. num. 119. & Gomez in l. 29. Taur. num. 24. Greg. in l. 3. gloss. mag. titul. 15. part. 6. idem in l. 5. tit. 17. partit. 4. Ayora de partit. 3. p. quæst. 3. num. 6. vide Menoch. de arbitrar. iudic. casu 126. per totum.*

Sed Bald. in *auth. ex testamento, num. 6. C. de collat.* existimat, totum hoc ex iudicis arbitrio pendere, vt attenta quantitate pecuniæ, persona & industria, & labore filii, vel plus, vel minus attribuatur pecuniæ quam filio, vel econtra, *argum. dict. l. 1. ff. pro soc. & §. 1. Institut. de societ.* quam dicit receptiorem Ripa *in l. in quartam, numer. 157 ff ad legem Falcid. Rimináld. in §. 1. num. 73. Instit. per quas person as nob. adq. Orot. vbi supra, Crauett. consil 165. numer. 1. Menoch. de arbitrar. casu 126. numer 5. Caldas. in l. si curatorem habens, verb: læsis, numer. 118. C. de in integr. rest. Et Baeca in tractat. de decim. tuto & curat. Hispan. iure præstandis cap. 2. numer. 39.* Late hanc quæstionem prosequitur, & resoluit, quod, si iudex esset, parcissime operam filii æstimaret, nisi operæ qualitas & vtilitas aliud suaderet: quem refert Ioann. Gutierr. *in cap. 5 num. 7. lib. 1. de iurament. confirmat.* qui di-
18 ctam gloss. primæ † opinionis dicit comprobatam esse & secūdam, scilicet, quod nihil detur filio propter eius laborem & industriam, & quod tanquam profectitium totum sit conferendum, per text. *in l. 3. tit. 20. part. 2.* qua cauetur, quod filius tenetur præstare parentib. operas suas: & idē dicit probari per text. *in l. fin. tit 7. d. part. 2. in finalib. verbis legis, ibi: Otrosi deben seruirse dellos en tiempo de paz ni en tiempo de guerra.* In cuius opinionis comprobationem optime facit tex. *in l. 10. tit. 17. par. 4.*

cuius

cuius verba sunt: *Otro poder ha el padre aun sobre el hiio, ca maguer alguno lo tenga por fuerça o de su voluntad del fiio, puede el padre demandarlo por iuyzio, e tornarlo en su poder. E so mismo si el fiio andubiesse por su voluntad vagando por la tierra, no queriendo obedecer a su padre, ca puede el padre demādar al iuez del lugar do lo fallare que lo torne en su poder: e el iuez de su oficio es tenudo de lo fazer.* Ecce ibi expresse probatur, quod pater potest compellere filiū etiam inuitū, vt sibi seruiat: nam dicta cōpulsio legis nullius esset momenti, nisi ad obediendum & operādum patri, per quam legem reprobatur opinio Additionatoris, Alberi. *in l. veluti, ff. de iust. & iur.* tenentis quod si filiusfamilias se obliget sutori vel cerdoni, vt illi per certum tempus seruiat, non posset pater hoc casu cogere filium, vt sibimet seruiat, & relinquat sutorem, cuius opinionem sequuntur ibi Zasius *num. 3. Claud. num. 8. & Iason in l. 1 § huius studii, num. 16 ff. de iust. & iur. & Emanuel Mendez de Castro in d. l. cum oportet, nu. 22.* testatur idem statutum esse legibus Regn. Portugal. vt *in ord. lib. 4. tit. 77. §. 22. & tit. 78. in prin.* scilicet, quod filius tenetur pręstare operas suas patri, & quod acquisitum a filio pecunia patris, est profectitium: & idem Emanuel de Castro dicit opinionem hanc, quæ est glo. *in d. l. cum oportet*, esse de iure communi veram, ea ratione, quia cum pater cōcessit pecuniam filio in peculium, videtur voluntatem suam accōmodasse, vt filius nomine eius contrahat, vt *in l. 1. §. itē acquirimus, ff. de acquir. possess. l. quod seruus, in fin. ff. de sol.* Quod † mandatum filius exsequendo patri rē acquirit, non per vtiles actiones, vt institor & procurator, 19
sed directas tanquam filius, ex doctrina Bar. *in l. quodcunque, ff. de verb. oblig.* & ibi ponit alia fundamenta, vsq; ad *n. 25.* quem vide, qui tenet nō esse seruandam opinionem Nauar. *in Manual. c. 27. n. 144. & 148* dicentis, ꝙ protestatio a filio facta ei ꝓderit. Eandē opinionē tenet Io. Gut. *vbi sup. n. 8.* per dicta iura Regni: cuius opinio mihi videtur vera & sequenda, cū declaratione ab ipso posita ibidem *num. 10. in fin.* scilicet, quod pro-

cedit, quod dictum est in filio constituto sub patris potestate, non vero in emancipato. Et quid seruandum sit in filio naturali, vel filio seruienti matri: vide Gutierr. *ibi n. 11. & 12.* vbi tenet, idem esse seruandum, quod in filio emancipato, & dictæ leges partitarum non patiuntur intellectum, quem tradit Azebedo in *l. 3. num. 24. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopilationis.*

20 Sed propter † dicta seruitia & benemerita poterit pater filio donare & remunerare, dum tamen constet de seruitiis & benemeritis, & quod ceteri fratres cum seruierunt, & quod seruitia & benemerita æquiualeant donationi, *vt tenet Nauar. in d. c. 17. in manual, num. 144. & 148. Bart. in l. si quis pro eo, §. 1. in fin. ff. de fideiuss. Fab. in l. illud, num. 8. ff. de sacrosan. Eccles. Tiraq. in l. si vnquam, verb. donatione largitus, num. 79. & 80. C. de reuocand. donat.* quam dicit communem opinionem Nauar. *vbi supr. Matienz. in l. 3. glos. 2. num. 9. tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil.*

21 Et an talia benemerita † iuramento patris probentur in præiudiciú legitimæ filiorum? Vide Io. Gut. *vbi sup. d. c. 5. n. 20. cum seqq.* vbi tenet, quod non: & quod sic se habet communis opinio: valebit tamen talis confessio in præiudicium tertii & quinti, quod magni effectus erit: nam statim valebit irreuocabiliter donatio in dicto tertio & quinto, Gutierr. *vbi sup. n. 30. cum seqq.* vbi tenet, quod talis donatio non reuocatur natiuitate filiorum, neque quod ob filii ingratitudinem, qui allegat Tiraq. *vbi sup.* alios Doct. referentem *in d. l. si vnquam, verbo, donatione largitus, num. 11. 12. & 13. Matienc. videndus in l. 3. glos. 2. num. 20. lib. 5. nou. Recop. tit. 8.*

22 Quæ dicta † sunt supra, intellige, nisi pater animo donandi dederit filio pecuniam, vt sibi acquirat, vel expresse actum fuerit inter eos, quod lucrum diuidatur: nam in primo casu filius sibi in totum acquiret; & in secundo pactum seruandum est. *Eman. Mendez de Castr. in dict. l. cum oportet, num. 25. Bald. consi. 62. volum. 1. Horoz. in l. si tibi, §. si pactus, colum. 840. ff. de pact. Nauarr. in Manu. Latino, c. 17. num. 148. Azeb. in l. 3. num. 25. tit. 8.*

tit. 8 lib. 5. nou. recop. Greg. in d. l. 3. in verb. Mercaderia tit. 15. p. 6.

Notandum est, quod † quicquid acquirit filius cum patre habitans, & eius bona administrans, præsumitur in dubio ex bonis patris acquisiuisse, *gloss. in d. l. cum oportet, in princ. C. de bon. quæ lib. Purpurat. in l. cum fundus, §. seruum, n. 67. ff. si cert. pet. Alex. cons. 31. num. 6. & 7. lib. 4. Ias. cons. 25. lib. 1. Bart. in tract. de duobus fratrib. q. 4. Bartol. Socin. cons. 92. num. 14. lib. 1. Greg. Lup. in l. 3. verbo, De su padre. tit. 15. p. 6.* 23

Quod limita, nisi † filius esset industrius mercator, aut salariatus & diligens: nam tūc de propriis bonis præsumitur acquisiuisse, *ita Ruin. in cons. 23. nu. 37. vol. 5. Ioan. Crot. in l. frater a fratre, n. 119. ff. de cond. indeb.* maxime si pater sit pauper, *Affl. ct. in c. 1. § si vero. Castal. n. 1. de feud. Guard. & Castal. in vsib. feudorū.* 24

Idem † videtur dicendum, quando filius bona patris administrans, bonam rationē reddit: nam tunc ex sua industria & labore acquisiuisse præsumitur: quia idem est in officiali bona fisci administrante, *vt tenet Guil. Cun. in auth. licentiam, C. de Episc. & Cleric. quem sequitur Bald. in cap. 1. de content. inter domin. & fideius. in vsib. feud.* quod notatu dignum dicit Franc. Lac. *in tract. de fisco & eius priuileg. in prima parte princ. num. 30. Barbat. in tract. de præstand. card. in 3. q. primæ part. num. 22. versic. potest etiam, Marc. Anton. Pereg. in tractat. de iure fisci, lib. 6. num. 6.* vbi pulcre loquitur circa officialem fisci ditatum, *num. 7. cum sequent.* quem vide. 25

Quæ filius † pecunia patris illicite acquisiuit per vsuras vel per alios modos illicitos, non sunt bona profectitia, neq; patri acquiruntur, *ita Bar. & Paul. & communiter Doctores contra glos. ibi, in verb. ex eius in d. l. cum oportet, Ias. in l. illud. col. pen. & Dec. ibi num. 22. C. de collat. Baec. in tract. de decim. tut. cap. 26. num. 3. Cald. plures referens in l. fin. curatorem habens, verb. læsis, C. de in integr. rest. Greg. in l. 9. verb. vsufruct. tit. 17. part. 4.* 26

Ad quod † facit, quod lucra illicita non cōmunicantur inter virum & vxorem, *Palat. Rub. in rep. rubr. cap. per vestras, §. 65.* 27

fol.41.Suar.in tit.de las ganancias.limita,4.fol.16.in antiquis, Didac.Per.in l.2.tit.4.lib.5.ordina.Reg.pag.162.vers.quaritur, Bacc.
28 *de decim.tutor.cap.16.num.8.* Neque † veniunt in iudicio familiæ erciscund. *glos & ibi Salyc in l.bona, C.famil.ercisc.Odofred.in l.cetera, §.Mala medicamenta, ff.famil.ercisc glos. Abb. & Doct.in c.ex transmissa, de decimis,* qui loquuntur de vsura. Idem probat tex.& ibi Greg. *in l.2.in verb.de vsura, tit.15.par. 6.*

29 Et † Castrus *vbi supr.in d.l.cum oportet, num.28.* reddit rationem, quia acquisitio turpis specialiter mandari non potest, nec debet, *l.si vero non remunerandi, § fin.adolescens.ff.mandat.* nec venit in generali mandato patris peculium concedentis, *iuxt.l.qui peculii.ff.de pecul.l.si pater filio.ff.qua in fraud.cred.Bart. in l.si procurator num. 3. & 6 ff.de procuratoribus.*

30 Item est † notandum, quod si pater remiserit filio in sua potestate existenti vsumfructum bonorum aduentitiorum, quod talis remissio valet, & filius nō tenetur dictum vsumfructum aliis fratribus conferre, & si a patre fuerit melioratus, habebit dictum vsumfructum præcipuū tanquam suum, neq; est imputandus in tertio & quinto, in quo fuerit melioratus, per text. *in l cum oportet, §.sin autem, C.de bon qua l ber.* & erit irreuocabilis ista donatio, *Bart. in l.frater a fratre, n.47.* vbi dicit communem Crot. *fol. 6.col.3.ff.de cond.indeb.Ant.Gom.in l.29. Taur.n.29.idem in l. 48.Taur.n.9 Ioan.Gut in c.quamuis pactum, n.31.de pact.in 6.Tellus in l.16.Taur.nu.31.Matienc.in l.1 glos.4.n.*
31 *19.tit.5.lib.5 nou.collect.Reg.* Et † hodie *per l.26.Tau.* non habet locum distinctio, quam facit Corneus *in d.§ sin autē, n.3.quem refert & sequitur Eman.Mend.de Castr.in d l.cum oportet, num.30.* scilicet, quod fructus, qui iam percepti erant ante dictam remissionem a patre factam, sunt profectitii: nā per *d.l.26.Taur.* erit donatio simplex, & per consequens melioratio, & non
32 conferenda Itē neptis † non tenetur conferre dotem, quam ab auo in vita patris recepit, si mortuo patre concurrat cum
33 auunculis vel patruis in † hereditate aui, nisi cōstiterit auum

dedis-

dedisse nepti dotem patris contemplatione vel dubium sit, *Angel. & Alex. in l. in quartam, ff. ad leg. Falc.* quam dicit veriorem & receptiorem opin. plures referens Crass. *in §. legitima, quæst. 25. n. 1.* sed Greg. Lup. *in d. l. 3. tit. 15. par. 6. in verb. Contar.* dicit, quod hodie in Regno nõ procedet dicta distinctio, cum per legem Regni filius per matrimoniũ & velationem a patris potestate liberetur: & ita onus, quod de iure erat penes auum dotandi neptem propter filium, de quo in *l. dotem dedit, & ibi Bart. ff. de collat. bon. & l. 8. tit. 11. part. 4.* sit sublatum: & sic non potest dici, quod dos, quæ obuenit nepti ab auo, dicatur profectitia respectu patris, & quod sic imputetur: per ea, quæ notat glos. *in l. qui in aliena, §. interdum, vers. faciet heredem, ff. de acquir. hered. Bart. in l. quæsitum in princip. ff. de legatis, 1.* Pro quo facit text. *in leg. auus, ff. de iur. dot.* cuius verba sunt: *Auus neptis nomine ex filio natæ genero dotem dedit, & moritur, negat Seruius dotem ad patrem reuerti, & ego cum Seruio sentio, quia non potest videri ab eo profecta, quia nihil ex bonis eius habuisset.*

Mihi vero dicta opinio Gregor. & Lara *in l. si quis a liberis, §. si mater, num. 40. ff. de liber. agnosc.* & Azebed. *in leg. 3. num. 3. cum sequentibus, tit. 8. lib. 5. nouæ Recopil.* qui Gregor. sequuntur, non videtur vera, neque tenenda.

Nam est † contra distinctionem & opinionem Bar. magis communiter receptam *in l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. sub.* qui sic distinguit, quod quando constat, quod contemplatione patris auus dotauit neptem erit dos profectitia, si vero contemplatione neptis, minime: & dicit, quod in isto casu procedit *d. l. auus, quam solutionem ad l. auus, & ad l. dotem dedit, ff. de collat. sequuntur communiter Doct. vt probat Alex. & Ias. in l. qui in aliena, §. interdum, ff. de acquir. hered. & in dict. l. in quartam, num. 27. vbi Ripa num. 102. ff. ad legem Falcid. Dec. cons. 81. & 85. num. 5. Gom. in d. l. 29. Taur. num. fin. per text. in l. socium qui in eo, §. fin. ff. pro soc. & Paul. Pic. vocat communem in d. l. in quartam, num. 241. & 244. Alc. in reg. 1. de præsumt. præsumt. 17.*

Et quia communis opinio non fundatur in patria potestate, *vt Gregor. intelligit*, sed in eo, quod Doctores putant dotem datam nepti videri prius datam patri, deinde eius filiæ. Atque
34 per dictam † rationem tenent Dd. *in d. §. in arrogat. & communiter Dd. in d. l. cum oportet, C. de bonis quæ liber.* quod donatum vxori a consanguineis mariti contemplatione acquiritur marito, quod intellige quando maritus est caussa proxima & immediata donationis, vt intelligit Bart. *in d. §. in arrogato, numer. 3. per text. l. socium, qui in eo, ff. pro soc.*

35 Et quia † neptis ex filio non potest ab auo caussa dotis meliorari, *secundum l. 1. tit. 2. lib. 5 Recop.* Nam non debet esse melioris conditionis quam filia, quæ per dictam legem meliorari prohibetur, *vt in simili tenet Tiraq. de primog. q. 40. nu. 43. cum sequent. vsque ad num. 62 & q. 70 n. 3. idem in tract. de retract. 1. p. §. 1 glos. 9. num. 38. Castell. in l. 22. Taur. gloss. O descendentes. & ibi Cifuent. & Palat. Rub. idem Palat. Rub. in rubr. super repet. c. per vestras, de donat. inter vir. & vxor. §. 69. n. 32. vers. inde est.* Et eadem ratio militat in nepte tam ex filio quam ex filia, vt meliorari ab auo non possit, quæ in filia militat: Ergo idem ius? *l. illud, ff. ad leg. Aquil. l. a Titio, ff. de verbor. obligat.* Item, quia
36 dicta † prohibitio filias meliorandi inducta fuit in fauorem filiorum, *Ioann. Gutier. in tract. de iurament. confirmat. 1. p. c. 14. num. 14. & 15. Bacca in tractat. de non meliorand. filiab. cap. 29 numer. 4. cum sequent. Roias de successionibus ab intestat. cap. 3. nu. 26.* per quam rationem tenent, quod pater habens solum filias, poterit vnam ex caussa dotis meliorare, & si dicta neptis meliorari posset, dictus fauor cessaret: & si dos data ab auo nepti non imputaretur in legitimam patris, neque profectitia esset, meliorata remaneret, contra quod dictum est: & quod neptis non possit meliorari, tenet Bacc. *in tract. de non meliorand. filiab. cap. 7. num. 11.* & quod vnam filiam non possit meliorare pater habens solum filias, tenet idem Bacca *in dicto tractatu, cap. 2. num. 29.* & Angulus *in tractatu de meliorationib.*

l. 1.

l.1.gloss 7.n.4. in noua impressione, vbi refert Auendanium idem tenentem *in cap.14. correctorum, num.5. vers. nec ex huiusmodi.*

Sed quando † auus ex necessitate, quia filius & neptis pau- 37
peres erant, dotem nepti dedit indistincte tanquã profectitia in legitimam patris imputanda dos est, *Azeb. in dict. l.3.n.7. tit. 8. lib.5. nouæ recop.* Et per supradicta est etiam tenendum, quod
filia † non potest meliorari per contractum inter viuos, etiam 38
extra caussam dotis & matrimonii, quia filii alias grauarẽtur:
& quia † daretur via fraudandi dictam legem, q̃ est obuian- 39
dum, *l. in fundo, cum vulgar. ff. de reiuendic.* & quia mens dict. *l.1.* est quod filia non possit meliorari in prẹiudicium liberorum:
& intentio † legis, & nõ verba est seruanda, *l. non dubium, C. de* 40
legib. reg. certum, de regul. iuris in 6. Et † quia valet argumentum 41
de maiori ad minus, *vt in auth. multo magis, C. de sacrosan. Eccles.* Etsi filia caussa dotis meliorari non potest, & ratione dotis multa priuilegia mulierib. concessa sunt, vt in *l.1. & ibi Doct. ff. sol. matr. & totus titulus, C. de priuil. dot, Bal. Nouell. in tract. de do-*
te, a fortiori † per cõtractum inter viuos, vbi nullus fauor do- 42
tis & matrimonii versatur, meliorari nõ poterit. Itẽ, quia hoc videtur expresse ꝓbari per *d.l.1.* ibi: *Ni se entienda ser meiorada tacita ni expressamẽte por ninguna manera de contrato entre viuos:* quia per illud verbũ, *por ninguna manera*, oẽm casum comprehendere videtur, text. *in c. Constantinus, ibi nullatenus 3.q.1.* Vbi probatur, quod per verbum: *nullatenus*, vel *nullo modo*, est sublata potestas dispensandi ab inferioribus, *glos. in Clem. hi qui de ætate & qualitat. & l. fin. C. de testam. milit. ibi: nullo modo concedimus*: & est verbum generale, & generaliter est intelligẽdum, non solum caussa dotis, sed etiam caussa simplicis donationis inter viuos: quia lex generaliter loquẽs, est generaliter intelligenda, *l. de pretio, cum vulgarib. ff. de public. in rem. act.* maxime quando militat eadẽ ratio in vno casu, quæ in alio: nam etiam in correctoriis fit extẽsio de similibus ad similia, *l. militis agrũ, ff. de re milit. l. his solis, C. de reuocan. donat. Ias. in auth. non licet, C.*

de liber. prater. diximus sup. in c. 6. n. 60. lib. 1. Post hæc scripta vidi Ang. *in tract. de melior. l. 1. glos. 7. n. 6. idē tenentem in nou. impres.*

43 Per donationē † autē caussa mortis & in vltima voluntate filia meliorari potest, *Gasp. Bae. in relect. d. l. 1. c. 20. Matien. in eadem l. 1. glos. 3. n. 2. in verb. De contrato entri viuos. & ibi Doct. Reg.*

44 Item nota, quod † descendentes tenētur conferre, quod eorum parentes conferre, si viuerent, tenebantur: & ideo nepos & neptis dotem & donationem propter nuptias, ab auo parentibus factā conferre debent, similiter & arrhas, & sponsalitiam largitatem eorum contemplatione factam. De quo vide late Ant. Gom. *in d. l. 29. Taur. num. 13. & 14. & n. 40. tex. & Doct. in l. vt liberes, l. illud, l. illā, de collat. l. 3. & ibi Greg. tit. 15. p. 6.*

45 Hic se † offert quæstio, q̄ nunc ventilatur in Auditorio regali insulæ Canariensis, cuius facti species talis est. Comes insulæ Gomerensis Petro a Spinosa & eius filiis donauit in perpetuum officium alguazeli maioris insulæ Herrensis, propter benemerita, quibus dicto Petro a Spinosa adstrictus erat, vocationemque filiorum dicti Petri a Spinosa in formam maioratus fecit, ita vt filius maior & eius descendentes ceteris filiis & descendentibus Petri a Spinosa præferrentur.

Quo facto, dictus Comes contra dictam donationem, venit, allegans, se subscripsisse inductus dolo dicti Petri a Spinosa, qui aliter, quam Comes donauerat apocham donationis scripserat. Nam dictus Comes affirmauit dictum officium dicto Petro, & eius filio maiori, quoad viuerent, concessisse. Et lis composita inter dictum Petrum a Spinosa & dictum Comitem ita fuit, sicut Comes prætendebat, vt solum donatio ad Petrum & eius filium maiorem extenderetur, & non vltra: super quo publicum instrumentum fuit confectum.

Filius maior dicti Petri a Spinosa, nunc contra dictā transactionē venit, & antequā litem moueret, ab Hect. Roderico cathedram primariam Salamantinā gerēte petiit: q cōsultus respondit: dictū Petrum a Spinosa nō potuisse facere dictam

transl-

transactionē, neq; de eius consensu potuisse d. Comitem mutare vocationē & donationē iam filiis acquisitā p acceptationem d. Petri a Spinosa primo vocati, & dicto responso se subscripsit. Et licet opinio, in qua se fundat Hector Roder. sit magis cōmunis, scilicet, post acceptationē primi donatarii non posse donatorem ēt de cōsensu primi donatarii reuocare donationē in præiudiciū vocatorum, & magis cōmunem vocat Paul. *in l. in insula, §. fi. n. 3. ff. sol. matr. idem Paul. in l. si pecuniam, in princ. & ibi Rom. ff. de cond. caussa dat caus. non secut. Pal. Rub. in rubr. de don. inter vir. & vxor. §. 54. in fi. Suar. in l. quoniam in prioribus, in declaratione, leg. Reg. q. 8. n. 2. Idem Suar. in alleg. l. 16. col. 3. Pet. Duenn. reg. 216. Ruin. cons. 7. n. 29. lib. 1. Dec. in cons. 239 n. 5.*

Quæ opinio magis communis est contra Bar. opinionem communiter receptam *in l. qui Romæ, §. Flau. ff. de verb. oblig.* quam sequitur Greg. Lup. *in l. 7. in verb. El otro, tit. 4. part. 5.* de quo late † Mol. *in tract. de primog. lib. 4. c. 2. n. 74.* q. similiter *in* 46
d. lib. 4. c. 9. tractat, an sup bonis vinculatis trāsactio fieri possit.

Tamen mihi † videtur non consuluisse bene dictum He- 47
ctorem Rodericum in casu proposito, & totum contrarium ego consului pro parte Comitis, motus his fundamentis. Primo, quia dicti filii dicti Petri a Spinosa, erant in eius potestate, quando dictus Comes dictam donationem fecit, & in donatione fuit facta mentio meritorum patris, & sic tota donatio acquisita fuit patri, *ita Bart. & Dd. in l. sed si plures, §. in arrogato, ff. de vulg. & pup. subst. Bald. in l. cum oportet, in princ. num. 4. ff. de bonis quæ liber. Socin. Sen. cons. 72. n. 10. vers. sed prædictus, vol. 5. Mantica de coniect. vltim. volunt. tit. 16 num. 5. & 6. lib. 8.* quia patris contemplatione donatio facta fuit *l. nec adiecit, ff pro soc.* & pater fuit caussa proxima dictæ donationis, *l. socium, qui in eo, & ibi Bart. d. tit. pro soc* & ita ad libitum potuit pater de dicto officio disponere. Ita tenet in terminis Menoch. *in cons. 161. n. 28. in fi. & in cons. 158. num. 68 in fi. & num. 69. lib. 2.*

Itē, quia † donata & concessa patri & filiis vna simul, in du 48

bio contemplatione patris donata & concessa præsumuntur. Hanc præsumtionem in specie ita sumi scripserunt Isernia in *c.1.§.& si libellum, n.13. vers. si hoc vel eorũ, de alienat. feud. patern. & ibidem clarius Afflict. n.11. vers. si autem nulla cõiectura.* Quam sententiam sequitur Guillerm. Penna, *cons. 12. n. 13. in fi. & n.16.* Idem respõdit Barba. *in cons. 66. col. 3. vers. & propter hoc voluit, lib. 4. ex l. annua, §. a Titia, ff. de ann. legat. ex l. ciuib. de reb. dub. ex l. cum aliqua, C. de iur. deliber.* & ait Penna *in d. cons. 12. n. 13.* Quod hac ratione pater potest alienare feudũ, ne inducta ad fauorem operẽtur odium, *l. quod fauore, C. de legib. Menoch. vbi sup. n. 3.*

49 Et sic † dictus Petrus a Spinosa potuit de dicto officio trãsigere & illud alienare, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter, text. *in l. in re mandata, C. mandat.* Ex quibus infertur, quod dictus filius maior tenetur imputare in legitimam patris dictum officium, & eius æstimationem, quia est vendibile & æstimabile de consuetudine in dictis Islis, quantum ad officii commoditatem: & quia similia officia in dictis & aliis Islis Comitum venduntur ab his qui ea perpetua habent: & excessum legitimæ tenetur aliis fratribus conferre, *l. omnimodo, §. imputari, C. de inoffic. testam. & ibi Dd. l. 29. Taur. & ibi Doct.*

50 Dubium † est, *an fundus, quem pater dedit filio in præmium emancipationis, conferendus veniat?* Et aliqui Dd. *in d. l. vt liberis per eandem legem, in fi. & in auth. ex testamento, & in l. si emancipati,* tenent, quod sic. Cuman. *cons. 28. in princ.* vbi inquit, quod pater videtur in legitimam filii dedisse, & sic ad debiti solutionem, *vt in l. vnica, de imponend. lucrat. descrip.* cum pater in soluenda legitima præuenire potuerit, *vt in l. quoniam nouella, C. de collation. Bal. in l. illud, C. de sacrosanct. Eccles.* ita intelligit Speculator *in tit. de donat. versic. quid si pater,* & limitat Cynus *in d. l. vt liberis.* Contraria opinio quod est donatio simplex, & sic quod non imputetur in legitimam, est communis opinio, de qua testatur Picus *in l. in quartam, n. 187. cum sequent. vers. septima conclus. & ibi Ripa, nu. 183. & Ruin. num. 18. & 23. ff. ad leg. Falc.*

Cras.

Crass. in tract. de success. §. legitima, q. 23. n. 7. Quæ opinio hodie de iure Regio sine dubio videtur *per l 26. Taur.* & per ea quæ *l. Taur.* ratione diximus *supra num. 11. & 12.*

Item † dubitatur, *an studiorum sumtus filius cōferre teneatur?* 51 Et videtur quod sic: nam sumtus studiorū & dos æquiparātur, *vt tenet Bart. in l. 1. in fi. post glos. ff. solut. matr. & ibi Bal. Alex. & Ias. & communiter moderni:* quia † sicut dos priuilegium prælationis habet, ita & studiosi videntur habere priuilegiū in his, 52 quæ caussa studiorum sibi debentur, *vt sentit Bart. quem ceteri sequuntur in d. l. 1. argumento legis assiduis, C. qui potiores in pignore habeantur.* Et sicut † incertitudo legatum dotis non vitiat, ita 53 nec legatum disciplinæ caussa factum, *l. Stychum. ff. de leg. 3.* Et sicut † petenti dotem non obstat exceptio compensationis, 54 *vt in l. 1. §. taceat, C. de rei vx. act.* ita nec Doctori sua stipendia petenti, *l. 3. vbi Alberic. C. de compensat.* Et † instrumētum con- 55 tinens Doctoris honorarium præsumitur prius celebratum, sicut de dotali dicitur, *Alex. & Doct. in d. l. 1. Dec. in l. in ambiguis, pro dotibus, ff. de regul. iur.* Et sicut donatio facta a patre filiæfamilias † caussa dotis valet, *vt in l. Pomponius. ff. famil. ercisc.* 56 ita & donatio caussa studii facta valet, *Bald. Raphael & Ias. in d. l. 1 ff. solut. matrim.*

Sed quod dicti sumtus studiorum non cōferantur, probat text. & ibi glos. & communiter Doct. *in l. quæ a patre, ff. fam. ercisc.* quæ approbatur per *l. 5. tit. 15 partit. 6. & l. 3. tit. 4. partit. 5.* Quam conclusionem † limita, nisi de cōtraria voluntate pa- 57 rentum expressa vel tacita appareat dedisse expensas, vt in legitimam imputarentur: veluti quia sic protestati sunt, vel in libro descripserunt, *vt communiter Doct. in d. l. quæ a patre.* Expensæ autem † quas filius domi parentum facturus erat non 58 imputantur nec conferuntur, *Anton. Gom in d. l 29. Taur. n. 16. Duenñas reg. 222. lim. 2. Matienc. alios referens in d l. 3. glos. 2. nu. 6. lib. 5. Recopil.* Sed quando † filius non profecit in studio imputantur, & conferuntur *Doct. vbi sup.* Et quid † si resultaret in- 59

60 æqualitas inter fratres. Vide † Greg. *in d. l. 5. ad fin.* In libris autem sunt opiniones Doct. Nam communis opinio cum Bar. *in l. 1. §. nec castrense, ff. de collat.* tenet, quod libri traditi a patre filio sub eius potestate cõstituto simpliciter computantur in legitimam & conferuntur. Quæ communis opinio etiam te-
61 net, quod si pater † donauit expresse libros filio emancipato, valet donatio, de qua attestatur Vasquius *de success. progress. §. 30. num. 205.* & non imputatur in legitimam, *vt ibid. Vasquius.*
62 Quod etiam † procedit, si filius sit Licentiatus vel Doctor. Nam tunc etiam de iure communi dotatio a patre facta filio in potestate existenti valet, secundũ communẽ opinionem, de qua testatur Ias. *in l. si donatione, C. de collat. & l. filia, C. famil.*
63 *ercisc. Ripa in l. in quartam, n. 168 ff. ad leg. Falc.* Idem † erit si filio in sacris constituto vel clerico primæ tõsuræ dicta donatio facta fuerit, *Bart. in d. §. nec castrense,* cuius opinio cõmuniter approbatur secundum Alex. *in d. l. in donat. C. de collat. Ias. in d. l. filia cuius, C. famil. ercisc. Ripa in d. l. in quartam, n. 168. Matienc. in d. l. 2. glos. 2. n. 4. tit. 8. lib. 5. noua Recop. & Ant. Gom. in d. l. 29. Taur. n. 17. refert opiniones Doct. de iure communi,* & indistincte tenet, libros non esse conferendos: cuius opinio approbatur per *d. l. 5. tit. 15. par. 6.* quod ibi in *verb. Los libros,* intelligit Greg. in li-
64 bris necessariis ad discendum. Sed † tenendũ est indistincte, ꝙ libri donati & dati a patre filio, siue emancipato, siue in patris potestate cõstituto, non sunt cõferendi, nec imputantur in legitimam, *per d. l. partitæ, & l. 17. & 26. Taur.* quibus permittitur patri donare filiis sub sua potestate existentib. & secundum *d. ll. Tau* filius, cui facta est donatio librorũ, in illis erit tacite melioratus: in eo vero ꝙ excesserint libri tertiũ & quintum bonorũ imputabuntur in legitimam, & cõferendi sunt.

Et quia, vt dictum est supra, donatio librorum facta filio emancipato non imputatur in legitimam, secundum communem opinionem Doctorum. Idem erit hodie in filio familias in potestate patris constituto per dictas leges Regni.

Nota

Nota, quod in eo, quod † libri sunt conferendi, procedit in 65
eorum æstimatione, quam habent tempore mortis parentum & collationum, *vt Doctor. vbi supra, Gomez in d. l. 29. num. 17. vers. adde tamen*:


Item filius † non tenetur conferre vestes, quas pater illi 66
dedit, quando factus fuit Doctor vel Aduocatus, *Cuman. consil. 28.* nec quod pater pro filio expendit pro dignitate consequenda, vel quid simile, *l. 1. §. nec castrense, ff. de collat. bonor. l. si filiusfamilias, C. famil. ercisc. d. l. 5. vers. Esso mismo, tit. 5. part. 6.* Nec donatum ob caussam, quod transit in peculium castrense vel quasi castrense, *vt in dictis iuribus & ibi Doctores.*

Item nota † quod non tenetur conferre filius, nec in eius 67
legitimam imputatur, quod pater vel mater pro eo expendit ab hostibus illũ redimendo, vel pœnam pecuniariam pro illius delicto impositã soluẽdo, quia pietatis caussa fecisse præsumitur, Bart. *in l. Stychus, ff. de peculio legato, col. fi. per l. liber captus, C. de capt. & post lim. reuers. & ibi Doctor. Angel. de Perus. in d. l. in quartam, ff. ad leg. Falcid. col. 4. num. 6. Bald. in auth. nt. ex testament. col. 6. num. 12. C. de collat.* Qui in expensis pro redemtione ab hostibus de filio facta loquuntur. De expẽsis autem pro delicto, tenet idem Ant. Gom. *in d. l. 29. num. 20.* Nisi ex necessitate, quia vt † fideiussor vel habẽs in administratione 68
bona filii pater aut mater soluisset. Vide Gomez *vbi supr. vbi late in d. l. 29. de collat. agit. & Gutierr. in d. q. 64. & 65. lib. 2. quæstio. super ll. Recop. Matienc. in d. l. 3. glos. 1 & 2.*

Donatio † simplex non confertur, nec in legitimam im- 69
putatur, quia melioratio censetur: de quo vide late supra *in lib. 3. c. 2. n. 48. vsque ad nu. 55.* collationis † ius transit ad herẽ- 70
des, *l. si maritus, C. de collat. & ibi Decius,* vbi aliqua dicit de iuribus, quæ cedi possunt.

Fructus excessus † dotis quando sint restituendi, vide Ma- 71
tienc. *d. l. 3. glos. 7. num. 7. tit. 8. lib. 5. Recopil. & Gasp. Baec. in tract. de non meliorand. filiabus, c. 34 num. 1. cum seqq.*

FINIS.



INDEX COPIOSISSIMVS PRÆCIPVARVM RERVM, QVÆ IN HOC VOLVMINE TRACTANTVR, ALPHABETICO ordine digestus.

A

Amor

facta

vno

 eſſet

Dos

E.

Eccle-

F.

Feu-

I.

M.

Maio-

Potest

Meli-

S.

cum

Socij

Explicit Index tractatus de bonorum diuisione.

